

Bibliot. ...  
 Sala ...  
 Numero ...

3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31

2 400 40  
 MADE IN ITALY

# RVPERTI AB- BATIS MONASTERII

TVITIENSIS, ORDINIS S. BÉNEDICTI, THE  
 ologi antiqui, Opera duo ut egregia sanè, ita diu deside-  
 rata, multoq; labore perquisita, ac sumptu  
 haud ita modico excusa.

## IN MATTHAEVUM

De gloria & honore filii hominis, LIB. XIII.

## DE GLORIFI

catione Trinitatis & processione spiritus sancti, LIB. IX.



Apud felicè Coloniam Iohannes Soter excudebat,  
 Anno salutis, M. D. XXXIII.







# AD LECTOREM

Accipe hic lector candidissime compendiosum indicem breuiter summam omnium ferme eorum, que digniora nobis notata sunt. Quae ut studiofissimo cuique quatuor uis offerrentur, diuisimus uisumque paginam in quatuor partes designat. ut per has quatuor literas, A, B, C, D. ita ut A principium, B medium superius, C medium inferius, D finem paginae demonstrat. Fructus igitur hoc nostro labore multoq; magis subsequenter in ipsius Rupertii libri, sacro paracleti munere nobis omnibus diuinitus dedicatis.

<b>A</b> ron in sacerdotio suorum typum Christi gessit	33.c	Aurum & argentum bene donatur à regibus in domum dei.	17.b
Abdias quinquagenarius fuit Ochoziae, & deinde fuit propheta	45.a	Autor huius libri non potuit non scribere	76.a
Abraham sacerdos fuit, qui t primogenitus Thare	5.b	Autor libri duo opera simul absoluit	88.a
Abraham propheta, sed absq; literis	4.a		
Abraham primus uir aut	57.d		
Abigail interpretatur p. patris mei exultatio	75.c	<b>B</b> aptisma Christi quid fuit	25.c
Abigail recte eiecit fessum de oculo Dauid	20.b	Baptizare in spiritu sancto & igne quid est	34.c
Abire in uiam gentium prohibebatur apostolis	94.b	Baptisma salutare presignatum fuit	141.c
Achab ieiunauit propter sermone Helie	68.d	Beatitudo olim defunctorum que sit	166.b
Achitofel dedit consilium contra Dauid	133.c	Beatorum status quid sit	167.b
Adam in culpa est q. corpora alibus indigemus	72.d	Bethsaid. interpretatur domus frugum &c.	109.d
Adam prius tentauit deum q. tentatus fuit	125.d	Blasphemie iudeorum initium	114.d
Aduersarius peccatoris est deus, sermo dei et minister dei	53.d	Bona temporalia dicuntur uana	159.b
Adulatores non habent in predicando potestatem	30.a		
Adulteri prorsus à Christo alienum	ibi.		
Adulteri uolunt à damnari	55.d		
Aegyptus hic midias in quo peregrinatur à dno est. 18.a. 19.b		<b>C</b> haritas dei erga homines maxima	165.a
Aegyptus etia in seruitute ex quo captiuos eduxit Christus, denotat.		Charitas patris & filij & spiritus sancti	165.b
Aegyptus spiritualiter iudea, et Sodoma Hierusalem, dicitur.	20.c	Capharnaum interpretatur uilla consolationis	109.d
Afflatus dei sensibilis in hac uita qualis est	30.c	Calceamenta Christi portare quid est	29.c
Ager figuli emptus in sepulchrum	137.d	Cantus ecclesiasticus excitat gratiam spiritus sancti in nobis	62.c
Ager sanguinis est ecclesia Christi	ibi.	Cano Abrahæ absq; fide Abrahæ nihil prodest	29.b
Agni paschalis immolatio	117.b	Castitas summo opere à Christo declamatur	55.b
Ala ad aliam peruenit	158.d	Cauere ab hominibus quid sit	97.b
Angariatio bona spiritualium hominum	58.c	Ceci duo curati, designant iudeos & grecos	91.d
Angelorum congratulatio in uirtute Christi	16.a	Cecus & mutus demoniacus, gentes designat	114.c
Angeli cur nato Christo toties in somnis apparuerunt.	17.d	Caelum caeli, locus beatorum spirituum	68.d
Angelorum ministeria Christo & Helie exhibit.	18.a	Cenam domini Lucas aliter narrat	123.b
Angelorum officium est mitti ad homines &c.	106.a	Centuplum accipere quid sit	153.a
Angelus non de uirtute, sed de uitio in uitium cecidit.	164.a	Centuplum accepit Petrus in hoc seculo	20.d
Animam audiendo et custodiendo uerbum dei, fit mater Iesu.	2.d	Christus non tam carnis q. fidei cognatos agnoscit	2.d
Animam inuenire quid sit	101.c	Christus ut primogenitus, sacerdotium suscipere debuit.	4.d
Animalia euerterentia & non reuerentia	165.d	Christi aduentus cur per ternas generationes quatuordecim die	
Apparitio secunda domini	166.b	latus est.	7.a
Apostoli caeli rationales, caeli uocales fuerunt	15.b	Christi generatio sic erat, scilicet qualis nulla alia est aut fuit.	9.a
Apostoli simplices lucè comprehenderunt, Nō aut iudei.	40.d	Christus flos campi & lilium conuallium	20.b
Apostoli sunt cardines terre sup quos deus posuit orbem.	41.b	Christus cur nati uoluit in Bethlehè iuda, et i dieb' Herodis.	16.b
Apostolis usus gladii naturalis prohibitus qua de causa.	20.d	Christus cur in Aegyptum fugere debuit	18.a 17.d
Apostoli sunt primi pacifici & ministri perfectæ pacis.	45.b	Christus p omnis fratribus assimilatus, excepta peccati ratione p. t.	
Apostoli assimilati & eo equati prophetis	46.b	Christus Nazareus. i. sanctus uel cōsecratus uocari debuit.	21.b
Apostoli sceruit et docuerunt, sed nō absq; offensa sicut Christus.	51.b	Christus à Nazareth Nazareus uocabatur, cum prius esset Nazareus	20.d
Apostoli utribus nouis designantur	90.c	Christus uere de Bethlehè pcessit, q. ibi natus et oriundus.	22.b
Apostoli quando ordinati & sacriati sunt	94.a	Christus indignus testimonio Iohannis baptiste ne seipsum primo predicaret	20.d
Argentei triginta quales fuerunt	137.a	Christus ueniendi fecit à baptismo Iohannis, prius latet.	24.a
Argendus est frater ex dilectione non odio	74.c	Christus suscepit poenitentiam pro peccatis nostris	25.c
Ariel ciuitatem expugnauit Dauid	131.a	Christi fortitudo maxima, cuius uentilabrum in manu sua.	30.a
Armilla qua perforatur maxilla Lemathur	8.d	Christus quō impleuit iustitiam dū baptizaretur in aquis.	31.d
Ascentiones Christus respulit	79.a	Christus cur potius in iordane q. in Enon baptizari uoluit.	32.b
Aspergere digitis septies quid significet	143.a	Christus erat ille propheta quē deus populo p. uose fecit aut.	33.a
Aug. Cesar quō simulatus est propheta Iacob de Christo.	16.b	Christus solus baptizatur in spiritu sancto & conceptus.	34.c
Augusto etia uenit ad hunc mundi honores haberi sunt.	31.c	Christus gloria et delicia dei patris, ideo sibi bene cōplacuit.	35.b
		Christus in deserto in tribus tentationibus uicit, in quibus uictus fuit Adam in paradiso, & filij Israel per quadraginta annos in deserto	20.d

## O P E R I S.

Christus citra ultra 40. dies ieiunio affligi non debuit.	36.c	Cuno in iuuentute monachus Sigebergensis	ib.
Christus cur ex solo Deuteronomio obsecratus à diabolo.	37.d	Chusai fuit figura discipulorum Christi	134.c
Christus, secundum Israel, secundam legem maxime impleuit.	38.a		
Christus per exteriores phantasias tentatus à diabolo.	20.d		
Christus ante carcerem Iohannis non predicauit publice.	ibi.		
Christus cur potius in Capharnaum quam in Nazareth habitauit.	39.b		
Christus cur potius pauperes & diuites elegit discipulos.	40.d		
Christus in miraculis à sepe pietatis opibus initiu fecit.	42.b		
Christi studia in scripturis die ac nocte, ut eas adpleret.	20.d		
Christus quō uidit turbas et miseret & cōsolaret eas.	43.a		
Christus est cithara, cui insita est tota musica patris.	20.c		
Christus solus potuit adimplere legem & prophetas.	49.a		
Christus que docuit fecit.	58.b		
Christus quomodo sanctificatus sit.	64.c		
Christus aliter leprosum, aliter ceterionis pueru curauit.	80.b		
Christus portauit infirmitates nostras.	82.c		
Christus appellatur dominus, magister siue rabbi &c.	83.c		
Christus miseretur eorum quibus mali presunt.	92.a		
Christus prohibuit discipulis ne ipsum manifestarent.	105.c		
Christus inuenisse concluditur ex prophetis.	104.b		
Christus ante sex dies pasche uenit Bethaniam.	118.d		
Christus est sacerdos, arces, titulus et hircus.	140.b.c		
Christi latus est ostium tabernaculi.	20.d		
Christi uulnera in cruce	ibi.		
Christus extra castra passus est	142.c		
Cicero orator eleganti studiofissimus	61.c		
Circulus in maribus Lemathur, quid est	8.c		
Ciuitas supra montem posita, sunt apostoli & eorum similes sancti	48.a		
Columba habet septem insignia pietatis	42.b		
Condonare deo quid significet	147.d		
Confessio Christi omnium maxima	115.b		
Confessiones Augustini non contemendae	146.d		
Confessio opportuna Christi de seipso	110.d		
Confessio accipitur nonnumquam pro laude.	111.a		
Confessio iude similis confessioni demonum	154.d		
Confidere in homine, sicut solebant iudei, quid est	28.b		
Confugenda est ad nomē domini in tentationibus diaboli.	146.d		
Coniugium coeleste inter Ioseph & Marianam	7.d		
Consolatio seniorum Christi	98.c		
Consilium dei spernere, sicut fecerunt Pharisaei, quid est.	27.d		
Consilium dei est, ut hoies baptizentur à aqua ad humilitatē suā.	31.c		
Consilium sacerdotum presens fuit à Iacob	118.a		
Consilij illius intentio que fuerit	ibi.		
Carbonem gazophilacium erat	137.d		
Correctio fraterna quomodo fiet	74.c		
Corona pretiosa in capite, sacram scripturā significat.	82.a		
Corozaim interpretatur hoc mysterium meum	109.c		
Craspinus dies sollicitus erit sibi ipsi	73.c		
Craspinus dies secundum anagogen quid significet	20.d		
Craspinus dies cui maledixit Iob	74.a		
Craspinus dies quomodo est sollicitus sibi	20.b		
Creata sunt omnia propter filium dei	162.d		
Cremari extra castra quid sit	142.d		
Cuius uentilabrum in manu sua, nullius ergo indiget	30.b		
Cuncta legis & prophetarum sacramenta, in Christo adimpleta.	49.a		
Cuno huius operis exactor	1.b		
Cunonis episcopi commendatio	153.a		
Cunonis exaltatio ad episcopatum	153.c		

<b>D</b> anielis uaticinium de aduentu Christi, cui consonat Lucas.	23.d		
Daniel mundo corde deum uidere meruit	45.a		
Dare debet qui recipere uelit	58.d		
Dat. a spiritibus sancti duo sunt	143.b		
Dauid, testis Christi, quod sit homo, deus, rex & sacerdos.	3.d		
Dauid cur Abrahæ preponit in libro generationis Christi.	4.a		
Dauid maior facta est promissio q. Abrahæ.	4.b		
Dauid iustus & pius, nolens occidere Saul christi domini	10.a		
Dauid sustinuit diabolum quem nō dilexit	70.c		
Dauid conculcit panes propositionis	112.c		
Dauid typum Christi gessit	133.d		
Dauid paruulus typum Christi gerit	161.d		
Debita uerum seipsum non tenemur dimittere	66.a		
Demonia increpata à Christo hereticos presignabant	82.a		
Deus non uult nec debet dici deus aut dominus diaboli.	37.b		
Deuteronomium quomodo differat ab alijs libris legis	38.a		
Diabolus in Pharaone & in Herode quarebat perdere semen promissum Abrahæ.	19.d		
Diabolus quomodo ostendit Christo omnia regna mundi.	58.b		
Dies sufficit malitia sua, exponitur	74.b		
Diligendus est nobis inimicus	59.d		
Dimittere debemus culpas debitoribus nostris	66.a		
Discipuli Christi siue sicut ones in uentio luporum	96.d		
Discipulus non est super magistrum	98.d		
Diuitie admodum periculosa	71.a		
Dolores martirum ut parturientis	87.d		
Dolores electorum de lapsu hominis	161.a		
Dominationis potestas interdicta est clero	95.c		
Dominus unus deus	70.a		
Doctor tempus, locum & personam attendere debet.	76.c		
Docendo non habent potestatem qui sui querunt.	80.a		
Dominus de Sion rugiet, exponitur	158.b		
Donum spiritus sancti ad explanandas scripturas	150.b		
		<b>E</b>	
Ecclesia quō offert Christo aurum ihesus & myrrha.	17.b		
Ecclesia p Rachel plorante filios suos designata.	20.a		
Ecclesia cur sanctos deplorat, quia non sunt	20.d		
Ecclesie persecutio presignatur tē pestate maris.	84.d		
Electi transcribuntur in libro uice per fidē in Christu.	21.c		
Eleemosyna primum & precipuan opus bonum.	60.c		
Eleemosyna quomodo sit eroganda	58.d		
Eludij error contra perpetuam uirginitatem Mariae	15.d		
Emerere aquas sapientie absq; argento quid est	30.d		
Excusatio discipulorum de confricatione spicarum	112.c		
Exterminare quid significet	67.c		
Euangelij predicatio ubiq; sollicite fienda	58.c		
Euangeliste non tam ordinem in gestu Christi obseruant quam mysterium.	81.d		
Euangelij ministerium non licet recusare	155.b		
Eucharistia sacramentum est in cena instituitur	124.b		
		<b>F</b>	
Facies leonis cur in Exe. & Apo. primo loco ponitur.	5.b		
Facies hominis in Christo, decus est generis humani.	9.b		
Facies quatuor unius animalis, sunt quatuor sacramenta Christi.	17.a. 116.c. & 118.c		
Facies uultus, sacramentū est passionis Christi	116.d		



I N D E X.

Mola inferior & mola superior 128.d
Mons ascorum egrotatio describitur 83.a
Moses rogans sicut Iacob inuadit contra deum 14.b
Moses mitissimus fuit in ea sua in causa autem dei zelosus 44.a
Moses non fecit proprii uirtute miracula 84.c
Moses omnibus praelatis imitandus est 92.c
Moses ab omni emulacione sinistrarum immunis 60.d
Mulier fimbriam Christi augetur gentes designat 91.a
Mundus toties quod iustus est uno intuitu a S. Benedicto 38.b
Myrrina afferunt martyres, istus sacerdotes, aut reges 17.b
Myrica numerum Magorum 16.d

Nathan propheta commendat Davidem 75.c
Nauicula iactabatur fluctibus 128.a
Nazareus dicitur & Iacob & prophetis dicitur & Christus 21.b
Nazareus dicitur & Iacob & agere spiritu dei 60.c
Nazareus dicitur est etiam a malis spiritibus & Iudeis 22.a
Negatio Petri praesignata fuit 127.d
Nihil egerunt poenitentiam metu exterminij 110.a
Nomen dei quomodo sanctificatur 64.b
Nomen Petro mutatum est in nouo testamento 93.c
Nominum commutatio cui in utroque testamento fieret 101.b
Nominum duodecim apostolorum interpretatio 101.b
Nominum nota sunt, filius dei, filius altissimi, spiritus sanctus 110.c
Nominum octo de Christo apud Esaiam pulchro ordine posita 13.c
Nomen Pompeii sacerdotum causas per se habuit 160.d

Oblationis ritus describitur 139.
Obsequium spirituale in effusione unguenti 120.b
Oculus dexter per castitatem seruanda proiectio dicitur 55.a
Oculi secundum precationem oportet 101.b
Oculum pro oculo dentem pro dente, est permittentis 57.d
Oculus simplex intentionem bonam significat 69.c
Oculi ante & retro quid significant 118.a
Odiu habere inimicum lex non precepit, sed permisit 59.b
Opus censetur bonum ex bona intentione 69.c
Opus seruile quid sit 112.d
Operum bonorum radix est dilectio 60.c
Operum bonorum ordo 60.d
Opera misericordiae sunt sex 61.a
Opera bona ducunt ad sabbatum celestem 101.b
Operibus bonis redimitur quis in die iudicij 69.b
Opera Christi spiritualiter facta magis respicienda 105.a
Operarij pauci sunt in messe domini 92.b
Operarij efficiendi in messe 60.d
Oratione ornata uerbis compositis non sedit deus 61.c
Oratio fit non solum ad accipiendum, sed ad occurrendum deo 60.d
Oratio longa cum affectu laudabilis 62.a
Oratio musicalis plus afficit auditores 60.b
Orationis tres modi deo placent 60.d
Oratio hypocritarum displicet deo 63.a
Oratio dominica utebatur apostolis nimis breuis 101.b
Ordo Melchisedec esse ostendit in pane & uino uere primogeniti 60.d
Oratio dominica ab omnibus oranda est 60.d
Oratio dominica breuior est apud Lucam quam Mattheum 66.c
Oratio dominica est exemplar omnium orationum 141.d
Ordines Christianorum tres sunt 141.d
Os domini sacra scriptura est, quod Iudeis clausum, discipulis aperuit Iesus 43.b
Omnium mysticum beata uirgo 77.c

Pacis et ministri recedendi facti sunt apostoli 45.d
Pacem mittere non uenit Christus 136.c
Panis superfluit, nisi quis intelligatur 65.c
Panis caeli, panis angelorum, non manna patrum, sed Christus est. 12.b
Panis triplex reperitur in scripturis 101.b
Panis conuertitur in corpus Christi 127.a
Parabolice loquutiones congruebant Iudeis 90.b
Parabola de malis agricolis 135.d
Paralytici curatio, mysterium ecclesie significat 87.b
Participatio in idipsum erit sanctis, post resurrectionem corpora 20.d
Partes due dispergentur 132.d
Paschalis temporis obseruatio 121.c
Pastor magnus ouium est Christus 94.b
Pastores diuersi sunt Christus & Moses 142.b
Passio Christi quomodo fuit triidua 117.d
Passio Christi quomodo saluauit antiquos 124.d
Passio Christi nobis gloriosa est 138.b
Passus mille concedit lex sabbatizanti 140.b
Patrem & matrem relinquendos uetus mandatum est 101.b
Patrem Christi dupliciter nominat in euangelio 79.b
Pater noster unde sit deus 61.b
Pater noster dicere, & non pater mi debemus 64.b
Pater mi solus Christus dicere debuit 101.b
Pater malus Adam & Herodes 77.b
Pater bonus est deus 101.b
Pater in passione tenebat dexteram filij 137.d
Rupertus grande instrumentum quo creatura subijcitur creaturi 41.a
Pauperes spiritus fuerunt Abraham, Isaac & Iacob 43.d
Pauperes Christi filij agri comparantur 71.d
Pax euangelistarum super receptores eorum dicitur 69.b
Pax duplex, scilicet dei & mundi 100.c
Peccatores dicuntur humiles 89.b
Peccatum Iudeorum maximum 139.b
Poenitentia duplex, & que deo fit curae 109.b
Percutiam pastorem, exponitur 128.c
Peregrinatio nostra in Aegypto huius seculi praesignata in filiis Israel 17.d
Peregrini aliter nunc sumus, quam ante fidem susceptam 137.c
Perfectio Christianorum qualis esse debeat 60.a
Perfectionem uera quam habet 84.b
Perfectio Iohannis & Iacobi describitur 101.b
Persecutiones deus non diu permittit 85.b
Petri bona Rupertus 152.b
Petro cur nomen mutatum est a deo, sicut olim & Iacob 41.b
Pharisaei & scribae querebant gloriam suam 79.a
Pharisaei, quibus pro legibus deuterofes erant, ab alijs diuisi sunt 27.b
Pharisaei non baptizabantur a Iohanne, sed insidiabantur ei 60.c
Pharisaei & scribae male iudicabant 74.d
Plaga in medio manuum que fuit 132.a
Plagatus in domo eorum etc. 132.a
Ploratus duplex, bonus & malus 20.d
Poenitentia omnes agere debent, sicut omnia que sunt sicut mirra 82.c
Poenitentia Petri alia quam Iuda 133.a
Poenitentia duplex 60.b
Poenitentia Iuda qualis fuerit 60.c
Porci, Herodes et facillitatis eius margarita, ergo praegnat, 9.b

O P E R I S.

Porcos alienos dedit Christus a demonibus 86.a
Porta clausa principi, per quam uir non transiet 12.a
Potestas Christi contra demones 85.d
Potestas Christi longe maior quam Moysi 93.a
Praecepta Christi sunt nobis possibilis 59.d
Praetium uenditionis Christi utile fuit 120.d
Praedestinatio diuina quid efficiat in homine 88.d
Praedicator non debet cogitare quid aut quomodo loquatur 97.d
Praelati ecclesiae habent potestatem peccatores tradere in manus Satanae 53.c
Presbyteratum cum sero accepit Rupertus 151.a
Primogeniti ius perdidit Ruben & datus est filiis Ioseph 4.c
Primogeniti uocarij fuerunt filij Leui usque ad Christum 5.b
Progenies uiperarum, quod Moses uocat filia draconum 27.c
Propheetae & filij eorum esuriebant & stiebant iustitiam 44.c
Propheetae falsi absque gratia cognosci nequeunt 78.b
Propheetarum officium est aduentum Christi committere pro nunciare 106.b
Propheetae qui & quales fuerunt, ablati de terra 129.d
Propheetae alia quid sit 130.a
Propheetae confunduntur 60.d
Propheetia falsi de Romanis 60.d
Providentia dei circa pauperes que sit 73.c
Providentia dei magna circa omnes creaturas 100.a
Prudentia domini spiritus sancti 78.b
Prudentes esse sicut serpentes iubentur apostoli 97.a
Puerorum cantantium primus Christus 108.b
Puerorum lamentantium primus erat Iohannes 60.c
Pugnandi modus mutatus est, quia ante natum Christum ferro pugnantibus fideles, post non ferro, sed uerbo dei, gladio spirituali 40.b
Pugna Gedeonis contra Madian typus fuit pugna Christianae ibi.

Quadrupes nouissimum in sermo non reddere potest 54.d
Quadrupes tres uicinas habet: uicinia per xij. asis 101.b
Quadrupes genus hominum in extremo iudicio 139.c
Quatuor insignia Christi, deus & homo, rex & sacerdos 3.b
Quatuor sacramenta pietatis nobis necessario credenda 101.b
Quatuor facies euangelistarum secundum ista 4. sacramenta ibi.
Quatuor haec sacramenta faciesque descripsit etiam Moyses 5.c
Quatuor mulieres in generatione Christi reprehensibiles 60.d
Quatuor facies unius animalis sunt 4. sacramenta Christi 91.b
Quatuor persone circa crucem Christi 139.c
Quereret regnum dei quid sit 64.d
Questio ardua de omnipotentia et uoluntate diuina 163.c
Qui fecerit & docuerit, magis uo. hic est Christus 51.c
Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio 60.d
Qui dixerit, sicut, reus erit gehemae 52.a
Qui ille minor in caelo qui maior Iohanne 106.c

Rachel plorans, ecclesia & omnis anima compatiens tribulatis 20.a
Rachel idololatrya per uirum saluata est 56.b
Receptacula pauperum que sunt 101.d
Receptur deus in pauperibus 101.b
Receptur uolens predicatores anathematizantur 96.c
Regnum Iudeorum in se diuisum 115.a
Regnum caelorum uim patitur 60.c
Regnum caelorum primus praedicauit Iohannes praecursor domini 24.d

Regni caelorum, regni legitimum regna terrae rapina sunt 101.b
Regnum caelorum omnes beatitudines complectitur 46.d
Regnum dei siue caelorum quomodo aduenit 65.a
Regnum dei est uerbum dei 50.c
Regnum dei intra uos est, quomodo intelligitur 107.a
Regula Ticomij sexta que fuerit 123.b
Relapsi post baptismum curati 81.a
Religiosi passibus designantur a Christo 71.b
Reprobis scripturae sunt in libro terreno, electi in ecclestia 2.b
Remneciamum seculo esse 55.c
Responso dissimilis datus est Petro & scribae 80.b
Responso Iesus patri pro uocibus sacrae scripturae 110.b
Resurgere a peccatis nemo potest sine gratia 81.c
Respexit dominus Petrum 132.d
Respectus domini duplex 133.b
Retributio mala 136.a
Reuelare uult deus electorum uirtutes 99.b
Reuelationes sibi factas Paulus praedicat 101.b
Reuelauit & pater & filius 111.b
Reuelationes marci author 145.b
Romanum imperium, bestia quarta quomodo comedit & cominit regnum Iudeorum 24.a
Rota habet quatuor facies sicut scriptura significat 143.c
Rupertus mortem suam praesciuit 148.b
Rupertus petiit sibi finem uitae reuelari 149.c
Ruth inter duas leges cognominatus, in salute erasit 6.a
Ruth mariti priore excusat necessitas, postiorer lex 60.b

Sabbatum spirituale cuiusmodi sit 78.c
Sabbatum spirituale in contemplatione 52.c
Sabbatum uiolatio quomodo fiat 112.d
Sabbatum dominus est solus deus 60.b
Sacerdos magnus non debet in amicis pollui 56.a
Sacerdotium primogenitorum cessauit in Iuda et fratribus eius 4.c
Sacerdotium Israeliticum cum cessauit in Aegypto 101.b
Sacerdotium Christi praesertantius quam Aaronis 33.a
Sacramenta quatuor necessaria ad salutem 163.a
Sacramenti absconditi dispensatio 162.c
Sacramenta abscondita fuerunt angelis 60.d
Sacrificium uerum, manus sancti, corpus & sanguis Christi 53.b
Sacrificium iuge per singulos dies fiebat 112.d
Saducei i. iusti, solum quinq; libros Moysi recipiebant 27.b
Salis commutatio in scripturis 46.c
Sal terrae, apostoli 60.d
Sal doctrinae euangelicae contra carnales legis ceremonias 47.d
Sal insinuationum, pharisaei & heretici, scientia supplicantes 60.c
Sallustius historographus eleganti studiosus 61.c
Sanctus multi pharisei dicitur 26.d
Sanctificatio proprie adferbitur spiritui sancto 100.c
Sanctificatio nominis dei quomodo fiat 64.c
Satanae arrogat sibi gentes humanam 139.c
Satanae intentio in inquitibus suis 60.d
Scala Iacob typus lineae generationis Christi 6.d
Scala huius mysterium in angelis ascendentibus & descendentibus per eam 8.a
Scriba minus praesumptuosus fuit 85.d
Scribae & pharisaei cum uirtutibus uacui 50.b
Scribae & pharisaei dixerunt fratri suo, Christo, racha & fratru 52.b
Scripturae hereticis in loquentium sunt 133.d

Scripturae Christi sunt, quia in ipsam tendunt	22.c	Testimonium perhibent de Christo opera eius.	104.c
Scripturae dicuntur os dñi, & fuerit olim clausa et signata. e.	43.b	Testimonia maiora de Christo q̄ sunt testimonia hois,	co.d
Scriptura sacra non exigit faciem uerborum	61.c	Testimonium reddit Christus Iohanni bap̄tistae	105.c
Scripturae sic condita est, ne ab omnibus intelligatur	76.c	Thesauus alicuius ubi fuerit, illic & cor eius	69.b
Scripturae quare obscure tradita est	ib.	Thesaurizare quid sit	68.c
Scripturae sacrae cum maxima humilitate studendum	77.a	Thesaurizare in caelo quid	69.a
Scripturis sacris nihil addendum nihilq̄ subtrahendum	78.c	Thesaurum inuenire, est sacras literas intelligere	73.a
Scripturae absq̄ phaleris uerborum tractandae sunt	97.d	Timendum non est prauiorum iudicium	99.b
Scriptura sacra dicitur columba	129.b	Titulus Christi in cruce per Pilatū, spiritu dei agentis scriptus	
Scripturae sacrae diuulgatae sunt post passionē Christi.	144.c	Trabs in oculo proprio nō cernitur	75.a (est 21.c)
Secundus homo de caelo caelestis	6.d	Trabs fuit in oculo Semei	ibid.
Sententiae doctorum diuerse de Iuda	122.c	Traditio seniorum de paschate	117.b
Septem matres steriles antea, in scripturis	8.d	Tradere iudici, ē excōdicare et foras mittere quos deus iudicat.	
Sermonem eundem Christum sepe repetijt	93.a	Tradita sunt Christo omnia à patre	110.c (54.c)
Sermo Christi mundificauit apostolos	124.c	Tres reges Iuda cur à linea Christi successi sunt	6.b
Sermo domini i mote de quatuor uirtutibus cardinalibus.	49.d	Tres maḡ. tribus partibus orbis exēplar ad Christum fuerunt.	
Seruire duobus hominibus, non autē dominis idem potest.	70.a	Tribunal Christi in cruce mirabile fuit	139.b (17.c)
Simila cum melle, huiusmodi Christi cum deitate	13.b	Trinitatis confessio nunc maior quam olim exigitur	11.d
Similes debent esse apostoli sicut columbae	97.b	<b>V</b> nitatis unitatem, est altitudo Satanae	159.c
Solitudō hirci Hierusalem fuit mystice	141.b	V. u. u. dicitur diuerse res diuersimode	164.b
Sollicitudo rerum temporalium scandalizat	70.d	Ventis imperare et quid sit	85.c
Sollicitudo rerum in deum collocanda est	72.c	Vergilius poeta uir studio sissimus uocū compositor	61.c
Sollicitudo diuitiarum fugenda est	73.b	Veritas opponitur uanitati	159.e
Sollicitum esse in dicere astinum quid sit	74.b	Via ad caelum malis angustia, non autem bonis	78.b
Sollicitus est dominus pro suis amicis	101.c	Vimū & siccata datur merentibus	145.c
Spiritus sanctus primum ab angelo ad Mariam & Ioseph sic dictus est	10.b	Vindicta deo committenda est	1.c
Spiritus sancti duplex datus ē, scilicet uirū diuinitas & remissio, pec. eo. d		Vindicta David de Semei iuste & secundū legem	54.c
Spiritus sanctus uocabulum est uenerabilis q̄ spiritus dei.	11.c	Vindicta duplex in Iudaeos	116.b
Spiritus sanctus de meo accipietur, de scripturis	22.c	Vindicta de relatione faciei	138.c
Spiritus sanctus coadixit filios Israel de Aegypto	35.d	Virga altera regum altera pastorum	95.b
Spiritus sanctus super alios in specie ignis, super Christum in specie columbae apparuit	ib.	Virga domini duplex	136.d
Spiritus sancti data sunt duo	143.b	Virg. in priorem abscondit	co.b
Spiritus sanctus uocabulum est uenerabilis q̄ spiritus dei.	11.c	Virtutes uere philosophis incognite erant	60.b
Spiritus sanctus uocabulum est uenerabilis q̄ spiritus dei.	11.c	Visio & auxilium spiritus sancti contra demones	149.a
Spiritus sanctus uocabulum est uenerabilis q̄ spiritus dei.	11.c	Visio filij dei facta est auctori	146.b
Spiritus sanctus uocabulum est uenerabilis q̄ spiritus dei.	11.c	Visiones diuerse auctori factae.	147.a.b
Spiritus sanctus uocabulum est uenerabilis q̄ spiritus dei.	11.c	Visitatio spiritus sancti circa Rupertum	149.a
Spiritus sanctus uocabulum est uenerabilis q̄ spiritus dei.	11.c	Visio diuinae charitatis enarrari non potest	166.d
Spiritus sanctus uocabulum est uenerabilis q̄ spiritus dei.	11.c	Visio hic ignis est, illic caminus erit	ib
Stella Magis apparuit propter fœdus et promissionem dei ad Abraham	16.a	Vnauinitas est principium iustitia	55.b
Suspensio Iudae dirum portentum fuit	134.d	Voluntas est accepta secundum id quod habet.	58.b
Suspensio Iudae quid significet	135.a	Voluntas dei quae sit	65.b
Syllogismo usus est Christus contra Iudaeos	115.c	Volucres caeli demones significant	83.d
Synagoga filia latronis dicitur	138.d	Volunt monasticum consilij est, non autem precepti	co.b
<b>T</b> emperantia uirtus docetur	54.c	Vox & rugitus domini differunt	158.c
Templo maior est filius dei	112.b	Vngere caput consueuere Palestini diebus festis	67.d
Tempus belli ante natū Christi: tēpus pacis post natū.	45 (c.d)	Vngere caput nostrum est exhilarare cor	ibid.
Tentationes tres filiorum Israel in deserto quibus uicti et impii deles inueniunt: quibus uictor et uisus Christus.	36.a	Vnguentum Magdalenae bis effudit	119.a
Tentationes sunt uarie	66.b	Vnguentum non effudit totum	cod.d
Tentat deus hominem multipliciter	ib	Vris. i. lux mea deus, populum Iudaicum significabat.	11.b
Tentatio circa sacramentum eucharistiae	125.c	Vulpes significant demones	83.d
Tentatio dei	ibid.	Vxor ob quas causas dimitti queat	56.b
Tentatio dei duplex	126.a	Vxor ob fornicationem dimitti potest inuita designatus.	43.b
Tentatio magna circa eucharistiam	cod.b	<b>Z</b> acheus uolens uidere Iesum, quid designat	1.c
Testamenti ueteris quatuor partes	99.d	Zacheus. i. memor dñi, populi gentis ille designat.	11.b
Testimonium Esaiæ, uerbis modicum, uirtute multum	12.d	Zelus dei bonus per ignē, quo spiritus sanctus apparuit,	
Testimonium de Christo triplex in ipsius baptismo	34.c	Zorobabel in Babylone natus, de Iudaea uicta dicitur	22.b
Testimonij de Christo à tota trinitate, quod sit filius dei, eo. d	co.d		
Testimonia quo citant euangelistae, amplificanda sunt	39.d		

# RVPERTI ABBA

## TIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS SVPER MATTHAEVM, PROLOGVS.



**R**XIGIS A ME d̄ philochriste Cuno, uenerabilis quondam Abbas cenobij Sigeburgensis, nunc autem praesul ecclesiae Ratisponensis, nouum condere opus De gloria & honore filij hominis, cōstituti super opera manuum patris, siue se dentis ad dexteram maiestatis in excelsis, ut omnia subiiciantur ei, & huiusce operis aedificium construere super euangelij fundamentum, euangelij secundum Matthaeum. O quam optabile mihi est, & tibi esse dicis, ut quoniam nouissimum, te monitore & pene praep̄tore, nuper edidi opus de uictoria uerbi dei, scribere nunc merar̄ digne de gloria & honore (ut iam dictum est) filij hominis, propter spem repositam in ueritate eiusdem dei & hominis, dicentis: Ex uerbis tuis iustificaberis. ¶ Tute scis, quam impatiēter haec tene te hoc exigētē audierim, quam

asper & pene intractabilis e contra fuerim. Vnde hoc: Videlicet ex multis causis. Multis namque modis me non minus quam te angustat cura domus domini, quae credita est mihi. Praeterea non facile est homini peccatori os suum aperire & arrahere spiritum, cum sit hoc illorum duntaxat, qui desiderant m̄ data domini. Adde quod ipse nosti, quod audisti & uidiisti, quia scripta mea sic plerique legunt, ut insidiantur mihi unde & contingit eis illud, quod hic idem filius hominis glorificandus & honorandus dixit: Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. ¶ Poteram ego iam hic in capite sermonis, illi, quē bene nosti, respondere iuxta quod meruit: qui, quoniam non simplici oculo legit, ambulauit in tenebris, & ita offendit, ut semetipsum non solum inuidum, uerum etiam demonstraret satis imperitum. Male dictis, quae in me conclauit, nō iniustū elogium scripto redderetur, sed mihi uindicta, & ego retribuam, dicit dominus. Cum Semei filius Gera, filij Iemini, maledictione pessima malediceret David, mittens lapides aduersus eum, terramq̄ spargens, Dimitte eum, ait David, ut maledicat, si forte respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. ¶ Dixi causas, quae beneuolum circa scripturas sacras peruertebant animum. Sic turbae praecedentes atque sequentes, uolentem Iesum quis esset, & currentem ad uidendum impediabant Zachaeum, statura pusillum. Sic Pharisei murmurabant, propterea quod diuertisset Iesus ad hunc ipsum futurū apostolum & euangelistam Matthaeum, id est, donatum. At ille perseverans, magnum fecit ei conuiuium in domo sua. Similiter quisquis de supernis spirituali donatus est gratia, perseverantiam habens inter turbas curarum, inter detractiones inuidorum, currere debet ad uidendum Iesum, ad cōtemplandum saluatorem suum, ut in domo pectoris sui suscipiat eum, faciatq̄ illi, si plus non potest, saltem boni ac fidelis sermonis cōuiuium, quia sermo bonus super datum optimum. Igitur ad sit ipse, qui hunc hominem publicanum uidit, & uidendo apostolum atque euangelistam fecit, & tunc demum ad exigis, mihi q̄ esse optabile senti, conabor assequi, proposita spe supernae consolationis.

RUPER-



# RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIA ET HONORE FLII HOMINIS, LIBER I.

Maria filia David & Abrahæ carne q̄ fide.

Luc. 1.

Humilitas Abrahæ & David. Gen. 15. 1. Reg. 24. Matt. 11.

Luc. 1. Quatuor in signa maxima glorie & honoris filij hoia Matt. 1.

Abrahâ sacerdos fuit Gen. 22.

Pfal. 86. Gen. 49.

Quatuor sacra pietatis nobiscum cessaria.

III. euſgeli ſtre ſedm 4. facies animalium. Ezech. 1. 10.

Pfal. 33.

Matt. 9.

Testimoni un David de his 4 aia libus seu facis. Psal. 6. 46.

carnis ueritas nostra assertione non indiget, quod secundum illam beata uirgo Maria ipsorum filia sit uel fuerit: de illa uero, qua secundum fidem siue obseruationem uerbi dei quelibet anima sit mater eiusdem Iesu Christi, non superfluum est memorare, quomodo illorum filia fuerit: uidelicet habendo fidem, habendo humilitatem, facta est filia Abraham, filia David, habuit enim fidem, quæ angelis, sibi inaudita cunctis seculis euangelizanti, in deo, cui Abraham crediderat, loquenti sibi per angelum, uelociter credidit. Habuit humilitatem, quæ audiens & credens sese fieri matrem domini, ancillam professam est: Ecce, inquit, ancilla domini, secundum similitudinem patrum suorum iam dictorum, Abraham atq; David: quorum quanta fuerit humilitas, ex ipsorum uerbis palam innotescit. ¶ Deniq; pater eius Abraham, dum deus cum ipso, & ipse cum deo sermocinaretur, & amicus haberetur, inter cetera dixit: Quia semel cepi loqui ad dominum meum, cum sim puluis et cinis. Porro David cum esset unctus rex electione domini, & Saul persequeretur eum: Quem persequeris, ait, rex Israël? quæ persequeris? Canem mortuum & pulicem unum. Iam deniq; intus docuerat eos deus inuisibilis, qui ex eis nasciturus erat homo uisibilis, mitis & humilis, sicut dicitur: Dicit ad me, quia mitis sum & humilis corde: simile namq; sibi matrem præparauerat, quæ ueraciter diceret, Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. ¶ Considera nunc initium. Hoc siue caput euangelij, quantis uel qualibus titulis illustratum sit. Liber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham. Quatuor insignia sunt notissima gloriæ & honoris huius filij hominis, quia deus est & homo, rex & sacerdos. Si rite consideres, nihil horum hic tacitum est. Nam ipso nomine, quod est Iesus, id est saluator, cuius nominis siue uocabuli causa est, quia saluat à peccatis, dicere angelo ad Ioseph: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum: ex ipso, inquam, nomine quod est Iesus, ex ipsa causa nominis, quæ est saluate à peccatis, quod facere est solius dei, deus esse asseritur, deus uerus esse cognoscitur. Porro sequenti nomine, quod est Christus, & interpretatur unctus, prædicatur unctus rex, unctus sacerdos, rex & sacerdos, qui patribus suis iure successit, patri regi, patri sacerdoti: regi David, Abrahæ sacerdoti, quod prædicat hic titulus, rusticus, & taliter enuntians, filij David, filij Abraham. Rex namq; David, sacerdos Abraham fuit: quippe qui obediens & fidelis filium suum deo in holocaustum obtulit. Primogenitus quippe fuit Tharæ patris sui: & secundum morem, quo primogeniti usq; ad id temporis sacerdotes fuisse traduntur, ipse sacerdos fuit, & post illum Isaac: sed hæc primogenita Esau propter gulam perdidit. Horum patrum siue patriarcharum, qui utiq; homines fuerunt, iste filius & ipse homo est, siue filius hominis, quia ueram de carne illorum carnem assumpsit. ¶ Sicut igitur quatuor (ut iam dictum est) insignia presenti titulo spectanda: quia deus est & homo, rex atq; sacerdos. Hic homo & in Sion natus est, & ipse fundauit eam altissimus. Iste sacerdos semetipsum obtulit, & sacrificatus est tanquam uictulus. Iste rex tanquam leo siue catulus leonis, ad prædam ascendit, apertus in morte sua dormiens oculis, & spoliato inferno surrexit à mortuis. Hic deus, ut aquila uolans, super omnes celos ascendit. ¶ Secundum quatuor ista natura uel officij sui nomina, quatuor nobis sacramenta pietatis necessario credenda proposuit, scilicet incarnationis siue natiuitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis: quorum nullum Christiano ignorare licuit inquam aut licebit. Ex istis cognoscitur Iesus Christus qualis sit, scilicet uere bonus, & uere fortis: quia tanquam bonus propter nos homo fieri, & passionem subire uoluit: & tanquam uere fortis, uicta morte, resurrexit & in celum ascendit. ¶ Et quia talis exinde cognoscitur, ecce quatuor unius animalis facies intuemur, ubi Ezechiel propheta loquitur: Similitudo uultus animalium, uultus eorum facies hominis & facies leonis, facies uittulorum & facies aquilæ: desuper. Nam licet quatuor animalia dixerit, in primis tamē animal unum uult intelligi, quem admodum longe infra, cum dixisset, Facies una facies Cherub, & facies secunda facies hominis, & in tertia facies leonis, & in quarta facies aquilæ, ipsum est (ait) animal quod uideram iuxta flumē Chobar. Animal unum, unus est Iesus Christus: Quatuor facies siue quatuor animalia, quatuor iam dicta sunt unius eius dēq; Iesu Christi sacramenta. Facies istæ fulgent super iustos, quia Iesus Christus uidet eos, sicut scriptum est: Oculi domini super iustos, & uidendo illos conformes facit sibi, siue cui libet ex istis faciebus suis, multo efficacius q̄ lo specular penetrat, suamq; in illo imaginem format. Vidit istum beatum Matthæum, sicut ipse de semetipso: Cui, inquit, transiit et Iesus, uidit hominem sedentem in theloneo, nomine Matthæum, uidit, inquam, situm sol uerus, & in speculari pectoris eius faciem formauit hominis: uidit alium, & in illo figurauit faciem suā, faciem leonis: uidit alium, & in illo expressit faciem aquilæ uolantis. Isti sunt quatuor euangelistæ, qui secundarie quatuor animalia dicuntur. Nam prima quatuor quæ iam dicta sunt, sacramenta, quatuor facies sunt, & animal unum est Iesus Christus. ¶ David hunc hominem siue hominis mysteria, hominis inquam & sacerdotis, regis & dei sacramenta mirabiliter ore prophetico simul cum psalterio decachordo cecinit, calamoq; conscripsit, & ipsa quatuor uocabula, deū, hominē, regē, sacerdotē, pariter expressit, Exempli gratia: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus, illic hominem enuntiauit. Ascen-



**L**IBER GENERATIONIS Iesu Christi filij David, filij Abraham. ¶ Liber iste liber celestis est, & contra liber generationis Adam, liber terrenus est: de quo sic scriptum est: Hic est liber generationis Adam, in die qua creauit deus hominem, ad similitudinem dei fecit illum, masculum & foeminam creauit eos, & benedixit illis, & uocauit nomen eorum Adam, in die quo creati sunt. Sicut primus ille homo de terra terrenus, nouissimus uero iste de celo celestis: uel liber ille generationis Adam, liber terrenus: iste liber generationis Iesu Christi, liber est celestis. In illo libro terreno omnes reprobi scripti sunt, in xta illud: Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra seruentur. In isto scripti sunt omnes electi, quibus ipse dominus: Caudete, inquit, quia nomina uestra scripta sunt in caelis. ¶ Et omnes quidem, tam electi q̄ reprobis, in terra siue terreno libro cōscripti fuerūt, ex peccato primi illius hominis, in quo oēs peccauerūt: sed per iustitiam nouissimi huius hominis, oēs electi transcripti sunt in libro uitæ, libro generationis Iesu Christi, per quem iustificati sunt. Quod in isto tali libro transcripti sunt: Nimirum credēdo in hunc Iesum Christum, quæ admodum de primo patre generationis huius Abraham scriptum est: Credidit Abraham deo, & reputarū est ei ad iustitiā. In quo enim credidit deo ut iustificaretur, nisi in promissione seminis, quod est hic idē Iesus Christus: Dixit enim illi deus, Suscipe celum & numera stellas, si potes: sic erit semen tuum. Et in hac promissione fuerat egressus de terra & de cognatione sua: in semine tuo benedicent oēs gentes quod Christus est. ¶ Cui igitur audis, Liber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham, Abraham genuit Isaac & cetera, ne paruū tibi facias librum hunc, non illud solum attendas, quod Abraham secundum carnem genuit Isaac, & Isaac secundum carnem genuit Iacob, similiter q̄ de ceteris: sed hoc potius, quod Abraham secundum promissionem genuit Isaac, & Isaac secundum promissionem genuit Iacob. Hoc namq; animaduerso, prolixus liber & grādis pagina singulari fere genitura apparet, dum promissionis uerbum in memoria repositum, recogitare facit quod & qualiter ad illos pariter sanctos deus locutus est. ¶ Iam hic considerandum est de hoc ipso generationis libro, quia ita terminatus est: Iacob autē genuit Ioseph. Nōne illam potuisset lineam sequi, qua perueniret ad eum, qui Mariam secundum carnem genuit, nisi potiorē illam æstimaret genituram, quæ est fidei siue promissionis, quæ est auditio siue obseruatio ubi dei: Sigdem & ipse dñs hoc attestat, nosq; cognoscere uult, qui, ubi extollēs quædam mulier uocē de turba, dixit: Beatus ueretur qui te portauit, & ubera quæ suxisti, Quinimo, ait, Beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud, Et alibi: Quicquid enim feceris uoluntate patris mei qui in caelis est, ipse meus & frater & soror & mater est. ¶ Felices itaque quos, etsi caro patris siue generationem Iesu Christi non cōtingit, anima tamē audiēdo & custodiēdo uerbum dei, mater facta est eiusdem Iesu Christi: felicissimi uero, qui utroq; modo patres siue patres sunt tanti filij, quos notissimi sunt hi duo magni patriarchæ, quorum nomina sic insigniter enuntiantur in capite libri huius filij David, filij Abraham. ¶ Et de genitura quidē car-

Duplex liber, un⁹ terren⁹ i Adā, alter celestis i Chro.

Gen. 5.

1. Cor. 15.

Hier. 17.

Luc. 10.

Rom. 5. Per fidem transcribuntur in librum uitæ. Gen. 15. Rom. 5.

Liber generationis secundum promissionem.

Parentes Christi secundum fidem.

Luc. 11. Matt. 12. David & Abraham patres sui patres.

Ioh. 3.  
Phil. 1. 19.  
20. 23. 109.  
Cur David  
preponit  
Abrah. 22.  
  
Exo. 24. 12.  
  
Gen. 22.  
Phil. 1. 11.  
  
Iaac & Ia-  
cob filij p-  
missionis.  
Rom. 9.  
  
Gen. 27.  
  
Rom. 9.  
  
Cessatio sa-  
cerdotij in  
gnatioe tu-  
ca.  
Gen. 49.  
  
Exo. 6.  
Filij Leui  
pro cunctis  
primogeni-  
tis.  
Matt. 1.  
Luc. 2.  
Phil. 109.  
Ordo Mel-  
chisedech.  
1. Pat. 5.

dit deus in iubilatione. illic deum hanc ipsam personam nuncupavit. nam qui descendit. ipse est & qui ascendit. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion monte sanctum eius. ite Domine. saluum fac regem. Domine. in uirtute tua letabitur rex. Et alibi: Quis est iste rex glorie? Dominus uirtutum ipse est rex glorie. illic regem pronuntiavit. Iuravit dominus & non penitebit eum. tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. illic sacerdotē edixit. ¶ Itidē sacramenta siue mysteria hominis siue seminis Abraham. dei siue uolantis aquilae. sacerdotis siue uituli. regis siue leonisi sacramenta. in qua. siue mysteria incarnationis uel natiuitatis. passionis. resurrectionis & ascensionis eiusdem Iesu Christi filij sui. propheticum (ut iam dictū est) & corde concepit. & ore peperit aia huius beati David. cunctisq; uenturis post se seculis legenda uel canēda conscripsit. Hoc Abraham non fecit. licet propheta fuerit. quippe qui nec literas habuit. Primus namq; Moyses longe post illū. scribēte digito dei. literas accepit. Recte igitur. licet Abraham fuerit anterior q̄ David. non dixit euangelista. Iesu Christi filij Abraham. sed Iuda. isid. ordinem præposteros. filij David. inquit. filij Abraham. Preterea & illud sciendū. quia cū isti duo sint patres. ad quos euidē Iesu Christi promissio facta est. uerbum eiusdem promissionis ad David non parum auctum est. Nam ad Abraham dictum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. ad David: De fructu uentris tui ponam super sedem meam. Plus est esse regē seminis Abraham. q̄ esse semen Abraham. Vnde recte diximus. quia uerbum promissionis non parum auctum est ad David. Sed & hoc inferam. quia plus est esse patriarchā. regem. prophetā atq; psalmistam. quod fuit uel est David. q̄ esse tantummodo patriarcham & prophetā. quod fuit uel est Abraham. Ita per omniarationabiliter diuinus euangelista prouidit. ut dicere mallet. filij David. filij Abraham. q̄ filij Abraham. filij David. His in titulo latius præmissis. nunc in ipsum generationis librum pergendum est. I. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. ¶ De utroq; cum dicit. genuit. perpulchrum est subintelligere. quem in promissione accepit. & in sacerdotem deo sacravit. Quæ pars de coris siue genitura: decentis. maxime decet librum generationis Iesu Christi. quia uidelicet. quem admodū Apostolus dicit. Non qui filij carnis. hi filij dei: sed qui filij sunt promissionis. a similitudine siue mine. Quomodo Isaac quem genuit Abraham. & Iacob quem genuit Isaac. nō filij carnis. sed filij sunt promissionis: Videlicet. quia non solummodo susceperunt hæreditatem paternā fidei. uerum etiam non tam usu naturæ. quā dono gratiæ: prouenit hoc ipsum quod geniti sunt. Denique & Abraham sterilem cōiugem Sarā. & Isaac sterilem habuit Rebeccam. De precatu est (ait scriptura) Isaac dominum pro uxore sua. eo quod esset sterilis. Quæ exaudiuit eum. & dedit cōceptum Rebecca. ¶ Et Isaac quidem filium suum Iacob sacerdotē uerbo sacravit. in duntum ueribus Esau ualde bonis. quas Rebecca apud se habebat. denu. in quibus ille. cum esset primogenitus. secundum morem (de quo iam supra dictū est) debuerat sacerdotio fungij ipse autē. uidelicet Isaac. ut uerbo consecraretur uel benediceretur à patre. opus non erat. quia cum fuisset oblatu in holocaustū domino. in typū huius filij uenturi Iesu Christi. extunc plusq; sacerdos erat. id est. non tantū sacerdos. uerum & hostia. De eo quod iam dixi. quia & Abraham Isaac. & Isaac Iacob in promissione accepit. Apostolus ita scribit: Promissionis em̄ uerbū hoc est: Secundum hoc tēpus ueniam. & erit Sarā filius. Non solū autē. sed & Rebecca. & c. usq; ad id. Non ex operibus. sed ex uocante dictum est. quia maior seruauit minori. sicut scriptum est: Iacob dilexi. Esau autē in odio habui. I. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. ¶ In generatione Iudæ & fratru eius cessauit mos ille antiq; quo (ut iam dictū est) eatenus primogeniti sacerdotio fungebantur. Ruben quippe. qui erat primogenitus. ipse peccauit: & propterea benedictionē sacerdotalem non promeruit. imō diminutionē acquiuit. Effusus es (inquit pater) sicut aqua. non crescas. quia ascendisti cubile patris tui. & maculasti stratum eius. Nec uero ita cessauit prior ille mos sacerdotij. ut saltem iunior quisquā ex illis fratribus sacerdotio fungeretur. uel ut idem iunior Iacob amoto Esau. sed & ipsum sacerdotiū omnino cessauit. quādū in Aegypto fuerunt. ubi uendiderāt Ioseph fratrem suum. usq; dum uociferantibus illis ad dominum & dicentibus. Eamus & sacrificemus domino. surge ret sacerdos Aaron frater Moysi. de tribu Leui. Tribum illam tulit dominus pro cunctis primogenitis filiorum Israël: fuerūtq; filij Leui interim sacerdotēs & ministri. sc̄nariū pro cunctis primogenitis. donec ueniret primogenitus iste filius hominis. sacerdos gloriæ & honoris. suūq; amotis uicariis susciperet sacerdotiū. Quod inuēs diuinus euangelista. cū dixisset de Maria. quam utiq; uirginē concepsisse narrauerat. Et peperit filium suum. cōtinuo non otiose addidit. primogenitū. ut subintelligat prudens auditor. & idcirco sacerdotē dignū. in quē dictū est: Iurauit dñs & non penitebit eū. tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech. ¶ Quis autē ordo Melchisedech fuit. nisi offerre sacrificiū panis & uini iure primogeniti: Primogenitus namq; fuit Noē. ut doctissimi phibent. idem. qui alio noie dictus est Sem. Quæ ergo fuerunt primogenita. quæ data sunt Ioseph: Sic em̄ in Paralipomenon scriptum est: Ruben quippe fuit primogenitus Israël. sed cum uiolasset thorū patris sui. data sunt primogenita eius

eius filij Ioseph. filij Israël. & non est reputatus in primogenitum. ¶ Quæ. inquam. fuerunt primogenita. quæ data sunt filijs Ioseph? Nimirum non ipsum sacerdotium. quo nullus eorum (ut iam dictum est) in Aegypto functus fuisse legitur. sed illa pars una. quā dixit ad eundem Ioseph filiu suum. benedicens filijs eius. & constituens Ephraim ante Manassē. En ego morior. & erit deus uobiscum. reduce: que uos ad terram patrum uestrorum. Do tibi partem unam extra fratres tuos. quam tuli de manu Amorrei in gladio & arcu meo. Partis illius Euangelista meminit. cum dicit: Venit Iesus in ciuitatem Samariæ. quæ dicitur Sychar. iuxta prædium. quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Ergo usq; ad tempora illa utrunq; primogenitis ueniebat. & honor sacerdotij. & extra fratres suos possessiōis una pars. Et quidem benedixit eum Iacob benedictionibus dulcissimis. ita concludens: Fiant in capite Ioseph & in uertice Nazaræi inter fratres suos. ¶ Sed quia nihil tale de illo scriptum est. quale est. ædificare altare domino. & inuocare nomen domini. quod fecisse patres. Abraham. Isaac & Iacob. scriptura patet astruit. decimasq; & hostias offerre. quod uotum primus Iacob domino uouit. pariam constat. quia sacerdotium primogenitorum (sicut iam dictum est) in Iacob cessauit. & interim filij Leui primogenitorum fere uicarij. donec ueniret iste primogenitus & unigenit⁹ uirginis. primogenitus & unigenitus dei. ¶ Quoniam intentio presentis operis iuxta propositionem tendit ad gloriam & honorem filij hominis. & quatuor facies (de quibus iam supra dictum est) insignia summa sunt eiusdem gloriæ & honoris. non præterite liber. quia iam hic in benedictionibus Iudæ. prima sese offert facies illius animalis. facies leonis. Nam ut Iohannes ait in Apocalypsi. animal primum simile leoni. Et quidem Ezechiel prius enuntiat faciem leonis. sed illam esse. uel nō esse faciem primam. nequaquam dicit. ubi sic ait: Similitudo uultus eorum. facies hominis & facies leonis. facies bouis & facies aquilæ. Sed & alibi prius neq; hominis. neq; facies. sed uituli faciem dicit: Facies una. facies Cherub. id est. bouis siue uituli: & facies secunda. facies hominis: & in tertia facies leonis & c. Cum ergo solus Iohannes faciem primam dicit faciem leonis. constat quia non secundū ordinem. quo celebrata sunt sacramenta incarnationis. passionis. resurrectionis & ascensionis Iesu Christi. sed secundum ordinem scripturæ Moysi taliter exprimit: Et animal primum simile leoni. & secundū animal simile uitulo. & tertium animal habens faciem hominis. & quartū animal simile aquilæ uolanti. ¶ Nā ecce primo loco facies leonis: Catulus leonis Iuda. ad prædam filij mi ascendisti. Requietiscens accubisti ut leo. & quasi læna. Ecce autem facies secunda. facies uituli. quem admodum dicitur Et secundum animal simile uitulo. Si sacerdos peccauerit. delinquere facies populū. uel si omnis turba Israël ignorauerit. & per imperitiam fecerit quod contra domini mandatum est. offeret pro peccato uitulū immaculatū domino & c. quæ miro modo & ordine uere sacro & mystico figurat sacramentum passionis Iesu Christi cuius sanguis secundum quod ritus ille significat. emundauit conscientiam nostram (ait Apostolus) ab operibus mortuis. Porro facies tertia facies hominis. sufficienter exprimitur in Deuteronomio his uerbis: Prophetam de gēte tua & de fratribus tuis. sicut me. suscitabit tibi dominus deus tuus & c. Cum enim dicit. sicut me. nihil illi deesse restatur de ueritate naturæ humanæ. Faciem quartam. faciem aquilæ uolantis. patenter habemus in uerbis istis cantici Deuteronomij: Sicut agla pro uocans ad uolandum pullos suos. & super eos uolitas. expandit alas suas. & assumpsit eos. atq; portauit in humeris suis. ¶ Plane ad gloriam spectat & honorem filij hominis Iesu Christi. q̄ non solū or hæc scripsit sacramenta pietatis: quorum sine fide homo non uiuit. quorum ex notitia cognoscitur bonitas & fortitudo talis hois. tanti dei. talis regis. tanti pontificis. Quæ non ignorans ipse. quoniam necesse est. inquit. impleri omnia que scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. ¶ Nota historia est. q̄ Thamar nurus fuerit Iudæ. & q̄ ex ea genuerit Phares & Zara. nesciens q̄ esset nurus sua. quæ dum concepisset hos geminos. nuntiatum est Iudæ. Fornicata est Thamar nurus tua. & uidetur uter⁹ eius in tumeferre. Et ille: Producite. inquit. eam ut comburatur. Nec mora. rem cognoscens. iustior me est. quia non tradidi eam Sela filio meo. Quis autem nesciat. quōd ex illa fornicatione nati sunt Iudæ. imō & tota fere nobilitas Iudæi generis. uniuersa progenies regalis: ¶ Quid igitur Iudæ. omnibus hominibus molesti. cum molesti essent deo ac domini nostro. iactabant. dicentes. Semē Abraham sumus. nos ex fornicatione non sumus nati: Et ille quidem. Scio. inquit. quia filij Abraham estis. non tamen dixit. scio quia ex fornicatione nati non estis. Nam uera fornicata est Thamar. quæ concepit eos. & istud commemorādo poterat cōfutare superbos. nisi quōd prior ipse facere debuit. quod docet per Apostolum suū. dicentem: Nemini dantes ullam offensionem. Porro nebula fornicationis illius. non solū nō obscurat gloriæ & honoris filij hominis claritatem. uerum etiā illustrat bonitatis eius dignationem: quia sicut pro peccatoribus homo fieri. ita de peccatricibus nasci dignatus est. ¶ Hæc Quatuor mulieres!

Primogeni-  
ta data fili-  
is Ioseph.  
Gen. 48.  
  
Ioh. 4.  
  
Gen. 49.  
  
Gen. 11. 16.  
35. 38.  
  
Cur facies  
leonis pri-  
mo ponit.  
  
Apoc. 4.  
Ezcc. 1.  
  
Idē. 10.  
  
Apoc. 4.  
  
Gen. 49.  
  
Leuit. 4.  
  
Heb. 9.  
  
Deut. 18.  
  
Deut. 32.  
  
Lex Moysi  
de Chro.  
  
Luc. 24.  
  
Gen. 38.  
  
Iudæi ex  
fornicatione  
nati.  
Ioh. 8.  
  
2. Cor. 6.  
  
Quatuor  
mulieres!

genealogia Chetie phisibiles. Iosue. Ruth Moab. Deut. 23. Deut. 25. Necessitas excusat. Ruth 1.

heres assumit in hac genealogia saluatoris, quales scriptura reprehendit, Thamar & Rachab, Ruth & Bethsabe. Nam Salmon (ait) genuit Booz de Rachab, quam constat fuisse meretricem, & de ruinis Hierico saluatam esse per fidem. Booz genuit Obed ex Ruth, quam constat fuisse Moabitidem. In qua mirabile contigit illud, quod compungnantibus inter se duabus legis diuinæ sententijs, ipsa in salutē euasit. Nam lex dicit: Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam domini in æternum, quia noluerunt uobis currere cum pane & aqua in uia, quando egressi estis de Aegypto, & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syria, ut malediceret tibi. Item lex dicit: Si fuerit mortuus uir absq; liberis, uxore defuncti frater eius uel propinquus accipiet, & suscitabit semen fratris sui. Itaq; lex ipsa quæ damnabat eam, quoniam Moabitis erat, suffragabatur illi ut acciperet eam Booz, quoniam uxor propinqui fuerat, & taliter non solum intrauit ecclesiam domini, uerū etiam principalem obtinet memoriam in ecclesia domini, ita ut semen quod ex ea suscitatum est, statim secunda generatione generaret Dauid, principem & regem ecclesie domini. Si quidem Obed ex ea generatus, genuit Iesse. Iesse autē genuit Dauid regem. Et Booz quidem non solum excusatus, uerum etiam iustificatus est, ducendo uxorem Moabitidē, etenim lex (ut iam dictum est) iustificat eum. ¶ At illum qui prior duxerat illam, non lex iustificat, sed necessitas excusat, scilicet fames, quæ facta fuerat, & propter quā (ut scriptura refert) abiit homo de Bethleem Iuda, ut peregrinaretur in regione Moabitide cum uxore sua ac duobus liberis. Ipse uocabatur Elimelech, & uxor eius Noëmi, & de duobus filijs, alter uocabatur Maalon, & alter Chelion. Qui acceperunt uxores Moabitidas, quarum una uocabatur Orpha, altera Ruth: manseruntq; ibi decem annis, & ambo mortui sunt. Cæterum nisi necessitas illos excusasset, nec ipsi uxores ducere debuissent Moabitidas, nec Booz lege teneretur, uel cæterorum aliquis, ut eam acciperet iure propinqui. ¶ Ecce ita sicut peccatrices & alienigenas propter fidem lex dei assumpsit, & euangeliſta hic nominare dignum duxit: ita quædam domesticos feminis propter impietatem reuocauit atque reiecit. Ait enim: Ioram autem genuit Oziam. Tres de medio succidit, uidelicet Oziam, Ioas & Amasiam. Quam ob causam Nimirum propter impietatem Atheliam matrē suam, cuius imitari sunt homicidia, occidendo prophetas domini, sicut illa & mater eius Iezaba Itra Samaria. ¶ Et quidem Manasses quoq; multum sanguinē iustum sudit: ueruntamen reuertens, & penitentiam egit. Et hoc reuera multum attinet ad intentionē euangelistę, de qua supra dictum est, quā nisi potior emillam æstimaret genituram, quæ est fidei uel promissionis, quæ est auditio siue obseruatio uerbi dei, quā illam quæ est carnis, poterat genealogiam sic texere, ut patrem illum contingeret, qui beatam Mariā secundum carnem genuit. Quæ est enim locū habere deberent inter parentes carnis domini, hi, sub quibus nec saltern loqui licuit prophetis uerbi dei? Deniq; prophetam domini, quia fuit ausus loqui in nomine domini, prophetam & sacerdotem Zachariam filiū Ioiadę facer dotis, Ioas interfecit, & xio n est recordatus misericordię, quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filiū eius. Post hunc Amasias prophete dicens sibi a domino, cur adorasti deos qui non liberauerunt populū suum de manu tua, respondit: Nū consiliarius regis es? Quiesce, ne interficiā te. Et quidem cæteri quoq; præter Dauid & Ezechiam & Iosiam, omnes peccauerunt, ueruntamen si ibi illis prophete licuit prophetis, qd pertinebat ad huiusmodi genealogiā, quorū unus dicitur. A timore tuo dñe concepimus & peperimus spiritū salutis tuæ: fecimus super terrā atq; idcirco isti soli de memoria præſenti, de libro generationis Iesu Christi repulsi sunt, qui uerbum audire uel præcones uerbi dei uiuere passi non sunt. L. Iacob autem genuit Ioseph uirū Marię, de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. ¶ Ecce scala illa quæ in somno Iacob apparuit quando parētib; obediens ibat in Syriā, ut de sua cognatione acciperet uxore. Ecce, inquit, uā, scala stans super terrā, & cacumen illius tangens cœlū, & dñs innixus scalę, qui dixit ad eū: Ergo sum dñs deus Abraham patris tui, & deus Isaac &c. Licet & alius secundū moralē intellectu possit illius scalę sensus uel, nihilominus tamē scala illa, ista est gñatio Iesu Christi: & latera scalę, summi patres uel principes sunt huius generationis, Abraham atq; Dauid, ad quos promissio facta est cū iuramento eius quæ promissit. ¶ Superius scalę gradus, cui dñs innixus est, iste est beatus Ioseph uir Marię, de qua Iesus quocatur Chrs, natus est. Quod iste deus & dñs huic innixus est: Vtiq; tanquā tutori pupillus, quippe qui in hoc mundo sine patre natus est. Ita innixus est huic beato Ioseph, ut esset infantulo iste pater optimus, ut huius solatio paterno puer cum uirgine puerpera sustentaretur. L. Oēs ergo generationes ab Abraham usq; ad Dauid generationes quatuordecim, & a Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim, & a transmigatione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim. ¶ Quid sibi uult tam diligens generationum computatio, tam diligenter facta quasi per complexionem siue cōclusionem computationis diuini? Num frustra uel sine rationis pōdere taliter digessit uel complexus est generationes euangeliſta diuinus, in quo uel per quem sine dubio spiritus sanctus locutus est: quip-

Nō sine pōdere uerborū loquitur Mattheus.

pe qui cum publicanus fuerit & homo sine literis, non ab homine neque per hominē, sed per spiritum sanctum doctus est ut scriberet. Sine dubio quicquid loquitur pōdus habet: & hoc ipsum quod nunc ait, uim sensus continet, quam non præterire libet. Arbitramur enim, in dō & experimento didicimus, per oēsq; mirari, cur benignitas dei promissionem suam implere, scilicet incarnationem filij sui, uerbi sui, mundo exhibere tam diu distulerit. Nimirum qui paratus studeat esse uel cupit rationem reddere omni poscenti de iustitia fidelis dei qui repromissit, ecce per ista agere non potest, nisi subtiliter animaduertere potest, illud magis esse mirandum, in gloriam & laudem iusti, & ut iam dictum est, fidelis dei, quod immutabilis præstitit, & stabilis in promissio uel proposito suo permanſit, cum ab illis quibus promiserat multipliciter, & nimis grauius offensus fuerit. Offensiones illas numerus iste quatuordecim generationū tripliciter subtiliter insinuat. ¶ Quærat igitur aliquis: Cur deus tam diu Christum suum distulit? Cur non primis parentibus, quibus promiserat, continuo dedit? Cur nō statim uel in breui de aliquo illorum beata uirgo nata est, quæ Christum conciperet & pareret? Hoc enim desiderabat ille, qui cum mitteretur ad Pharaonem obsecro, inquit, domine, mitte quem misisturus es. Et continuo sequitur: Iratus dominus in Moysen ait: Aaron frater tuus Leuitus, scio quod eloquens sit, & cætera. Ac si diceret: Me dicente, obsecro domine mitte quem misisturus es, dominus iratus erat: & iccirco de eo quod obsecrabam, nec saltem respōsum ullum dedit, sed alia dixit. Et quam ob causam dominus iratus erat? Videlicet propter peccatum domus Abraham, Isaac & Iacob, quibus promiserat, quia filij Iacob fratrem suum Ioseph, per inuidiam in seruum uendiderant, & ille quatuordecim annis seruiert. Cum enim se decim esset annorum, tunc uenditus est: & quando e ductus de carcere stetit in conspectu regis Pharaonis, triginta annorum erat. ¶ Itaq; sic quodam loco iustus iudex, id est, dominus, dicit: iuxta numerum dierum quadraginta quibus cōsiderasti terram, annus pro die imputabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates uestras: ita & illic iustum esse arbitremur iudicium, ut diceret: iuxta numerum quatuordecim annorū, quibus seruiuit uenditatus Ioseph, generatio pro anno imputabitur: & quatuordecim generationibus semen, quod promissit patribus uestris, differet, qd est Christus. Igitur ab Abraham, inquit, usq; ad Dauid generationes quatuordecim, subauditur, & Christus nō uenit, & eo usq; distulit eum iratus dominus, unde & Moyses loco supradicto conuenit. ¶ Porro Dauid, in quem generationes quatuordecim terminatę sunt, cum iam & ipse promissionem accepisset eandem cum iuramento domini, peccauit & ipse non minus quā priores illi. Vriam Aethæum percussit gladio, & uxorem illius tulit, & interfecit eum gladio filiosq; Ammon. Itaq; nō minus super hoc irasci debuit dñs, qd dudum fuerat iratus: & iccirco à Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis ait generationes quatuordecim, & Christus nō uenit. ¶ Porro in transmigratione Babylonis, quæ poena fuit transmigratis illis, non minoris erat peccati uel criminis, quod reges Iuda, maximeq; Manasses, sanguinis innoxium fuderunt multum, donec implerent Hierusalem usq; ad os, absq; peccatis suis quibus peccare fecerunt Iudam, ut faceret malum coram dño. Igitur & a transmigratio- ne Babylonis ait, usq; ad Christum, generationes quatuordecim: subauditur, & nisi post tot generationes idem Christus uenit. Et quidē tunc temporis funestus Merodes multo sanguine terram cruentabat: sed impietas eius, generi Abraham uel semini Dauid imputari non debebat, ut propter illum Christus differeretur, quippe qui nō Iudęus sed alienigena erat, utpote patre Idumæo, & matre ortus Arabica. L. Iacob, inquit, genuit Ioseph uirum Marię de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. ¶ Iurum Marię cum dicit, magnū & uerum nomen beato Ioseph attribuit: quia si est uir Marię, est & pater domini. An non & lex hoc edicit, quod ea quæ desponsata est, iam uxor fit: Si puellā, inquit, uirginē desponderit uir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea, educes utrunq; ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: Puella, quia non clamauit, cum esset in ciuitate: uir, quia humiliauit uxorem proximij sui. Ergo uir Marię Ioseph, & ipsa uxor illius, Proinde nec iste inepte dixit: Ioseph uirum Marię, nec alius euangeliſta mentitus est, patrem illum eius, qui ex ea natus est, Christi appellandus: Et erat, inquit, pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. Non solum autē euangeliſta Ioseph uirum Marię dixit, uerum etiam prior angelus, quod æquipollens est, Mariam coniugem Ioseph enuntiauit: Ioseph, inquit, fili Dauid, noli timere accipere Mariam cōiugem tuam. ¶ O coniugium uerum & sanctum, coniugium cœlestē, nō terrenum. Quomodo enim uel in quo coniugati fuerūt: Nimirum in eo, quod unum spiritus & una fides erat in eis, solatilis definit corruptio carnis. Propterea uerissimē dixit Apostolus: Quia primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis, nō qd iste Iesus Christus, qui ex Maria natus est, de cœlo cum carne uenerit, & per Mariā quasi per fistulā transierit, sicut quidā dixerunt hæretici: sed quod coniugij uita siue cōiunctio, tota fuit cœlestis, & spiritus sanctus amborum coniugalis amor: quorū utiq; conuersatio erat in cœlis, in ambobus præſidens, coniugem uiri huius fidei cōmiserit: & de carne uirginis hominē formans

2 Petri 1. Math. 9. Galat. 1. 1. Petri 1. Quæstio. Pñal. 55. Exodi 4. Gene. 37. Gene. 41. Responso. Nimeti 14. Peccatum Dauid. 2. Reg. 11. Peccata regum Iuda. 4. Reg. 11. Matth. 1. Vir Marię Ioseph. Deut. 23. Luca 3. Coniugij cœlestē inter Ioseph & Mariam. 1. Cor. 15. pater no







dio tui. Neutrum horum facere, scilicet neq; tradere, neq; in iudicium uoluit producere. Hoc unum praelegit, hoc maluit, uidelicet occulte dimittere eam, quod ad perfectam pertinet iustitiam. ¶ Hic percontari libet: Quare timorē eiusmodi deus illi uenire permittit? Quare non praenitit? Quare hunc ipsum angelum, quem tandem missurus erat, non misit antea, tunc scilicet quando misit ad uirginē quae ei desponsata erat? Videlicet ut tentaretur, & manifestum fieret tam sanctis angelis, q̄ nobis hominibus de ipso, quod esset iustus, & talis, qui digne sic deberet appellari, Ioseph fili David. Sic etenim idem pater eius David maluit exulare, quam uti permissio legis diceretur: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Tradiderat dominus in manu eius Saul odientem & persequentem; & nunc, ait Abisai, per fodiam eum lancea in terra semel, & secundo opus non erit. Ait ille: Viuit dominus, quia nisi dominus percussisset eum, aut dies eius uenerit ut moriatur, aut in preliū descendens perierit, propitius mihi sit dominus, ne extendam manum meam in Christum domini. Et post hęc sur rexit David, & abiit ad Achis regē Geth, & habitauit cum Achis in Geth. Quomodo iste iustus Ioseph occulte dimittere eam uoluit, quam habebat desponsatam, nisi proficisceretur in regionem aliquam, sicut fecit ille David? sicut propter aduersos casus fecerunt pleriq; alij? ¶ Amplius autem ex eo filius David tam insigniter, tali in re, tali in tempore dignus fuit appellari, dicente angelo, Ioseph fili David, quia fidem habuit eandem quam habuit pater eius fidelis David; quippe qui prius inaudita credidit, uidelicet quod ipsa, quae conceperat, uirgo esset: secundum uerba hęc eiusdem angeli, quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est, & cetera. Nam promissionis siue re promissionis, in qua credēdo pater Abraham iustificatus & amicus dei appellatus est, cōsummatio est hic sermo angeli, quem in somnis accepit, & statim obediuit deo credulus, puellae beneuolus, eatenus uir iustus, exinde iustissimus. ¶ Spiritus sanctus maxime ex hoc facto suo nominatur, quia quod in ea natū est, ait angelus, de spiritu sancto est. Antehac spiritus dei, siue spiritus domini dicebatur, nec facile in omni serie ueteris instrumenti, reperies hoc insigne uocabulum, scilicet spiritum sanctum praeter quod David & spiritum sanctum tuum ne auferas, inquit, à me. Nec ipse, sic absolute spiritū sanctum dixit, sed tuum addidit, sicut in ceteris scripturis legalibus, siue prophetis, nusquam absolute spiritus sanctus, sed relatiue scribitur, ut tam dictum est, spiritus dei, siue spiritus domini. Ab hoc loco ferē primum sonuit in auribus nostris, hoc reuerendum & insigne uocabulum, proprium atq; absolutum, spiritus sanctus ubi angelus, & ad Mariam, spiritus sanctus, ait, si perueniet in te, & ad Ioseph, quod enim in ea natū est, inquit, de spiritu sancto est. Quam ob causam? nisi quia (quod cum magna reuerentia cogitandum est) maxime ex hoc opere, quod in Maria operatus est, claruit hic spiritus dñi, quod uere sanctus sit. ¶ Quærat aliquis: Cum & pater spiritus, & filius spiritus; & pater sanctus, & filius sanctus sit, quam ob causam uocabulum hoc, quod est spiritus sanctus, proprium ascribitur personae huic, & sola hęc persona sic uocari debuit? Ad hęc, inquam: Nimirum quia tota personae huius operatio, non aliud nisi sanctificatio est. Hęc operationum distinctio diligenter animaduertenda est, quia deus pater omne quod factum est, per filium fecit; & omne quod sanctum est, per spiritum suum sanctificauit. Quid enim est spiritus eius, nisi amor eius? ¶ Et quomodo creaturæ quęcunq; rationalis aliter, nisi amando creatorem, potuit unquam uel potest sanctificari? Igitur quāuis & pater, ut iam dictum est, spiritus, & filius spiritus, & pater sanctus, & filius sanctus sit: recte tamen hęc sola persona spiritus sanctus debuit nūcupari: cuius operatio propria, creaturę sanctificatio est, sine quo nec angelus sanctus, nec homo sanctus est, quem non habens angelus, diabolus est, quem non habens homo, Antichristus uel membrum diaboli est. Huius sanctificationis summam esse nemo qui nesciat id quod in beata Maria natum est, imò & principium eiusdem operationis, id est, sanctificationis illa conceptio est. Deniq; ipsa est prima, in quam iuste spiritus illo cum dato superuenit, propter quod & dicitur spiritus sanctus, quod uidelicet datum, remissio est peccatorum. ¶ Et quidem ante illam super multos uenit hic idem spiritus domini, sed alio dato quod est gratiarum diuisio. Duo quippe spiritus huius data sunt, alterum quod est remissio peccatorum, alterū quod iam dictū est, scilicet diuersarū diuisio gratiarum, de quo Apostolus: Alij quid dā, inquit, per spiritum datur sermo sapientiae, alij autem sermo scientiae, alteri fides, alij gratia sanitarū, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarū, alij interpretatio sermonū; huiusmodi gratias ante beatā Mariam plures habuerūt, & nonnulli, ex his qui habuerunt, non sancti fuerunt, exempli gratia, ut Saul & Balaam. Datū aliud, quod est remissio peccatorum, spiritus dñi distulit in Christi aduentum: Et de hoc dato est dictū illud: Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nōdum erat glorificatus. ¶ Datum hoc, beata Maria prima omnium mortalium accepit in ipsa hora conceptionis, dicente angelo: spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & qd nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Et reuera, ut omnino sanctū esset quod ex ea naceret, oportebat ipsam sanctificari, id est, emundari ab omni peccato, tam actuali,

Questio.

Responsio.

Leuit. 19  
Matth. 5

1. Reg. 26

Ioseph filij  
David.

Spūs sc̄tus  
primū ab  
angelo sic  
dictus.

Psal. 50

Lucæ  
Matth. 1  
questio.

Responsio.

Sanctificatio  
propria  
spiritui sancto.

Duplex datum  
spiritui sancto.

1. Cor. 12

Iohan. 7  
Maria datū  
spūs sancti  
in remissio  
nem pecca

quod maius erat, scilicet originali. Nec uero solum hoc tunc accepit spiritus datum, quod est remissio peccatorum, uerum etiam illud alterum, quod est diuisio gratiarū, uidelicet ita ut operationem uirtutum omnimodē maximeq; fidem & prophetiā, siue omnem haberet prophetiā eam gratiā. ¶ Nam ipsa est prophetissa illa de qua dicebat Esaias: Et accessi ad prophetissam, & cōcepit & peperit filium. Praemiserautē: Et dixit dominus ad me: Sume tibi librum gratiā dem, & scribe in eo stilo hominis, uelociter spolia detrahe, cito praedare. Et adhibuit mihi testes fideles, uiam sacerdotē & Zachariam filium Barachie. Quis erat ille liber grandis, quē ut fumeret, & stilo hominis in eo scriberet, dictum sibi asserit, & adhibuit testibus, accessi, inquit, ad prophetissam, & cōcepit & peperit? Quis, inquam, erat liber ille grandis nisi uerua scriptura sancta, quanta usq; ad tempus illud cōscripta fuerat à Moysē & prophetis? Hunc librum sumere fuit illi, & in eo scribere stilo hominis, prophetiā accipere gratiā, & portionem suam scribere de aduentu Christi filij dei, taliter ut ab homine posset legi & intelligi. Et quid erat illi hoc factū accedere ad prophetissam quae cōcepit & peperit, nisi ab ista beata uirgine illum cognoscit: & sicut ceteras scripturas, ita & librum Esaiæ mente eius comprehendit, docente illam repentina illuminatione superuenientis in eam spiritus sancti? ¶ In de gratulari quod taliter ad hanc prophetissam accesserit, & quod huius rei testes habeat uiam sacerdotem, & Zachariam filium Barachie, id est, omnes credentes de utroq; populo, gentili atq; Iudaico. Urias namq; quod interpretatur lux mea deus, ipse est anterior populus, scilicet Iudaicus, cui soli quondam notus erat deus: unde & dicere poterat, lux mea deus. Zacharias uero, quod interpretatur memor domini, ipse est posterior populus, uidelicet gentilis, qui nūc est memor domini quia quod ille populus expectabat futurū, iste nouit ac meministi iam esse factum, scilicet quod hęc prophetissa cōcepit & peperit filium: uerū populus hodie testis est illi, quod in illo libro grandi ueritatem scripserit. Igitur utrunq; spiritus datum simul accepit hęc beata uirgo Maria, prophetarum prophetissa, & hęc est gratia plena, iuxta saluationem angeli dicentis: Aue gratia plena, quia uidelicet dum suscepit uel cōcepit uerbum dei, uerbum domini, simul accepit utrunq; spiritus dei datum. ¶ Secundo loco Iohannes amicus sponi, praecurser dominus, utroq; eiusdem spiritus dato meruit participare: ex utero matris suae, sicut praedixerat idem angelus qui ad beatam Mariam locutus est: Et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae: quod uidelicet tunc mater eius praesensit, quādo exclamans uoce magna, & ipsa spiritu sancto repleta: ecce enī, inquit, ut facta est uox saluationis tuae in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo: Unde sicut ueraciter huic beate uirgini dixit angelus, gratia plena, ita uerissime dñs de illo dixit: Inter natos mulierū maior nō surrexit. De plenitudine gratiæ, qua dictū est: Aue gratia plena, primus ille accepit, & eodem spiritu sanctificati sunt, & hęc mater dñi, & ille amicus dñi. Et textū qui prius dicebatur spiritus dei uel spiritus dñi, spiritus sanctus accepit alius enūtiari, primū ex ore angeli, & deinde ex omni euāgelio Christi, quod uocabulū uenerabilius sonare nō dubito omni habēt aures audiendi, licet & hoc nomen, spiritus dei, spiritus dñi, satis & multū uenerabile sit. Ratione nominis spiritus sancti quam diximus, scilicet remissionē peccatorum, ipse angelus protinus cui denter exponit, cum dicit: Qui erit pater filij: & uocabis nomē eius Iesum. Ipse enī saluum faciet populū suū à peccatis eorū. ¶ Quā nouum nomē est spiritus sanctus, tam noua est hęc ratio nominis, ipse enī saluum faciet populū suum à peccatis eorū. Nusq; enī in lege aut prophetis remissio peccatorum (qd datum est spiritus sancti praecipuum) uerbis enūtiatur tam manifestis, ¶ Quam aliam siue meliorē quærere debemus nouitatē, in uerbis illis sancti & ueri dicentis: Qui uiderit, faciā illū columnā in tēplo dei mei, & foras nō egredietur amplius, & scribā super eum nomē dei mei, & nomē ciuitatis dei mei nouę Hierusalem, quae descendit de caelo à deo meo, & nomē meū nouū: siue in illis apud ezechielē promissis dñi: Et dabo uobis cor nouum, & spiritū nouū ponā in medio uestri. Quęcūq; uel quantacūq; dicatur ad sanctā nouitatē pertinetia, summa omnium est remissio peccatorum, quę hinc habet initium, ubi dixit angelus: Ipse enī saluum faciet populū suum à peccatis eorū. ¶ Nihilominus & hoc nomē filius dei, siue filius altissimi, nouū est: Sicut enī iam de nomine spiritus sancti dictū est, ita & de isto nomine perp̄dere uel reminisci non otiosum est: quia nō facile quisq; hoc reperiet in ueteribus scripturis, legalibus, siue prophetis. Deniq; sicut qui in lege siue prophetis dicebat spūs dei, siue spūs dñi, nūc ex euāgelio praedicit spūs sanctus: ita qui in illis scripturis dicebatur uerbum dei, siue uerbum dñi, nunc dicitur filius dei, ex quo sic angelus praenuntiauit triuocūq; quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei: itemq; hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Erat plane in principio, erat de patris corde natus hic filius, hic deus: sed erat filius occultus, deus absconditus, dicebatq; interdum de futuro tale quiddā dñs dixit ad me, filius meus es tu, postula à me, & cetera: sed uulgo non audiebatur, palam non loquebatur, neque cognoscebatur. ¶ Et iccirco confessio nominis eius, non eo iure, quo nūc exigitur, ab hominibus exigebatur. Ex quo is, qui erat ex deo genitus, factus est nostrae naturae filius, ex eo tam huius filij

Job: primi  
accepit.

Esaiæ 9  
Maria proph  
phetissa.

Testes Uri  
as & Za  
charias.

Iohannes  
Baptista.  
Lucæ 1

Matth. 11

Spūs sc̄tus  
nomē uer  
nabile us  
est q̄ sp̄ri  
tus dei.

Nomen nou  
um.  
Apostol. 5  
ezech. 36

Filius altis  
simi nomē  
nouum.

Psal. 2  
Nunc ma  
ior q̄ olim  
exigitur  
filij

confessio filij quam eius, de quo conceptus est, spiritus sancti, à nobis cōfessio iure exigitur, sicut et patris, cuius hic filius, & iste est spiritus sanctus, ut non dicamus tantū, sicut prius, deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, sed qd̄ clarius est, deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus in quo uiuimus, mouemur & sumus. ¶ Solenne est illud hic perpendere, cum dicit: Pariet autem filium, quia beata Maria cœlum illud est, de quo fuerat præscriptū: Et ianuam cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum. Si enim cuiuslibet iusti animæ cœlum est, quanto magis hæc singularis dei habitatio uel sedes: ¶ Quot autem uel quæ sunt ianuæ huius cœli, quas dominus deus aperuit? Duæ, altera mentis, altera uentris. Ianuam mentis deus aperuit, quia beata hæc credidit quæ dicta sunt ei: Ianuam uentris aperuit, quia sine uiro uirgo concepit, uirgo peperit, & post partum uirgo permanit. Quis enim alius nisi deus ianuam uentris sic aperiret, ut & pareret & uirgo permaneret? Hinc est illud apud prophetam Ezechielem: Et conuertit me ad uiam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientem, & erat claustra. Et dixit dominus ad me: Porta hæc claustra erit & non aperietur, & uir non transiet per eam, quoniam dominus deus Israël ingreditur per eam, eritq; claustra principij. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem corā domino. Per uiam uestibuli portæ ingreditur, & per uiam eius egreditur. Notum est ecclesiasticæ fidei celebre & usitatum est in laudibus Christi, & sanctorum parum scriptis, quia hæc porta claustra mater est incorrupta, claustra principij, id est, ad honorē principij Iesu Christi, qui uidelicet princeps in ea sedet, quippe qui à die cōceptionis, in sacri uentris hospitio, nouē mētib; habitauit, & per uia uestibuli, id est, per auditū fidei ingressus, ita per uia eius egressus est deus & homo, unus idemq; dñs deus Israël, ut per eam uir non transiret, id est, neq; in cōcipiendo sese inlereret, neq; nascituro uia aperiret. ¶ Sed ad prioris prophetiæ capitulū reuertamur. Ianuam cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandū, & panem cœli dedit eis, panē angelor; māducauit homo. Iudæi putauerūt Psalmistā hoc dixisse de māna illo transitorio, qd̄ patres eor; māducauerunt in deserto. Cum enī curiosi agētes, & otiose uiuere nolentes, dixissent: Quod ergo tu facis signū, ut uideamus & credamus tibi quid operaris? Patres nostri manducauerūt manna in deserto, cōtinuo subiunxerunt: Sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit eis māducare. Verū ita putādo uel sentiendo multū errabant, si tali cibo uiuere existimabant etiā angelos, quoniam cōtinuo sequitur: Panem angelor; māducauit homo. Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, nō Moyses dedit uobis panē de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Et est sensus: Panem illum, de quo scriptum est illud, quod mihi obijcitis: Panem de cœlo dedit eis manducare, non præterito tempore datum est, nec Moyses dedit, sed præsentis tēpore pater meus dat uobis. Etenim ego sum panis uiuus & uerus qui de cœlo descendi, & de isto tempore dixit spiritus in Dauid, panem angelorum manducauit homo, quāuis uerbo sit usus præteriti temporis, dicendo, māducauit, sicut mos est frequens prophetis, futura nuntiare uerbis præteriti temporis. Igitur quando factum est quod dixit angelus, pariet autem filium, & uocabis nomē eius Iesum, tūc ianuam cœli dominus aperuit, & pluit nobis manna ad manducandum, panem cœli, panē angelorum. ¶ Secundum similitudinem illius facti, quod ita scriptum est: Mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum, cumq; operuisset super ficem terræ, apparuit in solitudine minutum, appellauitq; ait scriptura, domus Israël nomen eius Man, secundum similitudinem, inquam, illius signi factum est hic. Spiritus sanctus superuenit in beatam uirginem, qui in sanctis scripturis per rorem solet significari. Et hoc fuit utique rorem iacere in solitudine, uisceribus infundi uirginis solitariae, nulliq; uiro peruis. Ille uterum uirgineum cœlitus irrorauit, non de sua substantia, sed de naturali humore ipsius incorruptæ carnis. In quo mira & magna distantia est, ab omni conceptu uniuersæ carnis, quia uim sementinarum sacri corporis, non uir extrinsecus accedens, sed spiritus sanctus intus operans contulit. Tunc in eadem solitudine apparere minutum, hoc fuit adesse in eodem secreto uerbum subtilissimum atq; fortissimū, quod eidem se humoris miscuit tanquam coagulatum, unde sicut filij Israël dixerūt adiuuicem, man hu, ita nos & multo magis nos dicamus, quid est hoc? Dicamus etiam propter hoc: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui, quia uidelicet mulier omnis concipiens, de amore uiri concipit, sola de amore dei, id est, de spiritu sancto concipisti. Hoc appellamus nos domus Israël man, gustusq; eius nobis quasi similia: cum melle, quo epulamur cotidie tam auditu cœlestis doctrinæ, quā perceptione sacræ eucharistiæ. Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum deus. ¶ Dicitur hoc propheticum quis non audiuit, quis non intellexit? Vbi unq; prædicatum est euāgelium libri huius generationis Iesu Christi, prædicatum est etiam hoc insigne præconium, recitatumq; competens hoc testimonium ueritatis, notumq; factum est & in usu habitum paruulis quoque ecclesiæ catholicæ filijs. ¶ Noli autem o lector siue auditor præsentis euāgelij, noli hoc tantillum respicere quod calamus hic expressit, de propheta gran-

Actoꝝ 17  
Maria cœli  
dicif.

Psal. 77  
Dux ianuæ  
huius cœli.

Ezech. 44

Porta claustra  
principij.

Panis cœli  
uerus, non  
manna par-  
terum, sed  
Christus ē.

Psal. 77  
Exodi 16  
Iohann. 6

Similitudo  
cōceptionis  
Christi ad  
manna.

Exodi 16

Luce 1

Esaie 7

Testimoni-  
um Esaie

ra grandi, de uate magno & nobili: Ecce uirgo in utero habebit, siue cōcipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, licet hoc tantillum de illo scripserit. Non scripti quantitate, sed scribentis perpende intentionem, & scito, quia dum tantillum scribit, ad legē dum ea quæ sequuntur te mittit. Quasi ianuam pulchræ domus aperuit, & ad mota lucerna, quid sit intus, familiariter significauit. Quid enim intus est? Quid uides? Trinam uocationem siue uocabuli positionem uides huius filij de quo dictum est hic per angelum: pariet autē filium, & uocabis nomen eius Iesum. Primo, illic dictum est: Et uocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel come det, ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Secūdo, ibidem dictū est: Uoca nomen eius, accelera, spolia detrahare, festina prædari. Tertio, itidem dictum est: & uocabitur nomen eius ammirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Igitur uere diuinus & spiritu sancto euangelista illuminatus, lucem introrsus in propheticam ueritatem breui quidem dicto iniecit, sed latam & longam domum eiusdem propheticæ ueritatis illustrauit. ¶ Cum multa scripta sint in lege, & prophetis, & psalmis, de puero hoc, quod & ipse sciens, quoniā oportet, inquit, impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis, & psalmis de me, sciendum quod apud nullum prophetarum, in nullo psalmo, nusquam in tota lege, ita ut hic apud Esaia designatur ex nomine. Vnde animaduertendū, quia sanctus euangelista non segniter elegit, qui hoc testimonium propheticū præ cæteris in causa præsentis assumere maluit. ¶ De nomine Emmanuel, quoniā hoc interpretatur, nobiscū deus, quam interpretationē apponere nō superflue curauit, idem sentimus quod de illo dicto alterius euangelistæ: Et uerbum caro factum est & habitauit in nobis. Hoc tale uocabulum & hic sensus pulchræ nobis aperit, quid mysterij contineat, illud, qd̄ ubi, sicut supra meminimus, appellauit domus israel nomē cibi siue panis, quem dominus dedit, man, quod erat quasi fermen coriandi album, ita subiunctum est, gustusq; eius quasi similia cum melle. ¶ Quid enim est iuxta mysteriū supradictum similia cum melle nisi caro huius Emmanuel cum diuinitate? Qualis est gustus, ubi talis Emmanuel uidetur? Etenim uisio eius, & sanctorum angelorum & omnium beatorum spirituum siue hominū uitalis est cibus, & immortalis in deficiens gustus, qd̄ nos & si credimus, & uicunq; scimus, tamen impossibile est scire sicut est, donec uideō manducemus, atq; ita manducando experiamur, quia uere est similia cum melle, id est, uera & munda est humanitas, cum dulci & suauis diuinitate. ¶ Et uide huius & cæterorum nominum q̄ pulcher & q̄ rationalis ordo sit, quem dudum in alio quodam opere ita breuiter me annotasse meminī. Primum, Emmanuel, id est, nobiscum deus, pro causa uidelicet quæ prima est in ordine, quia habitauit in nobis deus homo factus. Secundum, accelera, spolia detrahare, festina prædari, ea uidelicet pro causa, quia moriendo fortem armatū diabolum superauit, & spolia distribuit. Tertium, quia ammirabilis uidelicet, quia surrexit à mortuis, & ascendens in cœlū, gloria & honore coronatus, sedet à dextris dei. Quartum, cōsiliarius ex eo scilicet quod dans paracletum sanctum apostolis suis, cōsiliū habuit cum eodem spiritu cōsiliij, de repellendis Iudæis, & uocandis gentibus. Quintū, deus, quia exinde omni mundo uere adoratur ut deus. Sextum, fortis, quia uere fortis in iudicio, quo expectatur, apparebit. Septimum, pater futuri seculi, quia nimirum per actio iudicio nō iam ut dñs seruoꝝ, sed ut pater filioꝝ regnabit. Octauum, princeps pacis, quia reuera laudabitur in æternū, & grates habebit ut autor pacis, quæ deo sumus reconciliati per mortē eius qui eramus inimici. L. Exurgens autē Ioseph à somno, fecit sicut præcepit angelus dñi, & accepit coniugem suam, & nō cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitū, & uocauit nomē eius Iesum. ¶ Pluit super peccatores laqueos, ait spiritus sanctus in psalmo, statimq; subiungit, ignis, sulphur, & spiritus procellarū, pars calicis eor;. Et est sensus: Dominus cuius palpebrę interrogant, id est, probant filios hominū, taliter suam cōdidit scripturā, per quam illaqueentur peccatores, qui diligendo iniquitatem oderūt animā suam: quor; curiositas, uelut ignis, quorum expositio, qua scripturas peruerse exponunt, uelut sulphur: quor; uerbo sitas in disputādo, uelut spiritus est procellar;, & ista omnia sunt in præsentis pars calicis eor;, alia uero pars referuatur eis in futurum. ¶ Ex his fuit impurus Eluidius, cuius aduersus blasphemias uirginitatē beatæ Mariæ insigni epistola defendit uir illustris beatus Hieronymus. Illum, quoniam erat peccator & iniquitate diligebat, hoc dictū euangelistę, & nō cognoscebat eam, donec peperit filiū suum primogenitū, sic illaqueauit, ut diceret: Donec siue usq; ad uerbū, certum tempus significat, quo completo, fiat id, quod usq; ad illud temporis quod præscriptū est nō fiebat, uelut in præsentis, & nō cognoscebat eam, donec peperit filiū. Apparet ergo, inquit, cognitā esse post partū, cuius cognitionem filij tantū generatio differebat. Deinde nifus est approbari primogenitū nō posse dici, nisi eum qui habeat & fratres, sicut unigenitus ille uocatur, qui patribus solus est filius, & illos qui in euāgelio memorati fratres dñi, genitos fuisse ex matre dñi & Ioseph, post generationem Iesu Christi, pro caci & heretica lingua cōtendit. ¶ Monstrū illud, scilicet, Eluidium totus orbis execretur, sicut execratus est atq; sufficienter confutauit iam dictus uir catholicus Eluidij,

uerbis modicū, uirtute multū.

Esaie 9  
Esaie 9

Luce 24

Emmanuel.  
Iohann. 1

Exodi 16  
Quid similia cum melle humanitas cum diuinitate.

Ordo pulcher in nominibus filij dei.

Roma 5  
Ephes. 2

Psal 10  
Scriptoræ hæreticis in laqueū sunt.

Eluidius cōtra perpetuam uirginitatem Mariæ.

Confutatio Eluidij.

atq; orthodoxus, dicens inter cetera: Tu dicis Mariam uirginem non habuisse: ego mihi plus uindico, etiam ipsum Ioseph uirginem fuisse per Mariam, ut ex uirginali coniugio uirgo filius nasceretur. si enim in uirum sanctum fornicatio non cadit, & aliam eum uxorem habuisse non scribitur, Marię autem, quam putatus est habuisse, custos fuit potius quam maritus, relinquitur uirginem eum mansisse cum Maria, qui pater domini meruit appellari. Igitur natus est Christus, & in natiuitate eius fidelis & uerax comprobatus est ipse qui promissit deus. Gratum lamur omnes dicentes cum Psalmista: Fidelis dominus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Item: Quia rectum est uerbum domini, & omnia opera eius in fide. Quotquot enim promissiones dei sunt, ait Apostolus, in illo est. Ideo & per ipsum dicimus Amen deo, ad gloriam uestram. Vere ad gloriam uestram quodammodo superatus est deus, licet fortior, & uicis uolentem uinci fortis colluctator noster per fidem pater Iacob. Quod dicimus ita scriptum est: Cumq; mature surrexisset Iacob, & transductus omnibus remansisset solus, ecce uir luctabat cum eo usque mane, qui cum uideret quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. Dixitq; ad eum: Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Erille: Si contra deum, inquit, fortis fuisti, quando magis contra homines praeualebis? Et benedixit ei in eodem loco. Dixitq; Iacob: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea, lux ta magnum & mirum illud praesagium factum est, nascente Iesu Christo, & uictor inuentus est homo, siue genus Iacob, promissum exigens a deo, & quasi iure superatus est deus, promissi sui debitor. Nū parua fuit aut ignota est colluctatio? Nonne saltem ex eo cognosci potest quod ait ad Moysen, cerno quod populus iste durę cervicis sit, dimitte me ut irascatur furor meus contra eos & deleam eos: Ibi nanq; fortis fuit & inualuit Moyses eodem modo, quo pater eius Iacob loco uel tempore iam dicto, de quo & in Osee taliter scriptum est: In fortitudine tua directus est, cum angelo, & inualuit ad angelum, & confortatus est, fleuit & rogauit eum, in Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscū. Hinc manifestū est, qualis lucta illa fuerit, quia fleuit & rogauit eum. Secundu illud praesagium futurū erat & factū est, ut iratus deus, quia sepe fuit offensus, & irritatus multis eorum adinventionibus, minaretur quod recederet, imo & genus Iacob disperderet atq; deleat, & nunq; defuerunt in populo illo homines, quos pauci, in quibus esset fortitudo, id est, fides Iacob, luctans & inualecens ad fortitudinē dei, & quodammodo dicens, nō dimittam te nisi benedixeris mihi. Talium quicq; fleuit & rogauit eum, hoc fuit inualecere, & fortem esse cōtra deum. Hic ille Moyses, de quo iam exemplū praelibatū est, fortiter luctabat ut stans in cōfractiōne, id est, in nimia mentis humilitione in cōspectu eius cum dicente illo, dimitte me, ipse orabat dominū deum suum dicens: Cur dñe irascitur furor tuus cōtra populū tuum? Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruos tuorum, quibus irasisti per temetipsum, &c. Sic multoties idem Moyses fleuit & rogauit eum, sic Dauid fleuit & rogauit eum, sic alij plures fleuerunt & rogauerunt eum, quorum fletum & rogatum per ordinem narrare nimis longū est. Quid multa? Contra deum fortis fuit Iacob, nec dimisit eum nisi benediceret, & benedixit ei in eodē loco: Et itidem contra deum, siue contra iram dei, fortis fuit progenies eiusdem Iacob, nec dimisit eum nisi daret Christum suum, qui est omnium gentium benedictio. Tunc tetigit neruum femoris Iacob ubi benedixit eum, & statim emarcuit. Quid est hoc, nisi quia sic rationabiliter futurum erat, ut postquam promissio cōpleretur, postquam hic Iesus Christus nasceretur, iam extunc omnis apud deum genealogiarū uetus diligentiā pro nihilo, imo & pro stultitia uel fabulis, haberetur: Sciēdum quippe, quod omnis tam diligentiā facta in lege tribuum ac familiarum siue generationum, domorum atq; cognationum distinctio, uerbi gratia, quod dictum est de filiis Iuda, per generationes & familias, ac domos, & cognationes suas, tot erant milia, maximeq; illud quod iustum est, ut unusquisque de tribu ac familia sua duceret uxorem, in unum & solum omnino Christum tenderet, propter ueritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum, ut dum ueniret, dum nasceretur, non incertum sciri posset, aut dici ad gloriam & ad laudem iusti & fidelis dei, quia si cut promissit & iurauit, sic & fecit, benedictione qua benedicitur omnes gentes mittendo de femine Abraham, de tribu Iuda, de stirpe seu de domo ac familia Dauid. Postq; ergo uenit, postquam natus est, quae cura de illo femore, de illa tribuum, generationum, familiarum domorum, atque cogitationum diuisione, seu supputatione? Imo pro extrema stultitia totum illud reputandum est: Stultas, inquit, Apostolus, quae rationes, & genealogias & contentiones, & pugnas legis deuita, sunt enim inuiles & uanę. Igitur omnium genealogiarū finis iste sit, quod idem Apostolus ait: Paulus seruus Christi Iesu, uocatus apostolus, segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo, qui factus est ei ex femine Dauid secundū carnē. Quod si ex femine Dauid, ergo & ex tribu Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittēdus est, & ipse erit expectatio gentium. Quod

Psal. 144  
Psal. 32  
1. Cor. 1  
Gene. 32  
Luctatio  
Iacob cum  
deo.

Exodi. 32

Osee. 12

quōd homo  
inualecit  
ad deum.

Exodi. 32

Gene. 32  
Generatio  
nū cōputa  
tio propter  
futurum  
Christū fa  
cta est.  
Numer. 1  
Numer. ult.

Nūc uana ē  
genealogi  
arū q̄stio.

Roma. 1

Gene. 49

fi ex tribu Iuda, ergo ex femine Abrahe, ad quem primū dictum est: Et in femine tuo benedicentur omnes gentes. Nam de cetero foemur Iacob marcidū fit, sicut uere est. Nam reuera emarcuit, ita ut iam neq; rex, neq; dux, neq; propheta, neq; sacerdos, possit inde sperari, & omnino uigor, siue uiror eiusmodi sic defecit in illo, ut sit infidelis, imo & infideli deterior, qui spem habet in carne eiusdem populi, recepturus Antichristum, sub nomine Christi.

Gene. 22  
Foemur Iacob  
emarcuit

LIBRI PRIMI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OPVS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER II.



LORIAM DEI, GLORIAM, QUAM PRAEDICARE intēdimus, & honorem filij hominis enarraturi erant quidam cœli, iuxta illud propheticum: Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Eius gloria & honoris principium illud est, unde hactenus sermo habitus est, scilicet, quia in sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Quod ex positione iam non indiget, quia quod sit tanquam sponsus processisse de thalamo suo, paruuli quoque audierunt, infantes elocuti sunt, qui de illius spōsi uirginalibus nuptijs nati, imo renati sunt, & adoptionis filiorum dei spiritum acceperunt. Nihilominus & hoc ferre omnibus notū est, quod cœli illi, qui gloria hanc enarraturi erant, apostoli fuerūt, cœli uocales, cœli eloquentes: quia nō sunt loquelæ neq; sermones, quos non audiantur uoces eorum in omnem terrā exiit sonus eorum, & in fines orbis terrę uerba eorum. Quorsum istud: videlicet ad cōsilij diuini pulcherrimę dispositionis laudem atq; admirationē, quia futurā postmodū talium cœlorum enarrationem, talisq; firmamenti annuntiationē & auditū siue obauditionē gentium, quę creditur: erāt per uoces eorum de cœlorum, cōtinuo presignauit ubi natus est Christus, in his quę cōfestim narrat euāgelista diuinus. Cum ergo, inquit, natus esset Iesus in Bethleē Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente uenerunt Hierosolymā dicētes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellā eius in oriente & uenimus adorare eum. Nonne iam tūc cœli gloria istam enarrauerūt? Vtq; enarrauerūt & alios cœlos, de quibus iam dictum est, enarraturos esse significauerūt. Et sicut tūc Magi, id est, sapientes utiq; gentiles, claritatem siue illustrationē istius cœli inanimati, scilicet stellā cognoscētes atq; sequētes, uenerūt dicētes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? sic futurū erat ut gentes illuminationē cœlorum, rationalium, id est, apostolorum, uidelicet donū spiritus sancti, qd acceperant, intelligentes, uenirent & penitentia sibi ad uitā donari postularēt. Item sicut tunc Herodes propter Magos siue Magos inquisitionē turbatus est, & ois Hierosolyma cum illo, & quæ fuit puerū ad perdendum eum: futurū erat, ut gētib; euangelium Iesu Christi suscipiētibus, eadem ciuitas Hierusalē, totūq; regnū Iudaicū, seditionibus turbatū, conaretur funditus exterminare p̄dicationem apostolorum, & ipsum quodammodo occidere Christū, occidendo & crucifigendo, flagellando, & de ciuitate in ciuitatē persequendo, pleroseq; ex prophetis & sapientibus & scribis, quos ille misit. Nihilominus, sicut tunc dictum est Ioseph surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptū, & sic fecit Ioseph secedens cum puero & matre eius in Aegyptum: sic futurū erat, ut loquēs in apostolis suis Christus diceret, uobis quidē oportebat primum loqui uerbu dei, sed quonia repulsi sitis illud, & indignos uos iudicastis æternę uitę, ecce cōuertimur ad gētes. Itidem sicut defuncto Herode, rursum cōsurgens accepit puerum & matrem eius, monitus ab angelo & uenit in terrā Israel, sic futurū est, quod Apostolus ait quia cum plenitudo gentiū subintrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. Sed ut ad inceptū reuertamur, quid pertinuit ad istam gloriam dei signum eiusmodi. Vidimus aiunt stellam eius in oriente: Ad hæc, inquam. Mulum ad rem tale signū pertinuit, si rite recorderis, quia quādo pepigit dominus cum Abraham fœdus, a quo liber generatiōis Iesu Christi ceptus est, & ad quem beati seminis repromissio facta est, tunc etiam eduxit eum foras, & ait illi: Suspice cœlum & numerā stellas si potes. Ac deinceps: Sic erit semē tuum. In die illo, ait scriptura, pepigit dominus fœdus cum Abraham dicens: Semini tuo dabo terram hæc, &c. Hinc Apostolus Abraham dicitur sunt promissiones, & semini eius. Non dicit & feminibus quasi in multis, sed quasi in uno & semini tuo qui est Christus. Hic unus est propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in illam gloriam adducere ueniebat: Vt sicut in cœlo stellæ innumera-

Psal. 18

Roma. 8  
Cœli uocales,  
apostoli.

CAP. II.

Præfigura  
tio in Ma  
gis.

Matth. 23

Actoꝝ. 13

Roma. 11

Fœdus dei  
cū Abraham.  
Gene. 15  
Galat. 3  
Hebræo. 2

biles sunt, sic essent splendidi & incommutabiles per ipsum, atq; ita cōpleretur quod fidelis uerax promissit, sic erit semē tuum. ¶ Recte igitur nō qualescūq; signū, sed nouum sidus cœli dederunt, uidelicet propter eiusmodi promissum, quod ammodo dicentes nobis Laudate & cōgratulamini, quia scēdus, quod pepigit deus cum Abraham, non fecit irritum: impleuit quod promissit: suspice stellas, sic erit semen tuum. Hoc angeli sciētes eadem nocte primi glorificauerunt eum, quos grandis exercitus, & magna fuit multitudo laudantium & dicentium: Gloria in altissimis deo, qui etiam cōgrulantes nobis subiunxerunt: ¶ in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. ¶ Illud quoq; ad rem pertinuit, quod euāgelista cum dixisset: Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudæ, statim & locum natiuitatis & tempus expressit dicendo, in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis. Quam ad rem hoc pertinuit: Nimirum ad ueritatē eiusdem dei, qui per os patriarchæ iacob, taliter prælocutus est: Non auferetur sceptrum de iuda, & dux de scemore eius, donec ueniat qui mittēdus est, quicq; sicut Abraham, ita & Bethleemite Dauid promissit atq; iurauit, hūc Iesum Christū de femine eius nasci. Nō ante debebat auferri sceptrū & dux de iuda, donec iste ueniret, alioquin fidelis & uerax nō apparet deus, qui in patriarchis & prophetis locutus est, quicq; in patriarcha memorato tempus ferē præfiniuit, & in propheta, uidelicet Michea locum præsignauit: Et tu, inquit, Bethleem terra iuda, nequaquā minima es in principibus iuda: Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israël. Nōne sceptrum ablatum erat de iuda, & dux de scemore eius defecerat cum regnaret Herodes, patre Idumæo, & matre ortus Arabica? igitur dicēdo in Bethleem Iudæ in diebus Herodis, sciēter argumenta præbuit ueritatis, breuiter & sufficienter edicens, sic oportuisse fieri, id est, tunc temporis debuisse nasci Christū, quo tēpore narrauerat eum esse natū, & illud debere natiuitatis esse locum propter ueritatē dei, & cōfirmandas uoces prophetarū, fuerat autē conceptus in ciuitate Galilææ, cui nomen Nazareth. Quamcūq; ob causam in illa ciuitate Galilææ tūc fuerint uel habitauerint Ioseph & Maria, cum essent de domo Dauid, nihilominus ut nasceretur Iesus in Bethleem Iuda, deus mirō prouidit modo, uidelicet prophetice ueritati famulante Romano imperio. ¶ Deniq; Cesar Augustus hoc modo famulatus est illi, ut & auferret sceptrum & ducem de iuda, dando regnum iudæ Herodi alienigenæ, Antonio suffragāte, unde & hic dicitur in diebus Herodis regis, & edictū proponeret, ut describeret aniuersus orbis: quæ causa effecit, ut ascēderet ioseph cum Maria desponsata sibi uxore prægnante, in Bethleem ciuitatē Dauid, eo quod esset de familia & domo Dauid. Sic mirō modo famulatum est natiuitati Iesu Christi & prophetice ueritati, tam Romanū imperium nesciens, q̄ cœlum in animatum sentiens, Romanū, inquam, imperium, tale edictum proponēdo, cœlum autē, tale signum, id est, nouam stellam proferendo. Vnde prophetico illud impletum est: Orietur stella ex iacob, & exurget homo de israel. ¶ Locum ipsum Magi, licet diuinitus inspirati, nescierunt, quippe qui non in Bethleem sed primū Hierosolymā uenerunt dicentes: Vbi est qui natus est rex iudæorum? Magi in sublimi quā in humili loco, magis in regia ciuitate quā in uico mediocri, magis in turba diuitem quā in silentio pauperum nasci posse, & querendum esse putauerunt regem iudæorum. Itaq; Hierosolymam uenerunt, sed hoc tale erat, ac si paruū non attendentes uirgultum, ad excelsā fuspicerent ligna sylvarum. ¶ Dixerat autem spiritus sanctus per prophetam: Excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur, & subuertentur condensa saltus eius ferro, & Libanus cum excelsis cadet. Et egredietur uirga de radice iesse, & flos de radice eius ascendet, & cætera. Et est sensus: Inter superbos erunt iurgia, contra semetiplos dimicabunt & cadent: quod tunc maxime factum est, quando Herodes homicida, imō & paricida, ad omnem Dauidicæ stirpis odorem se uiens, & contra omne regium genus dentibus stridens, nec uxori pepercit, nec locero, qui erant regni generis, & proprios quoq; filios crudeliter morte damnauit. Vane furebat, frustra insaniebat diabolus in illa sua securi, in qua secabat: quia non de excelsis cedris aut robustis quercubus, sed de gracili uirga, quæ inter arbuta latebat, flos erat ascēsurus, id est, nō de superbis & purpuratis diuitibus, sed de humili uirgine, qualls in plebe uix cognoscit possit, Christus erat nasciturus. Hoc illi, uidelicet Magi, nescierunt. Et quidem poterat facere deus in primis, quod fecit postmodū, ut scilicet ueniētes illos ab oriente, continuo stella, quā uiderant, antecederet, usq; dum ueniēs staret supra ubi erat puer: sed dilatio hæc utilis erat, ut intrerim qui de cœlo acceperat signū, audirent etiā de scriptura testimoniū firmamētum, quod æque nunc prodest nobis, propter quos est scriptū, ut profuit illis, propter quos tūc fuit recitatum. ¶ Quid tandē de muneribus dicendū, quæ illi obtulerunt? Auditū & celebre factū est in uniuerso orbe gaudium ipsorum. ¶ Quia uidentes stellam antecedentem se, quam uiderāt in oriente, & stantē supra domū ubi erat puer, gauisi sunt gaudio magno ualde, & intrantes domum inuenerunt puerū cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: & aperitis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrhā. ¶ Vere cœlitus inspirati, uere cœlesti magisterio docti, ueramq; & cœlestem habentes materiam gaudēdi. Quid, inquam, hic di-

Gen. 15  
Cur stella  
Magis ap-  
paruit.  
Lucæ 2  
Tēpus &  
locus nati-  
uitatis Chri-  
sti præ-  
dicta sunt.  
Gen. 49

Mich. 5

Cesar Au-  
gustus fa-  
mulatus ē  
prophetice  
de Christo.  
Lucæ 2

Numer. 24  
Magi cur  
Hierosolē  
quesierunt  
Christum.

Esaiæ 10

mystica  
munera  
Magorū.

hic dicendū, nisi quia prophetæ ipsi & prophetica ipsoꝝ munera fuerunt: Veritatem & man-  
fuetudinem & gloriā & honorem protestati sunt, ueritatē assumptę carnis, mansuetudinē,  
id est, humilitatē passionis, gloriam regni, & honorē diuinitatis, unius eiusdemq; Iesu Christi.  
¶ Quatuor facies unī erant, ait propheta, facies hominis, facies leonis, facies uituli & facies a-  
quilæ uolantis. Quatuor istas facies, quatuor constat esse sacramenta, quæ nescire non licet  
hominī Christianę professionis, scilicet in carnationem, passionē, resurrectionem atq; ascensionem  
eiusdem Iesu Christi, quarum circa inspectionē facierum tota uerlatu in tentio præsen-  
tis opusculi. Faciem unam ex his, uidelicet faciem hominis, præsentē inuenerunt, quam & pro-  
cidentes adorauerunt, cæteras mysticis muneribus mirabiliter præsignauerunt. Myrrha faci-  
em uituli, id est, sacramentū passionis, quæ ipse sacrificandus atq; mixtura myrrha: & aloes  
condidit dum erat in sepultura corpus eius. Aurum faciem leonis, id est, gloriā resurrectionis,  
per quam caro, quam ex nobis mortalem susceperat, tantū meliorata est, quāto aurum pulue-  
re seu limo terræ, pulcherris atq; pretiosus est. Thure faciem aquilæ uolantis, id est, sublimita-  
tem ascensionis, & confessionē ad dexteram patris, ex qua dato hominibus spiritu sancto, co-  
gnitus est quod deus sit idem filius dei, cui sacrificiū incēsi legitimū iure debeat offerri, & que  
ut patri, & sancto spiritui. ¶ Et eiusmodi myrrhā tota quidē illi offert sancta ecclesia, dum cre-  
dens & cōfitemens, quod uere passus, mortuus & sepultus fuerit, uitioꝝ in se mala propter eum  
mortificat, maxime autē exercitium martyriū, qui gustu mortis amaro passioni eius cōmunicā-  
uerunt. Item thus eiusmodi, tota quidē illi offert ecclesia, credēs & cōfitemens, quia uere deus  
est, & omnis in eo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat: maxime autē sanctoꝝ ordo  
sacerdotū, qui propter eum cœlibē ducētes uitā, semper altari præsto sunt, offerre illi incen-  
sum dignū, & omne sanctū iugiter exequi sacri altaris eius ministeriū. Itidē aurum eiusmodi  
tota quidē illi offert ecclesia, credēs & cōfitemens, quia surrexit, & immortaliter regnat qui mor-  
talis & mortuus fuerat, maxime autē regū & principū potētia diuinitūq; fidelitū opulentiā, qui  
ad cōstruendas nomini eius ecclesias, aurū & argentū illi fideliter obtulerūt, domūꝝ eius, qui  
cum diues esset, propter nos pauper factus est, largis donarijs ditauerūt, iuxta illud prophe-  
ticum, qd tam secundū literā, q̄ secundū spiritū uerissimū est: Et inuēt, id est, resurget, & dabi-  
tur ei de auro Arabiæ: Reges Tharsis & insulæ: munera offerēt, reges Arabū & Saba dona ad-  
ducēt. ¶ Recte igitur munera hæc ore sacro euāgelista magnificauit, & sic magnifice enūtauit,  
ut dicitur, obtulerūt ei munera, præmitteret, & apertis thesauris suis. Nam uere thesauri fue-  
runt, & thesauri merētur appellari, nō tam sistantia seu thecæ qualescūq; quibus claufe por-  
tari poterāt species eiusmodi, q̄ corda ipsa offerentiū, quos ex abūdantia potuerūt inuisibili  
deo inuisibiliter proferri causę tam sanctę, quas ecclesia sancta in illis speciebus uisibilibus ue-  
nerabiliter intelligit. ¶ Nihilominus & gaudiū illoꝝ sic magnificauit, ut nō cōtētus dixisse,  
gauisi sunt gaudio magno, adderet ualde, quia reuera ualde gauisi sunt, gaudio magno gauisi  
sunt, & gaudiū eorū fuit in spiritu sancto, qui & iucunditatē & exultationē thesaurizauit su-  
per eos, quibus nihil defuit de plenitudine sciētiae uel fidei, quæ a nobis exigitur diuina sancti-  
tatis. ¶ Et uide, quāta sit distantia in modis discēdi, quantum distet inter eruditionē illius qui per  
angelū suę per hominē, & illius qui per solā spiritus sancti reuelationē meref erudi. Pasto-  
res itaq; Iudæi, quippe qui in regione eadē erāt uigilantes, & custodientes uigilias noctis supra  
gregē suū, nō per hominē, sed (quod maius est) per angelū, natū sibi esse saluatorē Christū do-  
minum didicerunt: & tamen non adeo docti siue eruditi fuerūt, ut procidentes adorarēt, aut  
munera offerēt, sed tantūmodo uenerunt & cognouerūt de uerbo, quod dictum erat illis de  
puero hoc, & reuerfi sunt glorificantes & laudātes deum. Isti primitiæ gentiū, neq; per homi-  
nem docti, neq; per angelū, sed per spiritū sanctū, modo de quo iam dictū est, laudem perfe-  
cerunt, & tres homines, tribus partibus orbis, Asiæ, Europæ atq; Africæ, fidei uel cōfessionis  
atq; adorationis exemplar existere meruerunt. ¶ Interea decet reuēter inuenire, quam uera-  
citer sancta scriptura dixerit de isto tali filio hominis: Minuisti eum paulo minus ab angelis.  
Deniq; ut factus erat ex muliere, factus sub lege, ita & factus est sub legibus naturæ, sub legi-  
bus infantie, nihil pro semetipso uisibiliter agens, nihil hominibus per semetipsum loquens,  
patronos habere dignatus angelos, qui agerent pro puero, loquerētur pro infante, & hoc  
duntaxat in somnis, qui non præcellentior est modus uisionis. ¶ Ante & post minorationem  
talis filij, manifeste uisos esse angelos legimus hominibus seruis & ancillis huius domini, inte-  
rim autem dum minor est, non manifeste sed in somnis, ubi descenderat in uterum uirginis,  
angelus domini in somnis apparuit Ioseph, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Ma-  
riam coniugem tuam: in somnis nihilominus eidem beato Ioseph: Surge, inquit, & accipe pue-  
ram & matrem eius, & fuge in Aegyptum: in somnis itidem: surge & accipe puerū & matrē  
eius, & uade in terrā Israel: in somnis rursus, dum timeret in Iudæam ire, eo quod Archelaus  
regnaret pro Herode patre suo, ammonitus secessit in partes Galilææ. L. Sic & magi isti in  
b 3 mnis

Quatuor  
facies unī  
Christi.  
Ezech. 10

Iohan. 19

Quō mune-  
ra illa of-  
ferit eccle-  
sia.

Coloss. 2

2. Cor. 8  
Plal. 71  
Munera il-  
la, thesauri  
dictantur.

Magi spiri-  
tu sancto  
edocti.

Lucæ 2

Infantia  
Christi.  
Plal. 8  
Galat. 4

Cir in so-  
mnia tunc  
angelus ap-  
parebat &  
non mani-  
feste.



mnis acceperunt responsum, ne redirent ad Herodem, & per aliam uiam reuersi sunt in regio nem suam. ¶ Ita quasi de dignentur manifeste loqui, loquuntur in somnis sancti angeli, seruus domini sui non dedignantur, sed pro uoluntate eiusdem domini sui scripturam ueritatis honorantes, ut seipsum non tantum seruus domini sui, uerum etiam ipso domino suo sciant & recognoscant esse maiores, cuius uidelicet maioritatis nouissimum illic fuit indicium siue testimonium, ubi eodem dno in passione agonizanti apparuit angelus de caelo confortans eum. ¶ Legimus quidem angelos ministrasse illi, cum adhuc esset minor angelis, sicut scriptum est, reliquit eum tentator & accesserunt angeli & ministrabant ei: sed illud huic sensui non ualde repugnat, cum Helias semel & iterum angelus eo modo ministrauerit. Proiecerat se Helias & obdormierat in umbra iuniperi, & ecce angelus domini tetigit eum, & dixit illi surge, comede. Respexit, & ecce ad caput suum subcineritius panis & uas aquae. Comedit ergo & bibit, & rursus obdormiuit. Reuersusque est angelus domini secundo, & similiter fecit. Quomodo Helias ministravit angelus, ut deinde ieiunaret quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quid mirum si eodem modo ministrauerunt angeli huic filio hominis, cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus? Haec iccirco dicta sunt, quia ualere nobis debent ad cognitionem celestis disciplinae, ad uenerationem magistri huius quid dicit, & discite ad me quia mitis sum & humilis corde: qui sicut natura uel humana conditione, ita & ipso usu naturae dignatus est angelis suis minor existere, iuxta quod ipse testificatus est dicens, quia filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare. ¶ Quid porro ipsa mater? Nunquid non saltem ipsa loquebatur, aut loqui poterat? Imò ipsam ualde illud decebat, quod alius euangelista semel & secundo memorat dicens: Maria autem conseruabat omnia uerba haec in corde suo. Tempus tacendi, ait salomon, & tempus loquendi. Discretionem eiusmodi uirgo sapiens & prudens non ignorauit. Inde collaudans eam sponsus, quod utique fuit illi deus, & pater dñi nostri Iesu Christi, cui concepit & peperit, dicit in Canticis: Hortus conclusus foror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Denique hoc quidem sponsus Christus dei filius, conuenienter dicit sponsae suae ecclesiae, sed hoc ipsum non minus congrue dicat persona dei patris, dilectae sibi beatae Mariæ, statim subiungens: Emissiones tuae paradisi malorum, Puniceorum, cum pomorum fructibus. Etiam hoc praemiserat: Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua. Quamdiu filius hominis manere debuit minoratus paulo minus ab angelis, fere tandiu fuit beatae uirgini tempus tacendi, & tandiu tacuit, tandiu in silentio fuit, uelut hortus conclusus: Hortus, inquam, conclusus, fons signatus: quo accedere, cuius secreta uel nullus meretur nisi cognitus, nullus cui talis hortus, talis fons, clausuram uel signaculum oris sui, aperire indignum arbitrat. ¶ Vbi autem gloria & honore coronatus est filius hominis, resurgendo & in caelum ascendendo, ubi sedet ad dexteram patris, extunc eidem beatae uirgini fuit tempus loquendi. & hoc amicis, id est, sanctis apostolis, & talia loquendi, qualia prius portare non potuissent: quod sciens ipse filius hominis dixerat quodam loco: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Vbi uenit spiritus ueritatis, primus quidem & princeps ipse illos omnem ueritatem docuit: sed & ipsa beata uirgo testimonium suum uocis adhibuit, & taliter locuta est auri bus fidelibus, ut proinde recte dicat dilectus eius deus: Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua: Emissiones tuae paradisi malorum, Puniceorum, cum pomorum fructibus, Cyprus cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinamomum, cum uniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus primis unguentis. Fons hortorum, puteus aquarum uiuentium, quae fluunt impetu de Libano. ¶ Igitur deus dei filius, homo uel filius hominis factus, & ita paulo minus ab angelis imminutus, somniantibus magis & beato Ioseph nutricio eius, uigilantibus autem angelis in custodia eius, Herodis homicidae malitiam elusit, & in Aegyptum fugit, eratque ibi usque ad obitum Herodis, ut quid hoc? ¶ Vt adimpleretur (ait euangelista) quod dictum est a domino per prophetam dicentem: Ex Aegypto uocauit filium meum. ¶ Puta dixisse illum, ut per omnia fratres assimilaretur, iuxta quod Apostolus loquitur: Nusquam enim angelos apprehendit. Unde debuit per omnia fratres assimilari, ut misericors fieret & fidelis pontifex ad deum, ut repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse tentatus, potens est eis qui tentantur auxiliari. Quis enim filius, quis est de cunctis fratribus eius, quem non ex Aegypto uocauerit deus? Nouit sanctorum fides, & in ore fidelis ecclesiae frequentissimum est, quia cunctis filiis dei mundus iste, in quo, quamdiu sumus in corpore, ait Apostolus, peregrinamur a deo, Aegyptus est, & hoc in illa parte mundi, quae uulgo uocatur Aegyptus, figuratum est, qualiter uocet deus omnem filium ex Aegypto huius mundi, id est, de tenebris in ammirabile lumen uocet, per illum, quod, sicut facta narrat historia, populū illum, qui in Aegypto seruiuit carneo Pharaoni, uocauit deus exinde tam ammirabili ordine in terrā promissionis. Praeter hanc uniuersalem peregrinationem, qua uniuersi peregrinamur in Aegypto huius seculi, propter praeruaricationem Adae, in quo omnes peccauerunt, ait Apostolus, hoc illi plus habuerunt, quod in illa Aegypto peraguntur sunt, & carneo Pharaoni

Lucæ 22  
Matth. 4  
Ministeria  
angelorum  
3. Reg. 19  
Matth. 11  
Matth. 20  
Cur Maria  
tacebat  
Lucæ 2  
Eccles. 5  
Cantic. 4  
Quando fuit  
it Maria  
tempus loquendi.  
Iohan. 16  
Chrs p oia  
fratribus al  
similatus,  
excepta  
peccati par  
ticipatioe.  
Hebræo. 2  
1. Cor. 5  
1. Petri 2  
Roma 5  
Exodi 5

raoni in luto & latere seruiert propter peccatum propriū, quia uendiderat illum in seruū Ioseph fratrem suum. ¶ Ergo quia debuit filius iste unigenitus per omnia fratribus assimilari, excepta duntaxat participatione peccati, oportuit illum fugere, & in illa Aegypto peregrinari, & ita incipiendo, taliter totum peragere cursum uitae praesentis in tērationibus suis, ut ueram in semetipso praesentaret similitudinem utriusque peregrinationis, necnon & utriusque uel uocati onis, uel reuersionis fratrum suorum, qui sunt omnes electi: scilicet, & illius, quae & illi filij Israel in Aegypto peregrinati, & exinde uocati sunt, & huius, quae omnes in Aegypto huius seculi peregrinamur, & hinc qui filij sunt, quotidie uocantur. Igitur ut adimpleretur (ait) quod dictum est a dño per prophetā dicentē: Ex Aegypto uocauit filium meum, id est, ut assimilaretur per omnia similitudine per omnia tētare tur absque peccato, quod ad uerā promissionis terrā uocari uel uocandi sunt, oportuit illum in Aegyptū fugere, & illic peregrinari: peccati nec originale habentē, propter quod exul in hoc mūdo esse deberet, ut sumus nos oēs: nec aetuale, propter quod in illa Aegypto peregrinaret, ut peregrinatus est propter domesticum (de quo iam dictū est) peccatum populus ille, de quo ipse secundū carnē natus est, ubi ser uuit exul ille, qui post eā quae ad Abrahā facta est, promissionē primā per sectionē protulit, scilicet Ioseph, & deinde Iacob, & omnis domus eius intrauit, illic exulando, iste passionum uel tentationū suarū initium sumpsit. ¶ Ille populus Israel ex illa Aegypto uocatus, mare transiuit, & deinde in deserto XL. annis tētatus est, quia dñm tētauit. Iste puer Israel, sicut propheta dixit: Quia puer Israel est, & ego dilexi eum uocatus ex Aegypto postmodū, quali oportuit modo, mare transiuit, i. baptizatus est baptismo Iohannis, statimque ductus in desertū ad spū, non quadraginta annis tētauit, sed tētatus est XL. diebus. Itidē ille populus Israel non ante, sed post tētationibus exercitatus fuit, terrā repromissionis introiuit: iste puer Israel, non ante, sed post tētationes superauit, regnum dei appropinquare praedicauit: & ecce regnū dei intra uos est, inquit. Itaque assimilatus erat fratribus illis, i. electis prioris populi, sed needū assimilationis perfectio uel finis. ¶ Venit enim ad illam Aegyptū, cuius illa terra Aegypti fuit exemplū. Quae est illa Aegyptus, nisi infernus? Illic detinebatur captiuus fratrum eius, i. sanctorum populus, quos omnes statim transduxit per mare rubrū, i. per sanguinis & aquae decur rentis ex latere suo sacramētum, & inimicos eorum, i. peccata eorum operuit mare illud, & usque nunc operit inimicos nostros, qui eodem sacramento baptizati sumus. Nōne ergo per omnia fratres assimilatus est, ut debuit, ut eos assimilaret sibi, qui ad fratres suos per multas tentationes usque ad infernū descendit, ut eos faceret coheredes & cōparticipes sui. Eorum omnium quae pertulit, principium fuit illud, quod in Aegyptum fugit, & idcirco cōpetenter euangelista meminit illius testimonij, & retulit ad eum, ut adimpleretur, ingens, quod dictū est a domino per prophetā dicentem: Ex Aegypto uocauit filium meum. ¶ Ad summum, quoniam non illic ubi narratur dixisse angelum, Surge & accipe puerum & matrem eius, & uade in terram Israel, quod & fecit Ioseph, sed ubi narrat, quia cōsurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptū, illic assumpsit hoc testimonium propheticum, Ex Aegypto uocauit filium meum. Quid si ipsam Iudaeā propter persecutiones Aegyptias, siue ipsam Hierusalem appellari uoluit Aegyptū? Scriptum est enim in Apocalypsi: Et corpora eorum ponent in platea ciuitatis magnae, quae uocatur spūaliter Sodoma & Aegyptus, ubi & dñs eorum crucifixus est. Et ad ipsam Hierusalem loquitur dñs per prophetam: Et nūc quid tibi uis in uia Aegypti, ut bibas aquā turbidā? Plura sunt exempla huiusmodi, quae in presenti loco possint cuncta conscribi, per quae comprobari queat, quod illa terrena Hierusalem, & Sodoma & Aegyptus & populus Iudaicus iure & Aegyptus & Chanaan sive Cethaeus magis quam Israel fuerit appellatus. ¶ Quare autem loco praesenti Iudaeam siue Hierusalem illam magis Aegyptum quam Sodomam siue Chanaan placeat appellari? Videlicet propter similitudinem praesentis peccati, quia turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma cum illo, quoniam audierat in Bethleem natum esse regem Iudaeorum, & Et mittens occidit omnes pueros qui erant in ea, & in omnibus finibus eius. ¶ Nonne hoc simile est illi, quod praecipit obstericibus Aegypti, dicens: Quādo obstetricabit Hebraeas, & partus tempus aduenerit, si masculus fuerit, in terra caecae si foemina, referuate itemque populo suo, Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumē proicit eque, quod foemini, referuate: Nimirum & hic in Herode, & illic in Pharaone unum erat diabolus, in utroque uisus idemque bacchabatur malignitatis spiritus: illic idcirco necari uolens omnes masculos, ut non esset semen, unde secundum promissionem, quae ad Abrahā dicta fuerat, Christus nascetur: hic autem idcirco pueros omnes occidere properat in Bethleem, & in omnibus finibus eius, ut dum omnes occiderentur, non eua deret ille qui solus timebatur. Igitur non absurdum, imò rationale est & ueget, si dicas, tunc ex Aegypto uocatum esse filium istum, quod fugit Ioseph puerum deferens ad illā, quam scripturae autoritas spūaliter & Sodomam uocat & Aegyptum, & idcirco Euangelista recte nō tunc, quādo reuersus est in terram Israel, sed tūc quā cessit in Aegyptum, dixisse adimpletū hoc propheticū, ex Aegypto uocauit filium meum, ut se

Gen. 27.  
Hebr. 2.  
cur i Aegy  
ptum fugere  
debit  
Christus.  
Euocatio  
eius ex Aeg  
ypto.  
Osee 11.  
Matth. 4.  
Luc. 17.  
Aegyptus  
spūaliter in  
fernus.  
Iudae & Hi  
erusalem, spū  
aliter Aegy  
ptus & So  
doma.  
Apoc. 11.  
Hier. 2.  
Herodes si  
milis Phara  
oni.  
Matth. 2.  
Exo. 1.

senfus: De manu Herodis eripui eum, & de manu omnium qui quærebant animam eius, qui uere Aegyptij fuerunt. ¶ Difficile & nimis longum est, ea quæ apud prophetam Osee præcedunt, & ea quæ sequuntur hoc dictum, Et ex Aegypto uocauit filium meum, discutere & irascere, ut manifeste constet quod pertineant ad tempus & rem, pro qua sumptum est ad testimonium ueritatis euangelicæ. Proinde his omnis, uidentur est & illud quod deinde subiungit. L. Tunc, inquit, adimpletū est, quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentē: Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Hoc taliter apud Hieremiam scriptum est: Hæc dicit dominus: Vox in excelsis audita est lamentationis, fletus & luctus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari, quia non sunt. Paucisq; interpositis, quæ pertinent ad consolationem lamentantis siue plorantis, causam illam satis euidenter dicit, propter quam ueros iuxta ueritatem euangelij funestus Herodes occidit. Quia creabit dominus nouum super terrā, foemina circumdabit uirgē, id est, non deforis semen admittet, sed intrus de spiritu sancto concipiet, & pariet filiū. ¶ Nunquid uero propter istum quem foemina circumdedit uirum, propter istum qui de uirgine natus est regem Iudæorum, soli infantes illi in Bethleem & in omnibus finibus eius occisi sunt? Imò innumera in orbe terrarum milia martyrum, sed illi primitiæ fuerunt, quos omnes Rachel, id est mater ecclesia, nunc usq; deflet, & non uult consolari, quia non sunt, donec resurgat & immortaliter cum illo uiuant qui est, quemadmodum dicitur: ego sum qui sum. Quare autē talis mater, scilicet ecclesia, presenti loco nominari debuit Rachel: uidelicet quia mater illius, qui primus à tempore promissionis perfectionem propter iustitiā passus est. In seruum quippe uenundatus est Ioseph, humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiuit animam eius mater, in qua illius, dicta est Rachel. ¶ Itaq; & mater ecclesia siue omnis anima, quæ cumq; Christiano perfectionem propter iustitiā patienti compatitur, recte apud prophetam istum dicitur Rachel: & omnis ille, quicūq; perfectionem propter iustitiā patitur, recte nihilominus apud alium prophetam, uidelicet Amos, dicitur Ioseph: Sicut David (inquit) putauerit se habere uasa cæciti, bibentes in phialis uinū, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Non dixit, nihil patiebantur super contritione fratris, sed positus est pro fratre Ioseph, ut quislibet frater siue matris ecclesie filius, proprio significare eius nomine, cuius ex fratribus fama præclara est, uel in malis quæ p̄dit, uel in bonis quæ repperdit. Et hoc mirro decore dixit, uidelicet quia (ut supra dictum est) primus iste à tempore promissionis contritionem, i. perfectionem propter iustitiā passus est, ita ut ferrum animā eius pertransiret. ¶ Porro ista mater qualiter & ploret & consolari nolit, melius sentiri potest per experimentum, quam per solum lectionis auditum. Quid enim? Nonne ploratus eius modici dulcor est: omni consolatione præsentis seculi? Dicit namq; ille quisquis est, qui ploratum hunc, quam sit dulcis, expertus est: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus? ¶ Sed dicit aliquis, Si bonum est matri huic filios suos plorare, si optimum est consolari nolle siue consolationem renuere: quomodo plorati dominus ibidem apud eundem prophetam uerba consolationis ingerit, & eam à ploratu compescit? Vbi enim dixit, Vox in excelsis audita est lamentationis, fletus & luctus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt, continuo sequitur: Hæc dicit dominus: Quiescat uox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait dñs, & reuertentur à terra inimici tui, & est spes nouissimis tuis, ait dominus, & reuertentur filij tui ad terminos suos. Quomodo & dominus eā consolatur, & ipsa consolari non uult? Si bonus (ut iam dictum est) illius est ploratus, quomodo dicitur ei, Quiescat uox tua à ploratu? ¶ Ad hæc inquam: Non unus idemq; est ploratus ille, cuius uox in excelsis audita est: & ille cuius uocē deus audire non uult, dicens: Quiescat uox tua à ploratu. Ploratus namq; alius est ueniens ex spiritu dei, & alius ueniens ex spiritu huius seculi. Huius Apostolus: Quæ enim secundum deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia mortem operatur. ¶ Non multus opus est, nam qualem ploratiū inter dicit dominus, dicens, Quiescat uox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, ipse in eodem Apostolo determinat, cū dicit: Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Deniq; & quod hic subiungit consolando, quia est spes nouissimis tuis, & reuertentur filij ad terminos suos, idem est quod ibidē subiungit in Apostolo: Si enim credimus qd Iesus mortuus est & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo, &c. usq; ad id. Ita qd consolamini inuicem in uerbis istis. Ploratum autem, ploratum siue luctum tristitiæ, quæ est secundum deum, non solum non interdicit, uerum etiam beatificat iudicium dominus: Beati, inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Igitur & laudabiliter plorat, & laudabiliter consolationē renuit Rachel: & cur ira faciat, causam rationabiliter habet, uidelicet quia non sunt, id est, quia non dum ad immutabilitatem filij eius peruenerunt, de qua uidelicet immutabilitate in psalmo dictū est: Hierusalem, quæ ædificat ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum.

Hic. 31.

Rachel plorans, mater ecclesia.

Exod. 3.

Psal. 104. Ois p̄secutiōne patiens propter iustitiā, Ioseph dicit. Amos. 6.

Plorat bonus & dulcis. Psal. 41. Quæstio.

Hiere. 31.

Respōsio.

2. Cor. 7.

duplex ploratus. 1. Thef. 4.

Matt. 5.

Psal. 121.

Quam.

Quamuis in cœlo sint animæ sanctorū, nondum est illis idipsum, quia uidelicet adhuc in p̄uere dormiunt corpora ipsorum, adhuc in hoc seculo peregrinatur pars ipsorū, adhuc nasciturī sunt qui pertinent ad numerum ipsorum. Quādo sicut in propheta dominus dicit filij quos plorat Rachel, reuertentur ad terminos suos, id est, quando deus (sicut ipse in Apostolo loquitur) eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo: tunc erit idipsum, tunc consolabitur mater super filijs qui sunt, quia tunc uidebunt sicuti est, eum qui dicit, Ego sum qui sum. ¶ Defuncto autem Herode, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph. ¶ Cetera usque ad id, & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Et ueniens habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth, ut adimpleretur quod dictum est per prophetas, Quoniam Nazareus uocabitur. ¶ Cum cetera satis per se clareant, illud solum quæstione indiget, cur cum dixisset, & habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth, causam hanc subiūxit: Ut adimpleretur quod dictum est per prophetas, Quoniam Nazareus uocabitur. Quid enim? Nisi habitasset uel nutritus fuisset in ciuitate, quæ uocatur Nazareth, non esset Nazareus, id est, deo consecratus. ¶ Ad hæc inquam: Estet quidem, esset plane Nazareus, hoc est, consecratus, siue Nazareus, id est, sanctus, sed nō ita uocaretur. Oportebat autem illum ita uocari, quoniam ita per prophetas spiritus sanctus prænuntiavit, quod sanctus, imò & sanctus sanctorum ipse sit. Ex plī gratiæ (inquit inquit Esaias) genti peccatrici, populo graui iniquitate, femini nequam, filijs sceleratis. Dereliquerunt dominum, blasphemauerūt sanctum Israel, ab alienati sunt retrorsum. Itē: Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt & affixerūt spiritum sancti eius. Et ad Daniele angelus loquitur: Ut consumetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & propheta, & ungatur sanctus sanctorum. ¶ Ipsum quoq; uerbum hebraicū Nazareus, quod hic euangelista posuit, de propheta siue prophetiæ reseruat: accipimus: Benedictiones patris tui confortate sunt: ait propheta & patriarcha Iacob: benedictionibus patrum eius, donec ueniret desiderium collum æternorum: quod sine dubio Christus est, desiderium angelorum & sanctorum omnium, in eum prospicere desiderantium, cuius typum gesserat ille Ioseph in eo, quod in seruum uenundatum & post carceris angustias, dominus siue princeps terræ Aegypti factus est. Statimq; subiungit: Fiat in capite Ioseph, & in uertice Nazareni inter fratres suos. Possumus & hoc dicere, quod iuxta hebraicam ueritatem in Esaiā scriptum sit: Exiet uirga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius ascendet. Moyses quoq; cum legem Nazareni scribit, dicens inter cetera, Tūc radet Nazareus ante ostium tabernaculi: cœdem casariem consecrationis suæ, & subinde: Post hæc potest bibere Nazareus uinum, &c. quod nisi in Christum tendit? Alioqui nisi cuncta quæ ibi dicuntur, referri debeant secundum spiritum uiuificantē ad spiritalia sacramenta huius uere consecrati & uere sancti, quæ utilitas in litera huiusmodi? Oportebat, inquam, (ut iam dictum est) illum ita uocari, quoniam ita spiritus sanctus per prophetas prænuntiavit. Et quare hoc prænuntiavit? Videlicet, quia necessarium est ad æternam salutem omnium crediti, scire & confiteri, quod solus iste sanctus sit, quod peccatum non fecerit, nec inuentus sit dolus in ore eius, & ita sanctus, ita sine peccato, ut etiam tollat & tollere possit peccata mundi. ¶ Igitur ut materia daretur tanti nominis, ut quod erat, hoc diceretur, scilicet Nazareus siue Nazarenus, id est, consecratus siue sanctus, digne factum est, qd admonitus in somnis Ioseph secessit in partes Galilææ, & habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth. ¶ Hinc namq; occasio accepta, imò agēte spiritu dei, qui etiam malis bene nouit uti, Pilatus famosum & præclarum illum titulum, Hebraice, Græce & Latine, super crucē eius scripsit, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Huius tituli non parua spiritui sancto cura uel prouidentia fuit, ne corrumpere tur à pontificibus Iudæorum, dicentibus ad Pilatum: Noli scribere, Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Quis enim nisi spiritus dei, maligni illius animam stare fecit, ut responderet eis, Quod scripsit, scripsit: Ibi namq; seruus malus propheticis quorundam psalmodum bene seruiuit titulis, scilicet quinquagesimi quinti, quinquagesimi sexti, quinquagesimi septimi, quin quagesimo octauo & quinquagesimo noni, qui uidelicet tituli sero omnino huiusmodi sunt: In finem, ne corrumpas, ipsi David, in tituli inscriptione. ¶ Nomen Nazarenus in illo titulo est ceteri euangeliste præterierunt: At Iohannes aglino peruidē oculo, qd multum pertineret ad nomē crucifixi, ut uere saluatoris (quod est Iesus) & ut uere regis, qd ei pro crimine ascriberetur: ita & uere sancti, qd est Nazarenus, nō præterit, rotāq; nobis p̄scripsit titulū, Iesus Nazarenus rex Iudæorū. ¶ Ad summū memoriter illud tenendū, quod euangelista, cū dixisset, habitauit in ciuitate Nazareth, nō ita causam apposuit ut diceret, ut adimpleret qd dictū est per prophetas, quoniam Nazareus erit, sed quoniam Nazareus uocabit. Sigdem nō in deo sanctus erat uel est, quia habitauit in Nazareth, imò quia de spū sancto cōceptus est: sed hoc effecit in habitatio ciuitatis illi, quod cōpeteret secundū sanctimoniam suā uocari Nazareus siue Nazarenus, & sic eū uocatum ois lingua, Hebræorū, Græcorū atq; Latinorū: nec solummodo hominū, uerū etiā angelorū malorum pariter & bonorum, hominum plorū pariter & impiorū. Et quod magis mireris, malitiam gelū

Hier. 31. 1. Thef. 4. 1. Ioh. 3. Exod. 2.

Quæstio.

Respōsio.

Esai. 1.

Esa. 67. Dani. 9.

Chrs Nazareus. Gen. 49. 1. Pet. 1.

Gen. 41. 4. 9.

Esa. 11. Nume. 6.

Esa. 55. 1. Pet. 2.

Titul. Chri in cruce. Ioh. 19.

Nazarenus uocabitur.

geli, siue maligni spiritus, per eius præsentiam torti, primi hoc nomine illum uocasse leguntur: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene: Venisti ante tempus perdere nos. Porro angeli boni gratulantes in resurrectione eius, nomen istud solenniter prædicauerunt: Nolite expauescere. Iesum quaeritis Nazarenum crucifixum. Surrexit, non est hic. Homines impij, non solus Pilatus, ubi titulum scripti supra memoratum, uerum etiam illi, qui comprehendunt eum, confessione sua prouexerunt, uim quoque uocabuli eiusdem protinus experti sunt. Interrogati namque ab eo, quem quaeritis, responderunt ei semel & iterum, Iesum Nazarenum, & eo dicente, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. ¶ Hoc ordine processit iste gloriosus, & honore dignus filius hominis, usque ad annum ætatis tricesimum, iuxta quod Psalmista prædixerat: Intende prospere, procede & regna. Quem uidelicet ordinem non recogitantes, imò recogitare aut requirere nolentes Pharisei, & idcirco uoluntarie errantes, quippe quos excæ canerant malitia ipsorum, dixerunt quodam loco ad Nicodemum, qui nocte uenit ad eum. Num quid & tu Galilæus es: Scrutare scripturas, & uide quia propheta à Galilæa non surgit. Dixit enim ille: Nunquid lex nostra iudicat hominē, nisi audierit ab ipso prius & cognouerit quod faciat: De turba quæcumque propter sermones eius alij dicerent, hic est uere propheta, alij Christus, quidam dicebant, Nunquid à Galilæa Christus uenit: Nonne scriptura dicit, quia ex semine David, & de Bethleem castello, ubi erat David, uenit Christus: Quasi uero fieri non possit, ut aliquando factum non sit, ut inde alio loco natus quispiam, in alio nutriatur. ¶ Imò & si in Galilæa, ubi fuerat conceptus, fuisset etiam natus, nihilominus ueraciter de Bethleem castello uenisset Christus, quoniam Bethleemitis de domo & familia David, erat mater eius. Alio mentitur scriptura, Ephrataeum, id est, Bethleemitem fuisse dicens Helchanan patrem Samuelis, qui fuit dux populi in reuersione à Babylonia captiuitate. Quicquid ob hoc dictus est Zoro babel, quia natus est in Babylone, de Iudæa non erit, neque alij quicunque nati sunt illic per septuaginta annos captiuitatis. Hæc aduersus improbitatem illorum, qui quasi edificantes lapidē hunc reprobauerunt, unde & de peccato suo inexcusabiles sunt, quia si uoluissent, cito scire potuissent, quod nos iuniores scimus & prædicamus: quia quamuis in Nazareth nutritus fuerit, nihilominus de Bethleem castello uenit, ubi erat David, nec quomodo cunq; uenit, sed ibi natus fuit. ¶ Prophetis libenter immoramur testimonijs, quoniam illa sunt quæ maxime operantur ad clarificationem filij hominis, cuius gloriam & honorem prædicare præsens opus intendit. Quod non nesciens ipse, cum dixisset, adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo, continuo subiūxit: Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. Omnia quæcumque habet pater, mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. ¶ Ex illis erat iste Matthæus, quondam publicanus, & idcirco non dum poterant portare cuncta illa, quæ de scripturis habebat eis dicere, quia erant homines sine literis & idiotæ. Factum est quod promissit, uenit spiritus ueritatis post resurrectionem & ascensionem eius, & docuit eos omnem ueritatem, sicut apparet tam ex istis quæ iam hic posuit, prophetis cunctisque testimonijs, quam ex alijs quibus & iste & ceteri euangelistæ ualde conuenienter utuntur, in causis locisque opportunis. Hoc erat quod dixit, quia de meo accipiet & annuntiabit uobis: quia uidelicet suum est omne scripturarum sacramentū, sua sunt, huius filij hominis sunt, & in ipsum tendunt omnia quæ habet pater, subauditur in thesauris legis & prophetarum & psalmorum. ¶ Quoties aliquid eorum recte intelligim⁹, quod utique fit per spiritum ueritatis, toties fit quod promissit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis: atque ita clarificatur ipse in cordibus nostris, dum per testimonia scripturarum, quæ non possunt solui, cognoscitur id esse quod est, uerus scilicet filius dei, uerus quoque filius hominis. Quomodo autem potuisset deceter uel congrue fieri, ut solus ipse, cum esset inter homines, paruus & humilis, solus inquam uel primus, testimonium sibi ferret ipse tantæ magnitudinis: ¶ Si prodiret in turbas, si ueniret in cœtum Phariseorum & scribarum, quibus ut erat magnum superbiæ supercilium, sic nihilominus magnum erat inuidiæ tormentum, & diceret eis, Ecce ego quem scripsit Moyses in lege & prophetæ, ecce ego Messias, creditis in deum, & in me credite, quomodo consequenter dicet nobis, & discite à me quia mitis sum & humilis corde: Perfectio sic illum procedere nõ decebat, qui est ipsa sapientia, sed nec filiorum sapientiæ quenquam decet, ut ipse primus gratiam prædicet, qualiscunque sibi fuerit collata, decebat ipsum, cuius hæc sententia est, Er beatus est qui non fuerit scandalizatus in me, dare operam, ut omnis auferretur occasio scandali, illis dum taxat, qui non libenter uellent scandalizari, ut maxime uolebāt scribæ & pharisei. Idcirco factum est, & reuera fieri oportebat, id quod hæctenus enarratis Euangelista continuo subiungit. In diebus autem illis uenit Iohannes Baptista, prædicans in deserto Iudææ & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorū. Hic est enim qui dictus est per prophetam Esaiam, dicentem: Uox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Ipse autem Iohannes habebat uestimētum de pilis camelorum, & zona pellē

cea circa lumbos eius. Esca autem eius erat locustæ & mel syluestre. Tunc exibat ad eum Hierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur in Iordane ab eo, consentientes peccata sua. ¶ Iste ergo Iohannes homo magnus, pro ipsa magnitudine sui, multum debet humilitati filij hominis, quippe qui propter indigentiam eiusdem, pauperis & egeni propter nos facti, propter nos testimonio magno indigentis, tam magnus & talis uenit, qui testimonium perhibens dignus esset audiri, imò non posset cōtemni. ¶ Qualis enim uel quæ magnus est propheta hic, de cuius magnitudine prophetauerit alij prophete magni & sancti, teste ipso qui ipsos prophetas misit. Hic est enim, ait, de quo scriptum est: Ecce mitto angelū meum ante faciem tuam, qui preparabit uiam tuam ante te. Nam scriptū est in Malachia propheta: quod ipse magnifice confirmans, taliter de eodem pronūtiabit: Amen dico uobis, nõ surrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptista. ¶ Et ipse Iohannes non nimis ultroneus, imò nimis discussus, & nimis improbe pulsatus ab inuentibus, Ego, inquit, uox clamantis in deserto, dirigite uiam domini, sicut dixit Esaias propheta, cuius & hic euangelista præsentis loco meminit, & euangelistæ ceteri. Quando uenit iste angelus, ista uox clamantis, tam magnificus uenit, ut cœcibus uero fenestris & sterili, Gabriele archangelo pronūtiante, spū suo repleteretur adhuc ex utero matris sue, tantis natiuitatem eius comitantibus signis, ut timeret omnes uicini, & super omnia montana Iudææ diuulgarentur hæc, & ponerent omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quid putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. ¶ Sed fortassis hæc documenta magnitudinis eius nos quidem scimus, quia legimus: Illi autē, qui tunc erant presentes, quando à deserto uenit, nesciebant aut obliuifuerāt à longe præterita, quia tricesimus annus erat. Ad hoc sciendū, quia propter hoc illis non minus reuerentia erat, imò & hoc maxime reuerentiam illi agebat, quia ueniebat ignotus, quia cum hominibus nõ fuerat cōuersatio eius. In de erat quod Helias esse putabatur, & quod eo maius est, existimabat populus, & cogitabant omnes in cordibus suis de illo, ne forte ipse esset Christus. ¶ Horum omnium, quæ magnitudinē eius indicat, hic euangelista primū hoc posuit: Hic est enim qui dictus est per Esaiam propheta, dicentē: Uox clamantis in deserto. Magnū hoc est præconium Iohannis, quia est uox. Nõ dicitur uocalis siue uocem habens, sed uox, sicut ipse confessus est, dicens: Ego uox clamantis in deserto. Et uox utique alicuius uox est. Cuius ergo Iohannes est uox? Utique clamantis. Et quis est clamans, nisi ille, cuius omnis uita, omne tempus, quo hic in carne deguit, clamor siue inelamatio fuit: Hinc enim Apostol⁹ dicit: Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui possit illum à morte saluum facere, cum clamore ualido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Huius ita clamantis Iohannes prima uox fuit. Humiliras quippe uocem non habebat, sed in ciuitate Nazareth secū habitabat, & annus ætatis eius iam tricesimus incipiebat. ¶ Hoc est quod dicere molitur, quia sicut uerbum cuiusque nostrū clara uel sonora uoce indiget, ut melius audiatur, ita uerbum dei caro factum est, testificante Iohāne indiguit, ut homines minus in eo scandalizarentur: quod & factum est. Nõ solum enim apud simplices, uerū etiam apud inuidēs, & uoluntariū scandalum patientes, autoritas Iohannis causam eius persæpe defendit, ut illic, cum dicerent ei, in qua potestate hæc facis: respondens dixit eis: Interrogabo uos & ego unū sermonem si dixeritis mihi, & ego uobis dicā, in qua potestate hæc facio. Baptismus Iohannis unde erit? e cœlo an ex hoibus? At illi cogitabāt inter se, dicentes: Si dixerimus, de cœlo, dicit nobis: Quare ergo nõ credidistis illi? Si autē dixerimus, ex hominibus, timemus turbā. Omnes enim habebāt Iohānem sicut prophetā. Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico uobis, in qua potestate hæc facio. ¶ Nec uero illa tantū tēpora siue illius tēporis ut gentis hoies at tendere quis debet, sed oēs gētes, siue nationes usque ad finē seculi, quia quocunq; & quæ diu prædicatur Christus aduētus, adeit hic idē testis Iohannes, & testificās digito suo confirmat, quia Christus alius nõ fuit, nec erit, nisi is qui putabatur filius Ioseph. Hoc ualuit magnitudo siue autoritas illius amici & testis, ut reciperent tunc filij saltem pauci, saltem duodecim, incipientes ab ista uoce, qua dixit: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Et si non plures illum recepissent, receperunt autem etiam alij nonnulli: sufficere poterant huic sancto Israeliti ad propagandam gentem spirituales filij, quot secundum carnem filios primus Israel pater eius habuit. ¶ Lucas euangelista, pulcherrimi prudens autor eloquij, hunc aduentum huius Iohannis taliter edidit: Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilina tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est uerbum domini super Iohānem Zachariæ filij in deserto. Et uenit in omnem regionē Iordanis &c. Quam pulchre narratio hæc illi prophetice Danielis uisioni cōcordat, Aspiciēbā in uisione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habēs magnos, comedens atque cōminuens, & reliqua pedibus suis conculcans, Et subinde: Aspiciēbam ergo in uisione noctis, & ecce in nubibus cœli

Marc. 1.  
Marc. 16.

Iohā. 18.  
Processus  
gratis Chri  
Psal. 44.

Iohā. 7.

1. Reg. 1.

Iohā. 16.

Matthæus  
ex thelo  
nio uocat⁹  
est.

Cōfessio se  
cretorum.

Matt. 11.

CAP. III.

Malac. 3.

Matt. 11.  
Luc. 3.  
Esai. 16.

Luc. 1.

Iohannes  
uox clamā  
tis in deser  
to.

Iohā. 1.  
Hebr. 5.

Chri ind.  
guit uoce  
Iohānis

Matt. 21.

Testis Chri  
necessari⁹  
Iohannes.

Iohā. 1.

Lucas &  
Daniel con  
cordant de  
aduentu  
Chri.  
Luc. 3.

Dan. 7.

li quasi filius hominis ueniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi, tribus & linguarum seruiunt ei. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. ¶ Quid enim erat uidere illam talem bestiam, non solum comedentem, sed etiam comminuentem, nisi quod hic pulchre commemorat Romanum imperium, non solum ut ceteras gentes, Iudæorum regnum suæ ditioni subdidisse, uerum etiam in tetrarchias comminuisse: Vt enim Iudaici regni comminueret potentiam, propter nimiam gentis illius insolentiam, idcirco in tetrarchias illud, id est, in quatuor principes dissipauit, uidelicet Pontium Pilatum, Herodem, Philippum & Lyfaniam. Nec uero solummodo regnum, uerum etiam sacerdotij principatum, in duos, scilicet Annam & Caipham, diuidendo comminuit. Futurum autem erat, ut reliqua pedibus suis conculcaret, quod tunc fecit, quando gementem & locum tulit, & eos qui bello superauerunt, in captiuitatem dispersit. ¶ Nunc igitur leuemus oculos nostros, oculos mentis, & prospectum fidei, quia quod illic propheta uidebat in uisu noctis uenientem in nubibus quasi filium hominis, dum comederat atque comminuisse illa bestia terribilis atque mirabilis & fortis nimis, hoc est quod hic narrat euangelista, uenisse & manifestum esse in Israel hunc uere filium hominis, & initium uenienti fecisse à baptismo Iohannis, dum regnum Iudaicæ gentis sibi subdidisset, & in tetrarchias (ut iam dictum est) comminuisse magna potentia Romani imperij. Incipiens enim (ait Petrus apostolus) post baptismum, quod prædicauit Iohannes, Iesum à Nazareth, quomodo unxit eum deus spiritu sancto & uirtute, &c. usque, quia ipse est qui constitutus est à deo iudex uiuorum & mortuorum: huic omnes prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum, initium ergo faciendi ueniens à baptismo Iohannis, qui latuerat eatenus, habitans cum patribus Nazareth, & subditus illis, quousque processit: Vtque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem & honorem & regnum, & ipse est (ait Petrus, ut iam dictum est) qui constitutus est à deo iudex uiuorum & mortuorum, & sicut ait David, Gloria & honore coronauit eum, & constituit eum super opera manuum suarum, omnia subiecit sub pedibus eius. Hoc est unde præfati opere loqui propositum est, ad gloriam & honorem filij hominis, cui sermo bonus est super datum optimum, quem & ipse exoptans dicit ad dilectam animam: Que habitas in hortis, amici aufcultant, fac me adire uocem tuam. Factum est uerbum domini (ait iam dictus euangelista Lucas) super Iohannem Zachariæ filium in deserto, & idem Iohannes apud alium euangelistam, quid ad se dictum fuerit, uel ad quid uerbum domini super se factum fuerit, prædicat hoc modo: Et ego nesciebam eum, sed ut manifestaretur in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans. Item: Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem & manentem in eo, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Hoc ex præfatis, quæ scriptura narrat euangelica, satis euidenter constat, quia Iohannes nesciebat eum, uidelicet eo modo, quo inuicem sciuntur uel sciri possunt facies hominum, qui uel pariter commanent, uel aliquando mutuos sibi aspectus præbuerunt. Iesus namque adhuc infantulus necdum biennis, suergerat in Aegyptum, & Iohannes puer, nescimus quot annorum, uerum tamen in teneris annis, secesserat in desertum. Ergo secundum faciem nesciebat eum, licet secundum spiritum scire potuerit, eum iam aduenisse, quo agente exultauit in gaudio clausus in utero matris suæ. Sed ut manifestaretur (ait) in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans, subauditur & prædicans, quod hic Matthæus primus exprimens: Venit, ait, Iohannes Baptista prædicans in deserto Iudææ & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hæc eius prædicatio uia parauit, ut manifestaretur in Israel iste filius hominis, & appareret in nubibus cœli, peruenturus (ut supra memoratum est) usque ad antiquum dierum, id est, eligeret sibi apostolos, de quibus dictum est per prophetam: Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, testes illos habiturus, & uidentibus illis ascensus in cœlum, & cum illorum testimonio prædicandus per mundum uniuersum. ¶ Et notandum, quod primus iste præcursor domini, nomine expresso prædicat regnum cœlorum, sciendumque solum & unicum regnum cœlorum, regnum esse legitimum, rapinam autem fuisse omnia regna terrarum, præter solum sedem David, quæ huius regni cœlorum præparatoria fuit. Regna terrarum illa dicimus, quæ absque deo fuerunt, & sine spe regni cœlorum pertransierunt: quorum maxima erant capitale æna & uirga, pardus, & illa sine nomine quarta bestia, quas uidelicet bestias Daniel uidit in uisione supra memorata, quas intelligimus quatuor principalia regna quorum primum, regnum Babyloniorum, populum dei captiuauit: secundum, regnum Persarum & Medorum, agente Aman superbissimo, populum eundem funditus delere uoluit. Tertium, regnum Græcorum, mala in eodē populo gessit illa, quæ Machabæorum narrat libri. Quartum, regnum Romanorum, & ipsum filium hominis, tradentibus eum Pontio Pilato Iudæis, & martyres eius, usque ad tempora Constantini crudeliter occidit. Quod illic post bestias illas datum fuisse dandum esse uidit Daniel,

Regnū Iudæorum à Romanis comminutum.

Initiū uenienti à baptismo Iohannis.

Actu. 10.

Psal. 8.

Cant. 3. Luc. 3.

Iohā. 1.

Esa. 60. Actu. 1. Regna terrarum rapina fuerūt.

Dani. 7.

Ibidem.

regnum filio hominis, dictumque est ad eum, suscipient autem regnum sancti dei altissimi, & obtinebunt regnum usque in seculum & seculum seculorum, hoc est regnum quod prædicans Iohannes, præmittit, pœnitentiam agit, & tunc demum causam subnectit, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic iam nec illud prætereundum, quod hic propheticæ gratiæ singulare præconiū, ubique legeris uel audieris ad quempiam factum esse uerbum dñi, & hinc prophetas sanctos esse uel dici, quia factum est ad eos uerbum dñi. Nouissimus omnium illorum iste est Iohannes, super quem scribit euangelista factum esse uerbum dñi, ut ueniret prædicans & baptizans, & sic manifestaretur in Israel filius hominis. Primus autem omnium fuit pater Abraham, de quo sic scriptum est: Factus est sermo dñi ad Abraham per uisionem, dicens: Noli timere Abraham, ego pro te factor tuus sum. & subinde statimque sermo dñi factus est ad eum, dicens: Nō erit hic heres tuus, sed qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis hæredem &c. quibus utique uerbis promittebatur aduentus eius dñi filij hominis. ¶ Igitur cum dicit hic, In diebus illis uenit Iohannes Baptista, subaudiendum est, in testimonium. Sic enim alius euangelista sublimiter enuntiauit, præmittens, fuit homo missus à deo, cui nomen erat Iohannes, statimque subiungens, hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Nec uero solo modo ex deserto in omnem regionem Iordanis, uerum & ex matris uero in lucem uite presentis in testimonium uenit, idcirco senibus iustis datus est, idcirco sterili utero conceptus, idcirco adhuc ex utero matris suæ spiritu sancto repletus est, idcirco cum gaudio multorum & admiratione plurimorum natus est, idcirco duce spiritu sancto in desertum à seculo fugit, & uitam angelicam duxit, omnemque ordinem uitæ irreprehensibilem gessit, uictus atque uestitu uenerabilis, & omni sanctitate mirabilis, ut esset idoneus testis, & omnibus his modis in testimonium uenit. Sacerdos erat, & patri sacerdoti succedere iure debebat, sed uetera sacerdotij ueteris insignia respiciens, legemque ceremoniarum in diebus suis esse finientem optime sciens, solum præelegit prædicare & in semetipso dedicare pœnitentiæ, quæ sacerdotalis officij pars optima est. Nouerat quippe, sicut beatus ille & iustus Simeon, nouerat (inquam) & responsum acceperat ab eodem spiritu sancto, qui hominem talem, pulchrum gratiæ suæ uehiculum paraauerat, non uisurum se mortem nisi prius uideret Christum dñm, & illum regni cœlorum regem quærendum sibi esse, non per ostensionem siue promissionem aulicæ purpure, sed per prædicationem austeræ pœnitentiæ. Nā ut manifestaretur (ait) in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ. ¶ Dicit aliquis, Non poterat alio modo fieri, ut manifestaretur in Israel, nisi prædicando pœnitentiæ: Ad hæc inquam, Poterat quidem, sed omnium modorum, quibus hoc fieri poterat, iste modus erat optimus & pro re magis congruus, magisque necessarius. Quid enim? Nonne ad hoc uenerat filius hominis: nonne ad hoc natus erat agnus dei, ut pœnitentiā susciperet pro peccatis totius generis humani, & ut pœnitentiā incipiens à ieiunio quadraginta dierum, perfereret atque agendam illam in laboribus plurimis, usque ad mortem, mortem autem crucis? Nonne illa morte à domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris, quod cum lapis ille reprobatus esset, cum foras ciuitatem proiectus ille filius hominis in cruce pederet, iamque spiritum emisisset, patefactum est latus eius militis lancea, & continuo exiit sanguis & aqua? Hoc fuit, hoc est baptismus ipse, de quo dixit ipse iam dudum baptismate Iohannis baptizatus: Ego habeo baptismum baptizari, & quomodo coartor usque dum perficiatur? Illo baptismate nos baptizandi eramus, & baptizati sumus. Hinc Apostolus: Quicumque enim, ait, baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Modus ergo manifestationis hic erat optimus & ualde congruus, ut gloriam humilitas præcederet, humilitatem gloria sequeretur, atque illic præmonstraretur, quali cum fructu susceptam pœnitentiā foret consummaturus. Humilitas quippe fuit, quod uenit dominus ad baptismum serui, & inter peccatores pœnitentiam suscipientes, quippe ecatum non fecerat, baptismum pœnitentiæ suscepit. Quæ uel qualis humilitatem gloria continuo secuta est? Lece (inquit) aperti sunt ei cœli, & uisus spiritum dei descendentem sicut columbam, & uenientem super se. Et ecce uox de cœlo dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Hoc & miraculum gloriosum, & maioris fuit gloriæ signum. Similiter namque humilitatem mortis, quæ (ut iam dictum est) pœnitentiæ propter nos susceptæ consummatio fuit, secutura erat gloria resurrexerit, qua effulgente, nimirum aperti sunt ei cœli, & ipse in cœlum ascendit, & gratia spiritus sancti non iam super eum, sed super credentes in eum & baptizatos in nomine eius descendit. Alias autem & uere super eum descendit, quoniam ipse est caput, & ipsi sunt corpus eius, super quos spiritus sanctus descendit, nec ob aliud super eos descendit nisi quia Christus ipse est in eis, quæ admodum Apostolus dicit habitare Christum per fidem in cordibus nostris. ¶ Vnde autem huic Iohanni, ut tam cito cognosceret eum, diceretque uenienti ad se illud memorabile ex humili corde, Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me. Dixit enim secundum Iohannem, ut supra memoratum est, dixit (inquam) semel & iterum, & ego nesciebam eum. Vnde ergo tam cito cognouit eum? Ad hæc breuiter respondendum, quia per uim prophetici spiritus cognouit

Luc. 5.

Gen. 15.

Iohannes uenit in testimonium.

Luc. 2.

Iohā. 1. Christus suscepit penam pro peccatis nostris.

Psal. 117. Iohā. 19.

Luc. 12.

Rom. 6.

Prou. 15.

Eph. 7. Vis prophetica in Iohanne Baptista



uit eum, utique uolentem cognosci, quia iam tempus aderat cognoscendi eum. De illa uero prophetici spiritus loquitur Apostolus: Si omnes prophetent, intret autem quis infidelis uel idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, etiam occulta cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciem, adorabit deum, pronuntians quod uere deus in uobis sit. Hoc in laudem prophetice gratie dicit, quod illi occulta cordis alterius manifesta sint. Erat autem Iohannes propheta, iam quod ex utero matris sue gratiam propheticam acceperat, spiritu prophetico repletus fuerat. Sed ut & hoc inferam, quod aliud uerbum domini factum fuerat, ut Lucas meminit, super Iohannem Zacharie filium in deserto, nisi ipsum, quod caro factum fuerat ex MARIA uirginis utero: Ergo ne uerbum quod factum fuerat super eum, ut ueniret, & assumptum hominem siue carnem, quam assumpserat, manifestaret ille in Israel, non ostenderet illi cito quem quarebat, & propter quem, ut manifestaretur, obediens uerbo, aduenerat. Igitur quum ista sit uis prophetici spiritus, ut iam dictum est, manifesta facere occulta cordis, etiam nolentis, quanto magis manifesta fieri debuerunt Iohanni occulta cordis domini IESU, presertim uolentis, ut non ex facie mentem, sed (quod mirabilius est) ex mente cognosceret eius faciem: Et ille quidem cuius est, cuius occulta cordis ita manifesta sunt, cadens in faciem (ait Apostolus) adorabit deum, pronuntians quod uere deus in uobis sit, dominus autem Iesus, cuius non est adorare, sed adorari, quo debuit modo, gratiam illam, gratiam propheticam honorauit, cui manifesta facta fuerant occulta cordis sui, quatenus Iohannes dicere posset, ego autem debeo baptizari, siue illud secundum Iohannem, Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Et quomodo gratiam illam honorauit? Videlicet pronuntians quod uere deus, uere spiritus sanctus, uere spiritus propheticus, & plus quam propheticus, esset in mente Iohannis. Dixit enim ubi oportuim fuit: Sed quid existis in deserto uidere? prophetam? Etiam dico uobis, & plus quam prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit uiam tuam ante te. Amen dico uobis, inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista, &c. usque. Et si uultis recipere, ipse est Helias qui uenturus est. Qui habet aures audiendi, audiat. ¶ Vbi uero factum est eidem Iohanni quod dixit, Ego autem debeo baptizari? Oportet nanque uerum & statum rationis esse ponderatum, quod tali in tempore, talem ob causam, tali tantoque filio hominis dixit propheta ueritatis, homo tanti meriti, angelus tam magni preconiij. Vbi ergo factum est eum? Vbi baptizatus est ab illo, qui ad baptismum eius ueniebat, filio hominis? Illic nimirum, ubi peccata mundi tulit idem agnus dei, quem digito demonstrauit. Vbi hoc? Profecto ubi agnus ipse immolatus est, & nostris sanguine suo postea sacrauit, & Pharaonem cum suis Aegyptijs ita flagellauit, ut uinceret, qui uictus non fuerat decem preceptorum legalium plagis magnis, Pharaonem non carneum, sed spiritualem, scilicet diabolium principem tenebrarum. Vbi traxit illum palam, confidenter affrigens cruci, & mare magnum, mare rubrum, scilicet sanguinem & aquam de late re suo lancea percussus emisit. Ibi factum est Iohanni quod sperabat & sciebat, dicens: Ego autem debeo baptizari, nec soli Iohanni, uerum etiam sanctis & electis omnibus, qui expectabant eum ab origine mundi. ¶ Et quidem scire poterat, quod ex utero matris sue sanctus esset, quod pe qui spiritu sancto adhuc ex utero matris sue repletus esset, sed quia iuxta erat illi dominus, sicut scriptum est, Iuxta est dominus his qui tribulatio sunt corde, & humilis spiritu saluabitur, quia (inquam) iuxta illi erat dominus, & de prope sciebat in contritione cordis & in humilitate spiritus, quod dominus solus sine peccato & solus esset de uirgine natus: ipse autem, quam uis magno munere sacratus, tamen de commixtione maris & femina uisisset procreatus, sanctitatem illam quasi nescire uoluit, nec sibi sufficere indicauit, nisi pro eo funderetur sanguis illius agni, quem uidebat, cui loquebatur, agni folius sancti, folius immaculati. ¶ Et reuera nisi mare illud inimicos nostros operuisset, nisi sanguis ille suffusus fuisset, & aqua illa inundasset, sanguis redemptionis & aqua emundationis, ne quod huic, neque illi, cui ante hunc dictum est, priusquam te formare in utero, noui te, & antequam exires de uentre, sanctificauit te, neque alicuius sanctorum sanctitas ulla suffecisset, quicquid dicti sunt sancti, ut Aaron, de quo Psalmista dicit: Et irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum domini. Sunt enim plures modi, quibus peccatoribus sancti dici consueuerunt, ne cum sancti audieris, statim perfecti & ab omni parte esse quiddam liberum. Scriptum quippe est in lege Moyse, quia omne masculinum adaperiens uulua, sanctum domini uocabitur. Sanctifica mihi, ait Iesus, omne primogenitum, quod aperit uuluum in filiis Israel, tam de hominibus quam de iumentis, mea enim sunt omnia. Et in lege Nazaree scriptum est: Sanctus enim erit, crescite caesarie capitis eius. Omnes dies separationis sue, sanctus erit dominus. ¶ Et Iohannes enim erit, crescite caesarie capitis eius. Omnes dies separationis sue, sanctus erit dominus. ¶ Et Iohannes enim quidem istis quod modis sanctus fuit, utpote primogenitus, ante quem sterilis mater nullum genuit, idemque Nazareus, uti angelus locutus est, uinum & siceram non bibit. Sed nunquid omnis generum sanctus, qui in de sanctus est quod primogenitus, immunitus a peccato existimabit? aut nunquid Nazareus, quoniam siceram & uinum non bibit, & nouacula per caput eius non ascendit, siue Samson, siue alius quis eiusmodi, ideo consummatus sanctitatis erit? Veruntamen

secundum illum sanctitatis modum, quem infusio sancti spiritus operatur, Iohanne sanctior inter natos mulierum nemo quidem surrexit, sed nihilominus sancti sanctorum Iesu Christi baptisate. i. sanguinis effusione uel eius morte in dignum, & idcirco ueraci humilitate dixit, Ego autem debeo baptizari. ¶ Nunc uide hunc sanctum, hunc primogenitum, hunc Nazareum, quantum deceat esse uestitum, ut euangelista refert, dicens: Ipse autem Iohannes habebat uestimentum de pilis camelorum. ¶ & laudari a domino, dicens: Quid existis in deserto uidere hominem mollibus uestitum? ubi subauditur non, & sequitur: Ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt. Vere talis habitus decebat eum, uestimentum de pilis camelorum & zona pellicea circa lumbos eius, sicut & Heliam, de quo itidem scriptum est, Vir pilosus & zona pellicea accinctus renibus. Tales enim utriusque fuerunt mores, & zelus austerus, talisque uita, quare non indulgebat sibi, ut esset remissior, fluctibusque delicijs luxuriaretur. Hoc de isto cōfessum scriptura presens testatur, quia non molliter peccatoribus blandiebatur. Dixit enim, Videns multos Pharisaeorum & Sadduceorum uenientes ad baptismum suum. Progenies uiperarum, quis ostendit uobis fugere a uentura ira? Facite ergo fructum dignum poenitentiae, & ne uelitis dicere intra uos, patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnia ergo arbor que non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. ¶ Ecce uere hominem non mollibus uestitum, quippe cuius sermo pilis camelorum, quibus uestitus erat, multo est asperior, unde & non potuit esse in domibus regum, imo in domo regis Herodis & reginae Herodias decollatus est propter sermones eiusmodi, sermones ueritatis, quibus ipse non mollis, peccatorum molles auricularum & adulationis audas arguendo nimis offendit. Apud Lucam sensus quidem & uerba ipsa pene sunt eadem, nisi quod hic manifestius designat propter quos maxime sic inceperit, Progenies siue gemina uiperarum, uidelicet propter Pharisaeos & Sadduceos, qui erant haeretici Iudaeorum. Nam Pharisaei ex Hebraeorum Latium interpretantur diuisi, eo quod traditionum & obseruationum, quibus illi deuterofes uocabant iustitiam praeferebant, unde & diuisi uocabantur a populo, quasi per iustitiam. Sadducei interpretantur iusti, uendicabant enim sibi quod non erant. Corporis resurrectionem negabant, & animam cum corpore interire praedicebant. Hi quinque tantum libros legis recipiebant, prophetarum uaticinia respuentes. Igitur cum dicit Lucas, Dicebat ergo ad turbas, quae exibat ut baptizarentur ab ipso, gemina uiperarum hic autem praemisso, tunc exibat ad eum Hierosolyma & omnis Iudaea & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, consumfitentes peccata sua. ¶ tunc demum sic incipit: Videns autem multos Pharisaeorum & Sadduceorum uenientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies uiperarum, Iesus est qui patitur quidem totam, sed non aequaliter totam gentem malitiae sequentis arguit, quod scilicet inuicem inuidendo & inuicem mordendo, Iudaei forent ab inuicem consumendi, maxime autem Pharisaei & Sadducei futuri essent auctores uel causa sibi metum tamen mali & irae superuenerunt, ut pro miraculo debeat esse rarus quisque, qui illum sciret uel posset effugere. Nec uero ita denotauit eos solus uel primus. Si quidem prior Moyses inter cetera dixit: Fel draconum uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile. Nunquid minus est dicere, fel draconum siue uenenum aspidum, quam progenies siue gemina uiperarum? ¶ Et illos quidem Pharisaeos, quibus haec & cetera dixit, putaremus sic uenisse ad eum, ut uellent percipere baptismum, quoniam sic euangelista dixit, uidens autem multos Pharisaeorum & Sadduceorum uenientes ad baptismum suum, sed repugnat illud, quod alius euangelista magis illos insinuat uenisse ad insidiam dum. Miserunt autem Iudaei ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad Iohannem, ut interrogarent eum, tu quae es? Cuius interrogantibus tandem respondisset, ego uox clamantis in deserto, dirigite uiam domini, sicut dixit Esaias propheta, post hanc illius responsum statim subintulit, Et qui missi fuerant, erant ex Pharisaeis. Hoc dicto, deinde sequitur, & interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque propheta? Per hoc melius intelligitur istud quod ait Matthaeus, Videns multos Pharisaeorum & Sadduceorum uenientes ad baptismum suum, scilicet quae uenerant, non ut ipsi baptizarentur, sed ut baptizantem caluniantur, praesertim cum & alius euangelista dicat, Et omnis populus audierit & publicani, iustificauerunt deum, baptizati baptismum Iohannis: Pharisaei autem & legisperiti consilium dei spreuerunt in semetipsis, non baptizati ab eo. ¶ Quod erat illud uel quale dei consilium, quod Pharisaei spreuerunt? Nimirum poenitentiam agere, & dignos poenitentiae fructus facere. At illi scilicet Pharisaei, considerabant in se tanquam iusti & aspernantur ceteros, sicut attestatur locis opportunis ueritas euangelij. Unde apud Lucam diligenter animaduertendum, quia interrogabant turbas dicentes, quid ergo faciemus? interrogabant publicani uenientes ut baptizarentur, & dicebant: magister, quid faciemus? interrogabant & milites dicentes, quid faciemus & nos? Turbae interrogabant, publicani interrogabant, milites quoque interrogabant dicentes, quid faciemus? Pharisaei uero nusquam interrogasse leguntur & dixisse, quid faciemus? Claret igitur quod uel quale consilium dei, quomodo consilium dei spreuerunt Pharisaei, non

Matth. 11.

Iohannes et Heliae uestitus. 4. Reg. 1.

Haeretici dicitur.

Luc. 7.

Progenies uiperarum.

Deut. 32.

Pharisaei non baptizabantur a Iohanne Baptista. Iohann. 1.

Luc. 7. Pharisaei uisunt apud se ipsos, consilium dei spreuerunt. Luc. 11.

1. Cor. 14.

Ibidem.

Matth. 9. Ioh. 1.

Matth. 11. Mat. 40.

Vbi baptizatus est Iohannes in Chersoneso.

Exod. 12.

Colos. 2.

Psalm. 39.

Nulli scilicet suffecit ad regnum ecclesiarum hier. 1. Psalm. 10.

Luc. 2. Exo 17. Deut. 19. Num. 6. Iohannes primogenitus Nazareus? Luca.

ptizati baptismo Iohannis, quia uidelicet erat supbi, confidentes in se tanq̄ iusti, suã iustitiã statuerunt, & iustitiã dei nõ subieci, unde & magno suspicio magistru pietatis, filiumq; patris misericordiaz Iesum Chrm redarguisse leguntur, dicendo discipulis & peccatoribus: ¶ Porro quem tu erudieris dñe & de lege tua docueris eum, ille desiderat, ut sciat penitentia agere, desiderat ut possit dignos pccni terre fructus facere. Ille scit, ille confitetur q̄ iustitia nulla sit, q̄ omnis ex operibus iustitia uana sit, nisi testimonium habeat ex fide huius filij hominis Iesu Christi, cuius sanguis cũ aqua fluit de latere eius, ut superius dictũ est, nisi iustus omnes emundasset, immunde & sordidæ essent oēs iustitiæ, iuxta illam ueridicã confessionem iusti & iustificandi propheta: Eisaia: Et facti sumus ut immundi oēs nos, & quasi pannus mensruatae uniuersa iustitiæ nostræ. ¶ At illi falso iusti, & uere peccatores, ne istam cognoscerent iustitiã, scutum sui cordis habebat patrem suæ carnis Abraham, quasi caro Abraham, quoniam de illa profluxerant, sufficere possent eis ad iustitiã. Proinde cum dixisset, Facite ergo fructũ dignum penitentia, subiunxit atq; ait: Et ne uelitis dicere uos, patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim securis ad radices arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructũ bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Hæc eo dicente, opportune reminiscimur sermonis illius propheticus ex ore Hieremie: Male dicitur uir qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, ut à domino recedat cor eius. Erat enim quasi mirica in deserto, & non uidebit cum uenerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra saluginis & inhabitabili. Benedictus uir qui confidit in dño, & erit dñs fiducia ei, & erit tanquam lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humore mittit radices suas, & non timebit cum uenerit æstus. Et erit folium eius uiride, & in tẽpore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructũ. ¶ Quid (quæ) aliud est uelle dicere intra semetipsos, Patrem habemus Abraham, siue pater noster Abraham est, & hoc aduersus dominum, nisi cõsidere in homine, & ponere carnem brachium suum, ut à domino recedat cor eorum? Nam ueraciter ut à domino corde recederent, imò ut dominũ in sermone caperent, idcirco non nunquam dixisse leguntur, Pater noster Abraham est, & illud, Nos exornatione ne non sumus nati, itemq; Semem Abraham sumus, & Nos autem Moysi discipuli sumus. Nonne hoc est considerare in homine, & ponere carnem brachium suum, fiducia Moyfi & carnis Abraham, spernere consilium dei, & gloriari contra filium dei, qui sola & unica est gloria Abraham siue Moyfi, qua remota, in gloriosus est Moyses, Abraham, q̄ non nisi puluis & cinis? Ne ergo uelitis (ait) ita dicere intra uos. Maledictus enim quisquis ille est, qui in carne contra consilium dei gloriatur, ut non faciat dignos pccnitentiæ fructus. Male dicitur est ille sicut Chanaan, de quo dixit pater ipse hanc sententiam male dictionis, Seruus seruatorum erit fratribus suis. Etenim ille talis eadem Chanaan similis est, Chanaanus & non Iudæus est. Hæc enim dicit dominus ad Hierusalem apud Ezechielem: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Ille (inquam) nõ quasi oliua est fructifera in domo domini, sed quasi mirica in deserto, in terra saluginis & inhabitabili, quæ uidelicet arbor ex amaritudine nominata est, gustus enim eius nimis amarus est, & hæc in solitudine & saxo sa humo nascitur. Iam (inquit) securis ad radicem eiusmodi arborum posita est, ut quæ fructũ bonum non facit, excidatur, & in ignem mittatur, siue illa oliua, siue mirica sit. Etenim etiam si de radice bonæ oliuæ creuerit, siue oleaster aut mirica sit, exciderit propter sterilitatẽ, propter incredulitatẽ. Inde Apostolus: Si enim, inquit, deus naturalibus ramis nõ pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatẽ & seueritatẽ dei, in eos quidẽ qui ceciderunt seueritatẽ, in te autem bonitatẽ, si permanseris in bonitate, alioqui & tu excideris. ¶ Hoc de inuisibili excisione dixit, quæ projectur in credulus à regno dei, se curi excisus diuini iudicij. Veritatem & alia excisio illorũ, propter quos uel quibus dicebat, & ne uelitis dicere intra uos, patre habemus Abraham &c. uidelicet illa, quæ corporaliter q̄ exciderunt erant & extirpadi de terra sua, securi uisibili, scilicet manu Romana. Hinc Psalmista præ dixerat: Quasi in sylua lignorum securibus exciderunt ianuus eius in idipsum, in securi & ascia deiecerunt ait, incenderunt igni sanctuarium tuum &c. ¶ Quid porro est quod ait, Dico enim uobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham? Quos uel quales uidebat siue digito demonstrabat lapides? Non enim solimodo dixit de lapidibus, sed signauerunt ait, de lapidibus istis, quos uidelicet pronomine solemus uti, quũ digito demonstramus uel demonstrare possumus ipsas res, de quibus nobis sermo est. Et q̄dem sensus uerus est, per lapides recte intelligi hoies gentiles, lapidea simulacra colentes, de quibus & nos suim⁹ uel sumus in filios Abraham suscitati p̄sidẽ Iesu Christi, sed nõ legunt tũc adfuisse uel uenisse ad Iohannẽ in Iordanẽ eiusmodi lapides, eiusmodi homines. Quos ergo uidebat, uel demonstrabat in Iordane lapides? Putas ne illos, quos de Iordane tulit, & quos in medio Iordanis alueo Iosue dño iubente posuit? Elige (inquit dominus) duodecim uiros, singulos per singulas tribus, & præcipe eis, ut tollat de medio Iordanis

Roma. 10. Matt. 9. Psal. 97.

Isai. 64. Vana gloriatio de carne Abraham.

Hier. 17.

Iudæi cõfidebant in homine.

Iohã. 8. 9.

Cũctis ageda est pnia.

Gen. 9.

ezec. 16.

Rom. 11.

Duplex excisio Iudæorum.

Psal. 73.

Lapides, Gentiles.

Lapides isti, prophetae & apostoli. Iosue. 4.

alueo, ubi steterunt sacerdotũ pedes, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castros, ubi fixeritis hac nocte tentoria. Fecerunt autẽ filij Israel sicut eis præceperat Iosue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, ut ei dñs imperarat, iuxta numerum filiorum Israel, usq; ad locum in quo castrametati sunt, ubiq; posuerunt eos. Alios quoq; duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, ubi steterant sacerdotes qui portabant arcam fcederis, & sunt ibi usq; in præsentem diem, de hoc & de ceteris constat autoritate apostoli, quia omnia in figura contingebant illis. Quod cum ita sit, nõne spũaliter nobis lapides illi, prophetae sunt & apostoli, lapides uiui, lapides magni, qui fidem nostrã uelut fundamentum portant, necessariãq; nobis factis & dictis operum domini memoriam semper suscitãt? Nam de illis lapidibus cur sic à domino præceptum & sic est factũ? Quando, inquit, interrogauerint uos filij uestri cras dicentes, quid sibi uolunt isti lapides, respondebitis eis, Deceperunt aquæ Iordanis ante arcam fcederis domini dei nostri, cum transiret eum. Idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel usq; in æternũ. Nihil uerius, q̄ lapides istos, scilicet prophetas & apostolos, q̄ significabant per lapides illos, in monumentum nobis usq; in æternum esse positos. Si ueraciter dixit Apostolus Christi, petra autẽ erat Christus, cũ de petra inanimata, de qua populus biberat, fuisset locutus, quomodo non ueraciter dicat præcursor Christi, lapides isti, quos Iosue dño iubente pro monumento posuit, prophetae sunt & apostoli quoq; alios, uidelicet prophetas, olim posuit alios, scilicet apostolos, sine dubio cõtinuo posturus est? Et prophetae q̄dem, q̄ profundiora uel obscuriora sacramenta continent, quæ si in medio Iordanis alueo sub aqua positi, apostoli uero, quia nuda & aperta facie saluatoris opera testatur, quasi in Galgala positi, q̄ interpretat reuelatio, semper sub dño conspiciuntur omnium patet. ¶ Igitur ne ceperitis, ait, dicere intra uos, Patrem habemus Abraham, dico enim uobis, quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. i. ne argumẽtini uos pccnitentia uel pccnitentiã fructibus nõ indigere, siue regnum cœlorũ uobis hæc edictarium esse, qm̄ secundũ carnẽ estis filij Abraham, quia profecto sola caro Abraham ad consequendum regnum cœlorũ non magis ualet q̄ isti lapides, imò cum de carne Abraham multi sunt filij diaboli, per uerbum illoꝝ, quoru in figura positi sunt lapides isti, multi nascuntur, qui uere sint filij Abraham, uere filij dei. Nam fides est, quæ sola facit filios Abraham, caro autẽ sola non prodest quicq; & talis quisq; uiroꝝ benedictus est, iuxta prophetã supra memoratã, quia cõfidit non in homine, sed in domino, in quo confisus est & Abraham non deus, sed homo, quia nõ ponit carnem Abraham brachium suum, ut à domino, recedat cor eius, sed dñs est fiducia eius, & idcirco non erit quasi mirica in deserto, neq; habitabit in siccitate in terra saluginis & inhabitabili, sed erit quasi lignũ quod transplantatur sup aquas, & quod ad humorem mittit radices suas, ut dignos pccnitentiã fructus facere non desinat. ¶ Interea cũ hæc & his similia, quæ ceteri euangelistæ non tacent, loqueretur turbis, hic amantissimus præcursor dñi, non ignorabat prophetica habens scientiam, q̄ non esset illi tẽpori uel officio destinatus, quo prædicandum erat cunctis gentibus, q̄ ex uero uirginis supra naturã hominis natus esset ipse quem præcurebat, mediator dei & hominũ, homo Iesus Christus. Hoc ut erat uere instructus spũalitatẽ, confitetur humiliter, suq; reputat indignitati, dum præmittit: Ego quidem uos baptizo in aqua in pccnitentiã, qui autẽ post me uenturus est, fortior me est, J subiungit continuo: Cuius nõ sum dignus calceamenta portare, ipse uos baptizabit in spiritu sancto. J Per calceamenta q̄ppe, cum sint ex coruũ mortuoꝝ animalium, significatur humanitas eiusdem filij hominis Iesu Christi, in qua erat mortalis & passibilis. Vnde est illud: In Idumæam extẽdam calceamentum meum, i. notum faciam gentibus incarnationis meæ sacramentum. Hoc per apostolos erat faciendum, ipse autẽ Iohannes non erat uicturus usq; ad illud tẽpus, q̄ apostoli tali ter calceamenta dñi portauerunt, i. publice prædicare ceperunt, natum esse de uirgine deum & hominem Iesum Christũ, quia uerbum erat in principio deus apud deum, & uerbũ caro factum est, & sicut angelus locutus est ad Ioseph, quod in beata uirgine natũ est, de spiritu sancto est. Igitur cum dicit, qui autẽ post me uenturus est, fortior me est, cuius nõ sum dignus calceamenta portare, promptũ est animaduertere, q̄ libenter huiusmodi officium subiret, quanta cum dilectione gloria istam filij dei, filij hominis, cum illis cœlis annũtiare & enarrare pergeret. ¶ Et ipse quidem de seipso ita sentiendo, ita indignũ semetipsum iudicando, regulã custodiebat ueræ humilitatis, quia non considerabat q̄ ipse solus esset præcursor dñi, imò & angelus domini, sicut de ipso in Malachia spũs propheticus præ dicit, sed illud considerabat, q̄ illi futuri essent cœli, qui (sicut iam dictum est) calceamenta portando Iesu Christi, enarraret eiusdem gloriam dei. Hæc est regula, quã Apostolus breuiter perscribit ad Philippenes his uerbis: Nihil per contentionem, neq; per inanem gloria, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitantes. Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum. Ipse (inquam) ita iudicando, ita non quæ sua, sed quæ alioꝝ erant, considerando & superiores sibi futuros apostolos arbitrando, regulã custodiebat sanctã & uerẽ humilitatis, semetipsum deprimens, tan

1. Cor. 10.

Iosue. 4.

1. Cor. 10.

Caro Abraham sine fide nihil uidet

Hier. 17.

Nõ eadẽ Iohannis & apostolorũ predicatio.

Psal. 107.

Iohã. 1. Matt. 1.

Psal. 118. Humilitas Iohannis Baptistæ. Mal. 3.

Philip. 4.

quam minor esset omnibus illis. Sed nunquid ita iudicabat dominus iudicium? Nequaquam, sed, Amen dico vobis, ait, non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne baptista. Ergo & nullus omnium illa domini calcamenta portantium, illam domini de utero virginis in carnatione suo tempore publica praedicatione sequentibus signis praedicatum, maior te est dicit Iohannes Baptista. ¶ Porro fortitudo dinem quam intendit dicendo, Qui autem post me venturus est, fortior me est, miro modo non quidem exprimit, quoniam exprimi non potest & ineffabilis est, sed parum significat, ita dicitur: **L** Cuius uentilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni in extinguibilibus. ¶ Quanta (quae) est fortitudo ista, uentilabrum suum habere in manu sua? Non enim saltim dicitur, cuius uentilabrum in manu dei. Simile illud est, quod in **E**saia legimus, cuius imperium super humeros eius, siue, Et factus est principatus super humeros eius. Neque iste dicitur, cuius uentilabrum in manu dei, neque ille dicitur, imperium eius siue principatus eius factus est super humeros eius, sed ut animaduertas ipsum in sua fortitudine sufficientem esse sibi, & iste, cuius uentilabrum in manu sua, dicitur, & ille principatus eius super humeros ipsius factus esse a se, sed aream suam permundabit, & triticum (inquit) suum congregabit. Ergo dominus est aream, & possessor est totius tritici, & deus fortissimus ipse est, cuius uentilabrum est, & cui ad uentilandum ipsa manus sua sufficit, sicut humerus suus ad imperium siue principatum tendendum satis est, satisque ualet absque impedimento alienis. Igitur deus est, & dominus omnium potentis ipse est, qui auxilio nullius indiget. ¶ Quid dicemus fortibus? quid dicemus superbis? Nimirum quia palea ipsi sunt, humiles autem & qui timent dominum, ipsi sunt triticum, uerbum autem domini, uerbum incarnatum, uerbum plenarie manens, & inhabitans in peccatore, & spiritus de ore huius filii hominis, pro similitudine illis est, & erit uenti uehementis, quod tam facile, imo & multo facilius reprobos & superbos omnes exterminabit, quam uehemens aura siue uentus quaelibet fortis paleam de area cuiuspiam eliminare possit. Omnes eos (ait ipse dominus per prophetam) auferet & uentus, tollet auram. Quos eos, nisi omnes fortes fortitudine fallaci, de quibus & ita praemisit, cum elamaueris, liberent te congregati tui? Praemiserat etiam & ipsis, effudisti libamen, obtulisti sacrificium. Ergo omnia eos (subauditur) male fortes) insubiles seu inuisibiles, auferet, & uentus, tollet auram, & ita dicendo, magna diuinitatis fortitudinem, & magnam e contra omnium creaturam in firmitate esse designat. Multa sunt in scripturis dicta huiusmodi, secundum similitudinem iustitiae, exiccatum est scenum, & cecidit flos, quia spiritus dei sufflauit in eo, & in Iob, uidetur (ait Eliphaz Themanites) eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante deo perisse, & spiritu ire eius esse consumptos. Et his similia, per quae hoc intendit sanctus sacrae scripturae spiritus, ut facilitatem diuinae omnipotentiae cognoscamus, quod multum facile sit ei, deicere cito, quicquid contra fortitudinem eius fortiter stare uidebatur. ¶ Ibidem quoque apud **E**saia, ubi praemiserat, quod iam dictum est, & omnes eos auferet & uentus, tollet auram, postmodum subiunxit: Quia spiritus meus & facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Frequens est lectio, sed experimetur in uita praesentis ualde rarum, ut experiatur quispiam, quem diuinitas ad experientiam admittit & dignatur, tangendo peccatum siue labia eius, in memeto, siue in ictu oculi, taliter afficiatur tactu sensibilis, quem beatus papa Gregorius sibi uult intelligi, ubi ad Heliam loquens dicit, dicitur: Er post spiritum commotio, Non in commotione dominus. Et post commotionem ignis, Non in igne dominus. Et post ignem sibilus aurae tenuis, & tibi dominus. Et quidem subtilitas diuinitatis, omnium non solum corporis, uerum etiam animae sensum excedit, sed cum uult, non tantum animam, uerum etiam corpus tactu suo sensibiliter afficit. Qui uidelicet tactus, dum uult, suauis, & dum uult, ualde est terribilis, ita ut quisquis illum sensit, iam pene non sit illi opus uerbis edoceri, quod uerum deus fortissimus spirituum sit, nec penitus ignorat, licet omnino effari non possit, qualis ille sit tremor, quo maiestatem domini tremere dicuntur etiam sancti angeli.

**RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER III.**



**M**NE S sitientes (ait spiritus sanctus) uenite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite & comedite. Aqua praesentis loco scripturae sunt, quibus spiritualium continentur mysteria gratiarum, sicut & illic, Bibe aquam de cisterna tua, & fluente putei tui Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Aqua ista aqua domini sunt, & quicumque emerit eas, eius sunt, nec domini esse desinit. Quid rogo est, quod cum omnes sitientes inuitauerit ad huiusmodi aquas, illos maxime inuitat ad emendum, qui non habet argentum? Ait enim Et q

Esai. 55.  
Proti. 5.  
Emerere aq̄s sapietis abf

Et qui non habetis argentum, properate, emite. Certe in omni negotiatione terrena magis illi solent inuitari ad emendum, qui habent uel habere uidentur argentum. Haec autem negotia tota coelestis, tota spiritualis est. Quid ergo est argentum non habere, nisi in philosophia seculari, siue prudentia eloquii non confidere? Talibus namque non habentibus eiusmodi argentum, ipsa humilis conscientia magnum est emptionis pretium. Talis erat Moyses, cum diceret ad deum: Obsecro domine, non sum eloquens ab heri & nudius tertius, & ex quo locutus es ad seruum tuum, in pediculis & tardioris linguae sum: Et in paraboli sapienter loquitur Stultissimus sum uirorum, & sapientia hominum non est mecum: Non didici sapientiam, & non noui sanctorum scientiam. ¶ Quid igitur oemule subannas? Quid obretractator melace ras? Fateor quia catygetas tuos audiui, omnes sapientes & prudentes eloquii mystici, & omnino nullas habeo diuitias argenti eiusmodi, & si quid percepi de secularibus philosophis, non sunt mihi pro diuitiis, siue pro nummis argenteis. Sed nunc quid ob hoc mihi ab aquis istis erat desperandum? Imo magis sperandum, quoniam inter omnes scientes, illos qui non habent argentum audio maxime inuitari ad emendum. Subanna quantum uis, licet scripta mea non nisi insidians legere uelis, & si libet etiam illud dicitur Quomodo hic literas scit cum non didicerit? Si enim cum illo, in quem hoc dictum est, participes fuerimus obprobrii, erimus etiam gloriae & honoris. Proinde dissimulanda est praesens amaritudo uentris, ex comestione libri, quem qui deuorauit, erat, inquit, in ore meo tanquam mel dulce, & cum deuorassem tum amaritudo est uenter meus, & itinere cepto peragendum est in opere dei, in intentione quam significauit titulus praescriptus operi, de gloria & honore filii hominis. **L**Ego quidem, ait Iohannes, baptizo in aqua. ¶ Quam uel qualem habet rationem baptizari siue baptizare in aqua? Cō filium dei erat in aqua baptizari, sicut alius euangelista significans, pharisei autem, inquit, & legis periti consilium dei spreuerunt in semet ipsis, non baptizati baptismo Iohannis. Quid ergo habet rationis tale consilium dei, quod nobis scire prosit? Sunt quidem incomprehensibilia iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius, ut Apostolus ait, sed haec & his similia non nos prohibent ne simus laudatores, aut ne uelimus habere scientiam uiarum dei, uerum hoc tantum, ne simus nimis scrutatores maiestatis. Quam ergo rationem habeat tale consilium dei querimus, non scrutando nimium, sed laudare optando maiestatem dei, & sicut cetera ex parte scimus & ex parte prophetamus, ita de isto quoque gratulemur, quod non quidem ad perfectum cognoscimus, sed ex parte aliquod subleuet, quo delectemur. ¶ Quid illud est? Nimirum, quia tali consilio bene disposuit deus, ut ad ordinem suum creatura humana reduceretur. Fuerat quippe homo supra se nimis elatus, quando uoluit esse sicut deus, secundum illud falsum serpentis sursum, comedite & eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Illum primi hominis tumorem, multi ex eo progeniti homines imitati, deos sese appellari uoluerunt. Et nonnulli quidem ex eis post mortem suam hulto errore hominum pro diis habitum sunt, ille autem Caezar Augustus, cuius tempore natus est iste filius Iesus Christus, uiuens quoque pro deo haberi non timuit. Unde adulando illi Placcus dicit: Praesenti tibi maturos largimur honores, turadasque tum per nomen ponimus aras. Haec prima fuit altitudo cordis nostri, ut uellent esse homines sicut dii, & hoc est ad peccatum, in quo, ait Apostolus, omnes peccauerunt. Porro humana conditio, siue conditionis humanae principium, non solum creatore deo, uerum etiam aquae elemento. Forma uerum enim deus hominem de limo terrae, quod uidelicet elementum aquae inferius est & erat, & sub eo latebat, donec diceret deus: Congregentur aquae quae sub caelo sunt in locum unum, & appareat arida. Multum ergo terra intumuerat, ordineque excesserat, ubi homo terrenus altissimo finis esse concupierat. Reducendus erat ad ordinem, & docendus, ut sciret confiteri cuius esset conditionis, atque in testimonium eiusdem confessionis submergeretur elemento aquae, quo grauius atque segnius elementum terra est, unde homo principium sumpsit, & quod, sicut iam dictum est, totum in initio sub aquis latuit. Grande habet momentum in ratione iustitiae, conditionis huius meminisse, & abrenuntiando superbiae diabolicae, sub aqua corpus deprimere, ac deinceps memoria tenere, quod deus propter superbiam dixit homini, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Proinde diligenter animaduertendum est, quod **L** Cum uenisset Iesus ad Galilaeam in Iordanem ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo, & Iohannes prohiberet eum, dicens, ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me, respondens ipse, dixit ei: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. ¶ Nam ueremitis & humilis corde considerabat, quod quamuis sanctus sanctorum esset, nullum quae omnino peccatum haberet, tamen de terra sumptum corpus haberet, quod quae ad iustitiam pertineret, ut humilitatis remedium, propter quod docendum uenerat, ipse in semetipso demonstraret, submitiendo aquis, quam assumpserat carnem nostram, quae se ad similitudinem creatoris omnium, extollere affectauerat in Adam, & sic ait, decet nos implere omnem iustitiam, Respiciebat Iohannes quod de spiritu sancto conceptus fuerat, & hoc illi

q̄ argento quid est.  
Exodi 4.  
Proter 30  
Contra & detractores.  
Iohau. 7.  
Apocal 10.  
Lucæ 7.  
Roma. 11.  
Proter. 25  
1 Cor. 13.  
Confiliu dei, homines baptizati aqua Gene. 3.  
Horatius 9 epist. lib. 2 epist. 1  
Roma. 5  
Gene. 1  
Gene. 3  
Decet nos implere omnem iustitiam.

ad plenam sufficere iustitiam, non inaniter estimabat. At ille non quidem contradixit Iohanni, dicenti: Ego a te debeo baptizari, sed nihilominus, ut esset plena humilitatis satisfactio, corporis quoque habitu in semetipso significare uoluit, quod longe sit homo inferior deo, subdendo aquis corpus suum, quod secundum materiam terrenum habet fundamentum quo aquae superiores sunt & initio fuerunt. Quicumque in hoc non imitantur eum, ut uolentes descendant, poenam percipient, ut nolentes descendant. Scriptum est enim: Introibunt in inferiora terrae. Spreuerunt consilium dei, sed non uocabit eis spernere iudicium dei. Iam erat hoc testimonium unum testimonium aquae, quod uere esset mitis & humilis corde: Accessit autem & alius testis eiusdem mansuetudinis, scilicet species columbae. Vidit enim spiritum dei descendente sicut columbam, & uenientem super se. Et ego, inquit Iohannes, uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. Splendida gloria, & gloriosus honor filij dei, filij hominis, quod dum se submittit aquis, aperiantur ei caeli, & spiritus sanctus uisibilis specie super eum descendit, uoce simul audita de caelo. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Veritatem in his omnibus non iam consummata gloria, imo gloriae initium fuit, cuius utique finis postmodum huic initio futurus erat similis, ita ut baptizatus illo baptismo, de quo dixit, ego baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor usque dum perficeretur; confestim ascenderet de sepulchro ascensu resurrectionis, & aperirentur ei caeli, ut intraret in gloriam suam, atque inde spiritum sanctum mitteret discipulis suis, dicente sibi patre, sede a detris meis. Vere igitur ait, sic enim decet nos implere omnem iustitiam, quia secundum similitudinem illorum quae illic gerebantur, futurum erat postmodum, ut moreretur propter delicta nostra, & resurgeret propter iustificationem nostram. Quamuis in alijs quibuslibet aquis hoc idem mysterium potuisset celebrari, uerbi gratia in Enon iuxta Salin, ubi Iohannes postea baptizasse legitur, quia aquae multae illic erant, tamen magis placet magisque delectat factum hoc esse in aquis Iordanicis. Quam ob causam: Videlicet quia signum siue figura horum olim in eodem praesulerat aquis. Nam fluuius ille, scilicet Iordanis, ex eo cepit esse memorabilis, quod mortuo Moyse & succedente Iosue, diuisis aquis transitum filijs Israel per alueum suum praebuit sacerdotibus, qui portabant arcam foederis domini stantibus super siccam humum in medio Iordanis. Portaueruntque, ait scriptura, filij Israel de medio Iordanis alueo duodecim lapides, ut dominus imperaret, iuxta numerum filiorum Israel usque ad locum in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, ubi steterant sacerdotes qui portabant arcam foederis, & sunt ibi usque in praesentem diem. Lapides istos bis duodecim, prophetas intelligimus & apostolos. Omnes prophetae, inquit dominus, & lex, usque ad Iohannem prophetauerunt. Bene ergo duodecim lapides in medio Iordanis alueo positi sunt, positi, inquam, non transpositi, neque Iordanem transierunt, quoniam prophetae non nisi usque ad baptismum Iohannis prophetauerunt, aut prophetae debuerunt, Christus esse uenturum. Porro a baptismo Iohannis incipientes, duodecim apostolos elegit, & non perdidit ex eis quenquam, & praecipit nobis, ait Petrus, postquam resurrexit a mortuis praedicare populo & testificari, quia ipse esset, qui constitutus est a deo iudex uiuorum & mortuorum, huic omnes prophetae testimonium perhibent. Bene ergo duodecim lapides alios portauerunt, de medio Iordanis, usque ad locum in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos. Iosue, quod interpretatur saluator, qui Moyse successit, & filios Israel in terram promissionis introduxit, quod Moyse non fecit, ipse est iste filius hominis, qui Moysi legi euangelium succedere iussit, & per illud credentibus in se regnum caelorum aperuit. Sacerdotes, qui stabant in medio Iordanis, ut omnia completerentur, & donec festinans populus transiret, nulli melius intelliguntur quam hic idem filius hominis primus sacerdos noui, & Iohannes ultimus sacerdos ueteris sacerdotij, siue legis & prophetarum finis. igitur, quamuis, ut iam dictum est, in alijs quibuslibet aquis baptizatus dominus baptismum Iohannis, sacramentum designare potuisset baptismi sui, iure magis placet, & ad honorem scripturarum magis pertinet, quod baptizatus, & baptismum illo manifestatus est, in aquis Iordanicis. Hic illud pulchre occurrit, quod Apostolus, cum dixisset, nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui uocatur a deo tanquam Aaron, subiungit atque ait: Sic & Christus non semetipsum clarificauit ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, filius meus es tu, & caetera. Denique illa praedicatione poenitentiae, & baptismum Iohannis uocatus & clarificatus est a deo filius hominis Iesus Christus, ut pontifex fieret tanquam Aaron, id est, iuxta quod praefiguratum est in Aaron. Aaron quippe non nisi prius aqua lotus, sacerdotio fungi iustus est, & uestimenta suscepit sacerdotalia, scilicet feminalia linea, subuculam lineam, baltheumque & tunica, Superhumeralia, & Rationale, Cydarim quoque, & in fronte laminam sacrae uenerationis, habentem inscriptum tetragrammaton, ineffabile nomen dei, quod octauum decus pontificis, maxime illam designat ecclesiam & honorem, de quo loquimur, filij hominis, de quo Apostolus ait: Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, & caetera. De alijs indumentis, quid gloriae, quid honoris singula mystice significent,

Psal. 62  
Iohan. 1  
Gloria filij hominis.  
Lucae 12  
Psal. 109  
Roma. 4  
Iohan. 5  
Cur in Iordane uoluit baptizari Christus.  
Iosue 4  
Math. 11  
Actos. 10  
Iosue typus Christi  
Hebraeos. 5  
Aaron dicitur Christi gestit.  
Exodi 29  
Leuit. 8  
Phillip. 2  
Sacerdotium

cent, perferbere, praesentis non est negotij, nisi hoc solum, quia quod primum, siue in initio consecrationis suae, sacerdos Aaron iustus est aqua lauari, in figura contigit illi, huius summi & ueri facer dotis, qui in initio suae functionis, siue sacerdotij sui, habebat baptizari baptismum Iohannis, & caetera quidem ueteris illius sacerdotij ministeria, figurae uel umbratae fuerunt, ministeriorum caelestium, ueri huius sacerdotij, sed ex magna parte similitudo deficit. Ille namque & caeteri sacerdotes, qui morte prohibebantur permanere, habebant cotidie necessitate, quae admodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hic autem eiusmodi necessitatem non habuit, sed semel hoc fecit, offerendo se non pro suis, sed pro populi delictis. Inchoatio sacrificij siue oblationis, qua semetipsum obtulit, ieiunium fuit quod continuo ieiunauit, & cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus postea esuruit. Ita namque incipiens agere poenitentiam non pro suis, ut iam dictum est, sed pro populi delictis, laborare non desit, operans opus salutis, in omnibus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Non ergo fidelis & uerax deus, impleuit quod locutus est. Timebat olim populus audire uocem domini dei, ultra, inquit, non audiam uocem domini dei mei, & ignem hunc maximum amplius non uidebo, ne moriar, & ait dominus Moysi: Bene omnia sunt locuti: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quae praecero illi. Hunc prophetam esse ritum filium hominis, certum est. Quomodo hunc populus ille petiuit, aut petere sciuit? Cum enim dixisset Moyses prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies, subiunxit atque ait: Ut petisti a domino deo tuo in Ore, quando contio congregata est. Non inuenimus aliter petisse populum, nisi ita ut scriptura refert. Cunctus autem populus uidebat uoces & lampades, & sonitum buccinae, montemque fumantem, & perterriti ac pauore concussi, steterunt procul dicentes Moysi: Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Si ergo uerba haec populi pro petitione deus accepit, huius prophetarum domini tanquam populus ita peteret, ut petierat ipse Moyses, obsecro domine mitte quem missurus es, quid nisi abundantiam intelligere debemus gratiae exaudientis, qui ubi & humiliter petitur, superabundanter dare consueuit? Hinc enim Apostolus dicit: Illi autem qui potens est omnia facere, superabundanter, quam petimus aut intelligimus, secundum uirtutem, quae operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum, amen. Fidelis, inquam, & uerax deus, hic impleuit, quod illic locutus est, & hoc testatur columba, imo spiritus dei, quem uidit descendentem sicut columbam, & uenientem super se uidit, & Iohannes, sicut alius euangelista testatur, ait, & ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. Quam dissimiles species hic atque illic: Hic species columbae, illic uoces & lampades siue maximus ignis, & mons fumans, & sonitus buccinae. Proinde non leuiter accendendum quod apud alium euangelistam baptista Iohannes cum dixisset, ego baptizo in aqua, subiunxit, medius autem uestrum sit et, quem uos ne scitis, & caetera. Pura illum respexisse ad iam dictam promissionem dicentis ad Moysen, prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui, & iccirco dixit, medius autem uestrum stetit, quem uos non scitis, ut ita subintelligas, ac si dixerit: Ille, cuius fortitudinem sustinere non potuit populus, significatam sibi per speciem ignis, & dixit ad Moysen, ultra non audiam uocem domini dei mei, & ignem hunc maximum amplius non uidebo, ne moriar: loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis dominus ne forte moriamur. Ille, inquam, abscondita fortitudine zeli ignei, similis factus Moysi, id est, homo uerus ut Moyses fuit, medius uestrum stetit, tolerabilis atque affabilis, mitis & humilis sicut columba, non sicut ignis, & nunc talis de medio uestrum suscitatur uobis, ut loquatur uobis dominus, & non magis moriamini, quam si Moyses loqueretur uobis, si hunc audire uultis. Nam si audire nolueritis, & illic dictum est, ego ultor existam, & hic dico uobis quia uentilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Nulquam sacra canonica refert scriptura quod super aliquem sanctorum, siue in aliquibus operibus suis spiritus sanctus, spiritus domini, tale praesentiae suae signum dederit. Quis alius nisi spiritus iste domini per Moysen operatus est in exitu filiorum Israel de terra Aegypti? Denique hoc non soli confessi sunt Magi, dicendo, digitus dei est hic, uerum etiam Esaias ita declamando dicit: Vbi est qui eduxit eos de mari, cum pastorem gregis sui? Vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui? Qui eduxit ad dexteram Moyses brachio maiestatis suae, qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum, qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem, quasi animal in campo descendens? Spiritus domini ductor eius fuit. Ergo per Moysen operatus est iste spiritus in exitu Israel de terra Aegypti, & ubi quinquagesimo die, praesentiae uel operationis suae signum dare uoluit, non species columbae, sed species ignis apparuit, ita ut diceret populus id quod iam supra dictum est, & ignem hunc maximum amplius non uidebo,

Christi praesentis  
Iohannes  
Hebraeos. 10  
Lucae 4  
Deut. 18  
Propheta  
Pro Moysi  
fuit  
Christus.  
Exodi 10  
Exodi 4  
Ephes. 5  
Iohan. 1  
Fortitudo  
dei  
specie  
ignis  
de  
ignis  
Exodi 8  
Ebraeos 3



ne moriar. Item ubi post resurrectionem huius filij hominis, quinquagesimo die super discipulos eius uenit, & presentia suae signum dare uoluit, non species columbae apparuit, sed adparuerunt illis dispersitae linguae, tanquam ignis. Item, qui tollere solebat Heliam, sine dubio erat iste spiritus domini, unde & Abdias, cumq; recessero a te, inquit, spiritus domini asportabit te in locum quem ego ignoro, & ubi gratiae, & ubi Heliae contulerat, signum dare uoluit, non species columbae, sed species ignis apparuit. Cum enim pergerent, & incendens sermo cinerentur, uidelicet Helias & Helizaeus, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt utrunq; & ascendit Helias per turbinem in caelum. Neq; hic, neq; illic ipsa spiritus sancti substantia uis fa est moralibus, aut uideri potuit, sed ubi & quomodo uoluit, cōpetens operationis uel pietatis suae signum dedit, ita ut nusquam super ipsum dominum in specie ignis, nunquam super aliquem sanctoꝝ in specie colūbae uisus sit. Quare? Videlicet quia diuina natura, quae uel cuius plenitudo in isto filio hominis Iesu Christo corporaliter inhabitat, satis per semetipsam feruida est, iuxta illud: Etenim deus noster ignis consumens est, & iccirco nobis expediebat, ut fortitudinem eius pietas temperaret, & haec congrue per speciem columbae significata est. Porro nostra, id est, humana natura per semetipsam tepida, imò & nimis frigida est, iuxta illud: Et quia superabundauit iniquitas, refrigeret charitas multorum, & iccirco expediebat, homines dei zelo bono caleferi, qui uidelicet zelus congrue significatus est per speciem ignis, ¶ Nullo libentius modo illud intellexerim, quod & Iohannes apud Lucam dicit. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. ¶ Et Esaias: Si abluerit, inquit, dominus fordem filiarum Sion, & sanguinem eius lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris, uel duo data spiritus sancti, duabus dictionibus istis putem significari, in spiritu sancto & igni, siue in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Iste nanque unus idemq; dominus & spiritus sanctus est & ignis, unus idemq; & spiritus iudicij & spiritus ardoris iudicij, in qua, id est, discretionis, quia fidelem ab infideli discernens, remissionem peccatorum per fidem tribuit, quod est datum primum: ardoris autem, quia purgatum à peccatis hominem, deinde boni zeli igne accendit, qd est datum secundum. Vtroq; dato perficitur atq; consummatur baptismus Christi, cum aqua quae de latere eius exiuit: & iccirco Iohannes, cum de semetipso dixisset: Ego baptizo uos in aqua, continuo, ut declararet quanto melior baptismus suo foret baptismus Christi, ipse, inquit, uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Hanc Iohannis, imò suam uel patris promissionem ipse dominus ante passionem suam confirmare solebat apostolis suis, sicut & post resurrectionem suam eum commemorasse Lucas hoc modo describit. Et conuerses praecipit eis, ab hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, quam audistis, inquit, per os meum, quia Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Iam quidem patrem illius promissionis, id est, primum accepserant spiritus sancti datum, quod est remissio peccatorum: quia stans in medio illorum, qua die resurrexit, insufflauit & dixit, accipite spiritum sanctum, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & tamen conuersens praecipit eis, ut expectarent promissionem patris, quia uidelicet restat secundum eiusdem spiritus sancti datum, de quo & postmodum dixit, sed accipietis uirtutem superuenientis spūs sancti in uos, & caetera. Sicut solus de spiritu sancto conceptus est, ita solus hic in spiritu sancto baptizatus: nam Iohannes adhuc quidem ex utero matris suae, spiritu sancto repletus est, sed non de spiritu sancto conceptus est, & iccirco in spiritu sancto baptizare non potuit, sed cum caeteris sanctis gratiam spiritus sancti de plenitudine huius accepit, sicut ipse quodam loco testatur, & de plenitudine eius non omnes accepimus. ¶ Quid tandem sibi uult, uel quam ob causam de caelo uenit uox dicentis, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit? Quid, inquam, nisi hoc idem, quod spiritus dei sicut columba descendens & ueniens super eum, & hoc idem quod uerbum factum, ut Lucas meminit, super Iohannem Zachariae filium: Ad hoc deniq; & uerbum domini super Iohannem factum est, ad hoc spiritus sanctus descendit, ad hoc uox patris de caelo audita est ut sufficiens legitimūq; perficeretur testimonium super isto, quod Christus esset, quod filius dei esset, non alius, sed iste pauper, iste Iesus à Nazareth, iste qui putabatur filius Ioseph. In testimonium ueritatis huius hoc totum factum est, ut secundum legem diuinam stabile fieret testimonium, quia scriptum est in leger. In ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum. Hinc Iohannes euangelista dicit: Et tres sunt qui testimonium dant in caelo: Pater, & uerbum, & spiritus sanctus. Persona patris ex uoce, quae de caelo uenit, audita est: persona spiritus sancti, caelis apertis, sicut columba descendit: persona uerbi praesens quidem aderat in carne, sed flebat, neq; illa hora qua loquebatur testimonium suū licet quodam loco dicat, ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: in Iohanne autem testimonium perhibebat, quia super Iohannem, sicut iam dictum est, propter hoc perhibendum testimonium, uerbum domini factum fuerat. Horum trium attendens testimonium ipse, aduersarijs suis dicebat: Si ego testimonium perhibeo de me uel subintelligendum est, sicut solent homines de semetipsis testimonium perhibere, & per inanem gloriam semetipso

3. Reg. 15

4. Reg. 2

Coloss. 2

Deut. 4

Hebrae. 12

Matth. 24

Leuit. 1

Esai. 4

Baptizare in spū scō & igne quid est.

Actoꝝ 1

Iohan. 20

Iohan. 1

Lucae 2

Testimoniū de Iesu à tota trinitate.

Deut. 19

1. Iohan. 5

Iohan. 8

Iohan. 5

femetipso commendare: testimonium meum non est uerum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia uerum est testimonium quod perhibet de me. Vos misistis ad Iohannem, & testimonium perhibuit ueritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, ego autem habeo testimonium maius Iohanne. Haec & caetera aduersus malitiosam illorum inuidiam dixit, qui accipere nolentes, & se scire dissimulantes testimonium dei, qui in testificando non potest falli, & cuius testimonium ex manifestis operibus poterat cognosci, miserunt ad Iohannem hominem, quem sperabant posse falli, at ille non fallus est sed testimonium perhibuit ueritati. ¶ Tunc utique miserunt ad eum, sperando eum posse falli & agere, uolendo ut posset falli, quando facta est quae filio ex discipulis Iohannis, cum eis scilicet iudaeis de purificatione, & uenerunt ad Iohannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Iccirco nanque sic inceperunt, ut inuidiae aut zeli flamma ueretur animam Iohannis, atque ita conformatus illis, id est, inuidens factus cum inuidis, diceret aliquid quod esset contrarium ueritati. At ille testimonium perhibuit ueritati: non potest, inquit, inquit, homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de caelo, & caetera, utque, qui crediderit in filium, habet uitam aeternam, qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum. Magnitudo testimonij, & ex specie columbae, & ex eo quod cum dixisset pater, tu es filius meus dilectus, addidit, in quo mihi bene complacuit, reuerter debet agnoscitur: Nam species columbae, id est, spiritus sanctus, descendens & manens super eum in specie columbae hoc testificatur, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, sicut columba totum quiddam est, cui pars corporis nulla deest. ¶ Et hoc dictum, in quo mihi bene complacuit, hoc testificatur, quia talis hic filius sola & unica dei patris gloria est, & uere in isto solo gloriatur cunctorum mirabilium honorūq; omnium mirabilis operator deus, quia tale nihil fecit, quale est iste filius, secundum diuinitatem increatus, secundum humanitatem creatus & factus. Cum nondum esset homo factus, erat, ut nunc est, imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae, & in ipso, ait Apostolus, condita sunt uniuersa in caelis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Vbi homo factus est, extunc ipse est, ait idem Apostolus, caput corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse, primatum tenens, quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter habitare, & per eum reconciliari omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quae in terris sunt, siue quae in caelis. Recte igitur pater gloriosus & hic dicit, in quo mihi bene complacuit, & eundem in psalmo gloriam suam appellat, dicens ad eum: Exurge gloria mea. De manifestatione eius, haecenus pro posse dictum est. Manifestatus autem, quo uel quali ordine procedere inceperit: Tunc Iesus, ait euangelista, ductus est in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo, & cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. ¶ Ecce quale, quam pulchrum medicantis diuinitatis consilium, ut duceret hunc secundum hominem in desertum ad ieiunandum, & ad tolerantiam tentationum, & non iam in paradysum ad manducandum, ubi posuerat hominem primum. Dubitatum est super hoc à quibusdam, propter hoc quod subditur: Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. Et rursum: Assumpsit eum in montem excelsum. ¶ Sed uere, & absque ulla quaestione conuenienter accipitur, ut à sancto spiritu in desertum ductus credatur, ut illic eum, suus spiritus duceret, ubi hunc ad tentandum malignus spiritus inueniret, & eisdem modis à secundum homine uinceretur, quibus primum hominem se uicisse gloriabatur. Contra primum quippe hominem patrem nostrum in tribus tentationibus erexit, quia hūc uidelicet, gula, uana gloria, auaritia tentauit, & tentando superauit: sed eisdem modis, ut iam dictum est, secundo homini tentato succubuit. Igitur ipse dominus deus, qui tulit hominem, quem formauerat, & posuit eum in paradiso uoluptatis, ut operaretur & custodiret illum, praecipit: quae ei dicens, ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas: permittit quae eum tentari, ut manifesta fierent & angelis & omnibus superuenturis seculis quae erant in corde eius, ipse hunc hominem secundum, quem de uentre uirgineo formauerat, tulit, siue, ut alius euangelista scripsit, expulit in desertum, expulit, inquam, tanquam reum, & illius primi hominis portantem reatum, quia ipse posuit in eo iniquitates tantum nostrum, ut inciperet uapulare ieiunando quicquid in illo uino comedente peccauerunt. Perpulchrum est collationem facere illius primi hominis & secundi, in eo quod ille posuit fuit in loco amoenitatis & satietatis, & excepto uno ligno appositae sunt ei omnes deliciae paradisi, & tamen in illa tali & tanta satietate, de gula in uno reatus tam facile succubuit: Hic autem expulsi sunt in locum horroris & uastae solitudinis, & quadraginta dierum ieiunium impostum est ei, quo peracto esuriit, & tamen in illa esurie de necessario pane tentatus, tentationi non succubuit, ut utiliter demonstraret insidiatori per miracula sua, qd esset filius dei,

Iesus tentatus à Iudeis per discipulos Iohannis.

Coloss. 2

Chrs gloria & deliciae patris.

Coloss. 1

Psal. 107

CAP. III.

Iesus ductus est à suo spiritu in desertum.

Gene. 2

Marci 1 Esai. 55

Collatio primi & secundi Adg.

dei, unde postmodum plenius dicendum erit. ¶ Per pulchra, inquam, ut iam dictum est, collatio ex comparatione huius secundi & illius primi hominis ueruntamen quoniam non solum illud originale peccatum, uerum etiam actuales deus posuit in eo iniquitates omnium nostrum, & ipse puer iste est, de quo propheta prædixerat, quia puer israel est, & ego dilexi eum, & ex Aegypto uocaui filium meum, cuius propheticæ præconij præfens euangelista superius meminuit, libet latius explanare sacramentum hoc tærationum, quas pro nobis puer iste sustinuit, & quia tres fuerunt tentationes, singularum causas siue rationes, per ordinem de sacris profere scripturis. ¶ Igitur uocatus ex Aegypto puer israel, filius dei, dominus iesus, postquam habitauit Nazareth, ubi nutritus est, & postquam aquas baptismi trāsīuit, ductus est in desertum à spiritu, & cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, tētatus ipse, & fidelis inuentus est in tribus tentationibus, ut patrum suorum, filiorum israel, totidem & eandem tentationes euacuaret atq; deleteret qui educti de terra Aegypti postquam aquas maris Rubri transtulerūt, quadraginta annis per desertum circumducti sunt, & tentati sunt, quia tentauerunt & infideles inuenti sunt. Eandem & totidem fuisse tentationes illorum: quas ex quoque puer iste iam dictus sustinuit, puer israel quem ego dilexi, ait in propheta dominus, ex ordine per scripturam demonstrandum est. Prima fuit tentatio de panibus, sicut scriptum est: Et murmurauit omnis cōgregatio filiorum israel contra Moysen & Aaron in solitudine: Dixeruntq; ad eos filij israel: Vtinam mortui essemus per manum domini in terra Aegypti, quādo sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panes in saturitate. Cur eduxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fame. Dixit autē dominus ad Moysen: Ecce ego pluam uobis panes de caelo, & cætera. Tentatio fuit hæc non fidelium, sed infidelium, non quia panem petierunt, sed quia male & absq; fide petierunt. Hinc est illud, saluo sacratiore intellectu, & tentauerunt deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis, & male locuti sunt de deo: Dixerūt: Nunquid poterit deus parare mīsam in deserto? Nunquid panem poterit dare aut parare mensam populo suo? Quia sic tentauerunt, iccirco tentati sunt in eo ipso, in quo tentauerūt. Cum enim dixisset dominus: Ecce ego pluam uobis panes de caelo, egredietur populus & colligat quæ sufficiant per singulos dies, subiunxit atque ait: Ut tentem eum, utrum ambulet in lege mea an non. Die autē sexta parent quod inferant, & sit duplum quā colligere solebant per singulos dies. Quod cum fecissent, duobus modis comprobatur est quod in lege dei non ambularent, quia cum dictum esset eis, nullus relinquat ex eo in mane, non audierunt, sed dimiserunt quidam ex eis usque mane & scaterere cepit uermibus atq; cōputruit. Item cum dictum esset eis, sabbatum domini est, iccirco nō inuenitur, nihilominus ingressi sunt ut colligerent, & non inuenerūt. Dixit autem dominus: Vsq; quo non uultis custodire mandata mea, & legem meam? ¶ Sic insipiens populus ille per hoc uitium, scilicet per gulæ intemperantiā deliquit, & si recte consideres, pestis ista, scilicet uitium gulæ, per maxima est uexatio generis humani, ex qua suboriuntur plurima sæua atque mortifera uitia carnis, & hæc iniquitas accidit ex radice peccati, quo primus homo, de quo supra dictum est, uetitū lignum momordit. Quomodo iste puer israel nostrum hoc uitium in semetipso puniuit & emendauit? Primum quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, & deinde cum esuriret, comedere noluit ad suggestionem tentatoris. Quadraginta, inquam, diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, & ulterius siue diutius ieiunando illum affligi, nimis fuisse tæueritatis. Dicit enim sacra lex, cui per omnia deus homo factus obedire dignatus est: Sin autem iudices eum, qui peccauit, dignum uiderint plagis, prosternent & coram se facient uerberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus, ita dumtaxat ut quadragenarium numerum non excedat, ne scæde laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Vnus idemq; puer iste sæpedictus, scilicet Christus, & iudex erat & quasi reus, & coram iudicæ diuinitate sibi inuita uera humanitas eius prostrata, ieiuniorum plagis uerberabatur, non quia peccauerat, sed quia peccata gulæ nostræ super se susceperat. Vterius non debebat extendi ieiunium, quia, sicut iam dictum est, sacra iubebat lex, ut plagarum modus quadragenarium non excederet numerum. ¶ Itaq; humilitatem flagellati iam debuit gloria sequi, non gloria inanis, sed gloria uera, gloria dei. Inanis gloria fuisse, si secundo suggestionem tætoris fecisset, dicētis. L. Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Forte enim putas, quia gloriam suam manifestauit, si ad eius dictum lapides facti fuissent panes, sicut in eo gloriam suam postmodum manifestauit, quod ad eius nutum aqua in uinum conuersa est: sed nō ita est. Vbi enim hoc fecit initium signorum, & sic manifestauit gloriam suam, nō gloria fuit inanis, sed gloria cum fructu, quem uidelicet fructum protinus euangelista præsentat adiciens, & crediderunt in eum discipuli eius. Nunquid crederet in eum tentator infidiosus, aduersarius atque iniquus, si lapides conuertisset in panes? Dicit aliquis: Nobis ad fidem uel ad cognoscendā dei gloriam profuisset, qui legeremus si ita factum fuisset. Imō magis hoc nobis ad gloriā dei prodest quod legimus, quia testimonium suæ diuinitatis dei filius diabolo communicare dedignatus,

Ofæ 11

Tres tentationes Christi, contra tres tærationes in deserto.

Exodi 16

Psal. 77

Exodi 16

Vitium gulæ sicut pestis.

Cur nō ultra quadraginta dies Christus ieiunauit.

Deut. 25

Gloria Christi uera, non inanis.

Iohan. 4

gnatus, hoc potius respōdit. L. Scriptum est: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. ¶ Et remoto diabolo à participatione, siue præfentia refectionis, ac cesserunt angeli & ministrabant ei. Scriptum est autē taliter hoc in libro Deuteronomij, Ad duxit te dominus deus tuus quadraginta annis per desertum, ut affligeret te atq; tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo uerlabantur, quia non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod egredietur ex ore dei. ¶ Secunda tentatio fuit afflictio sitis & penuria aquæ, de qua sic scriptum est: Igitur profecta omnis multitudo filiorum israel de deserto Syn per mansiones suas, iuxta sermonem domini, castrametata est in Raphidim. Vbi nō erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra Moysen ait: Da nobis aquam ut bibamus, & cætera, usq; & uocauit nomen loci illius tentatio propter iurgium filiorum israel, & quia tentauerunt dominum dicentes, est ne dominus in nobis, an non? Ita miro modo populus & tentabat & tentabatur, & iccirco quia tentabat, iusto iudicio tentabatur. Nam quod populum tentaret dominus, Moyses loco supra dicto testatur, ut affligeret te, inquit, atq; tentaret dominus deus tuus & nota fierent, quæ in tuo animo uerlabantur. Quod autem tibi quoque populus dominum tentauerit, hoc dicto satis innuit, & uocauit nomen loci illius tæratio, quia tentauerunt dominum dicentes, est ne dominus in nobis, an non? Super hac re, id est, super penuria aquæ, non tantum semel, uerum etiam & alia uice tentauit & tentatus est & in illam tentationem Moyses quoque & Aaron inciderunt, ita ut dicerēt: Audite rebelles & increduli Num de petra hac uobis aquam poterimus eijcere? Dixitq; dominus ad eos: Quia non credidistis mihi, ut sancti ficaretis me, coram filiis israel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hoc fuit curiositatis uitium, quia tentauerunt dominum dicentes, est ne dominus in nobis, an non, ¶ Quomodo hic sæpedictus puer israel super hoc uitio tentatus est. L. Assumpsit eū diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius dei es, mitte te deorsum: Scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi iesus: Scriptum est: Non tentabis dominum deum tuum. ¶ Hoc itidem sicut & primum responsum, scriptum est in libro Deuteronomij: Non tentabis, ait Moyses, dominum deum tuum, statimq; subiungit, sicut tentasti in loco tentationis: qui uidelicet locus non alius intelligendus est, nisi ille, iam dictus, de quo ait, & uocauit nomen loci illius tentatio, quia tentauerunt dominum dicentes, est ne dominus in nobis, an non? ¶ Sane quod hic dicit, scriptum est: Non tentabis dominum deum tuum, & postmodum, scriptum est, ait, dominum deum tuum adorabis, & illi soli serues, non sic accipendum est, tanq; ipse diabolus corrigere uoluerit, & sic eum docere, ac si diceret: O diabole, noli me tætare dominum deum tuum, quia scriptura tibi cōtradicit, & ab hoc te cōpescere intendit, tu mihi dicis: Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me, sed tu potius me dominum deum tuum adorare debes, quia scriptura dicit tibi: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli serues. Hoc uel suspicari nimis absurdū est: Nunquid enim deus aut dei filius, diaboli deus aut dominus uocari dignatur? Absit hoc! Magnæ namq; est gratiæ, dominum deum creatorem omnium uelle cuiuspiam uocari deum. Hinc Apostolus cum de fide patrum multa fuisset præclara locutus: fide, inquit, qui uocatur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem, & exijt nesciens quouiret, & c. interea sic intulit: Ideo non confunditur deus uocari eorum deus, parauit enim illis ciuitatem. Si nec diaboli cōfunditur uocari deus aut dominus, quæ gratia uel quæ beatitudo resonat in hoc dicto de patribus, ideo non confunditur deus, uocari eorum deus: Cum igitur dicit diabolo, scriptum est, dominum deum tuum adorabis, & illi soli serues, cum, in quā, dicit, scriptum est, subaudiendū est homini, quia reuera non diabolo, sed homini scriptū est, quicquid loquitur aut præcipit lex. Est ergo sensus: Nec ego homo, nec quisquam alius homo, tibi aurem præbere debet, ut dominum deum suum tenter, siue ut cadens o diabole te adoret, sed audire debet uocem scripturæ dicentis, non tentabis, & solum dominum deum tuum adorabis. ¶ Tertia tentatio fuit illius populi, qui quoniā tentauerunt, iure debebat tentari, ubi Aaron quoque tentationē incidit, ut contra hoc dictum tentaret: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli serues. Nam sicut puer aliquando uoluntati suæ dimittitur, ut remoto magistro siue pædagoquo pareat ex occasione licentiæ, quale sit studium eius: ita dimissus sibi est idem populus, ascendente Moysen in montem, ubi & fuit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & non fuerat præfinitum quando foret reuerturus: Tunc illud cōtigit quod scriptura refert: Videns autem populus, quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron ait: Surge, fac nobis deos qui nos præcedant. Moysi enim huic uiro qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit. Tūc reuera populus cecidit, & in forma uituli diabolus adorauit, & quis non audiuit, quis legendo admiraui non potuit, quā pertinax, quā pronus in illo tali casu suo semper fuerit. Sed uenit hic alter israel, qui legem solus implet, qui cuncta faceret præcepta iustitia: quæ præcepit lex, ¶ Vnde notandum, quia cuncta, quibus tentatorem relidit, testimonia tantum de Deuteronomio

Deut. 8

Tentatio secunda in siti. Exodi 17

Numer. 14

Deut. 6 Exodi 17

Deus nō debet dici deus aut dñs diaboli.

Hebræo. 11

Tertia tæratio in uitulo conflata. Deut. 6

Exodi 16

Cur Christus nomio

solūx Deu  
teronomio  
hic allega-  
uit.

Oleg 11  
Addo  
post.

Deut. 10

Gregorius  
in Dialog.  
lib. 2. ca. 17.

Responso.

1. Iohan. 3

Hebræo. 4

Esaiæ 9

nomio sumit, quod uidelicet Deuteronomium quod dicitur hoc est, id est, secunda lex, sicut & ipse alter siue secundus Israel dicitur & est, iuxta illud propheticum (cuius & hic euāgelista meminit, & nos in locis suis tractauimus) testimonium, quia puer Israel est, & ego dilexi eum, & ex Aegypto uocaui filium meum. Ergo iste alter siue secundus est Israel, post illum Israel em patrem duodecim tribuum, qui primitus in Aegypto posita est, & multitudinem Israeliticam quæ in de ascendit, hæc secunda lex huic maxime posita est. Nam illi præuariatori populo Israel posita est lex ceremoniarum carnalium, quarum circa ritum ceteri uersantur Moylibri. In isto libro Deuteronomij, id est, secunda legis, ferè nihil de ceremonijs agitur, sed cuncta sunt præcepta iustitiæ, præcepta charitatis & cuncta ferè ad personam numeri singularis familiariter dicuntur, ea quæ spiritus ualia continent mysteria uitæ & salutis, & sic Israel compellatur quasi unus homo, quia hic uere futurus erat unus homo, qui fideliter et perfecte cuncta perloqueret, quæcunq; deo debebat homo, & hic uere uerus Israel uere directus cū deo. Exempli gratia: Et nunc Israel quid dominus deus tuus petiit à te, nisi ut timeas dominum deum tuum, & ambules in uisus eius, & diligas eum, ac seruias domino deo tuo, in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiasq; mandata domini, & ceremonias eius quas ego hodie præcipio, ut bene sit tibi. Hæc & his similia, quæ tam familiariter & sic dicuntur quasi uni, iste unus bene audiuit, & bene impleuit easdemq; tentationes, in quibus ille prior Israel, id est, populus Israel, pro parte reproborum inuentus est infidelis, & etiam pro parte electorum repertus est uix parumper fidelis: eadem, inquam, iste sustinens, inuentus est fidelis, sic præfens testatur locus euāgelij, unde & completa est illi fides conuentionis, quam inuens, cum dixisset, ut custodias quæ ego hodie præcipio, protinus addidit, ut bene sit tibi. ¶ Porro illa ostensio diaboli qualis putas extitit? Qualiter omnia regna mundi & gloriam eorum homini diabolus simul ostendere potuit, & ut ait Lucas, in momento temporis? Neque enim natura rerum siue oculorum hoc admittit, ut de monte quolibet, quantum uis ex cælo, cuncta terræ regna regnorumq; omnium gloria simul & in momento possit ab homine perspicere. Nihil tale usquam sacra scriptura gestum meminit, quin quod beatus papa Gregorius de uno uita: uenerabilis uiro, nomine & gratia Bene dicto, refert, quia dum quiescentibus fratribus inflans uigilijs nocturnæ orationis tempora peruenisset, ad fenestram stans & omnipotentem dominum deprecans, subito uidit fusam lucem de super cunctas noctis tenebras effugasse, tantop; splendore clarescere, ut diem uinceret lux illa, quæ inter tenebras radiasset. Mira autem ualde res in hac speculatione secuta est, quia sicut post ipse narrat, omnis etiam mundus, uel ut sub uno solis radio collectus, ante oculos eius adductus est. Verum illa res admirationem habet alia, quia (sicut iam dictum est) anima uidenti creatorem angusta est omnis creatura, & quod ante illius sancti oculos collectus fuisse mundus dicitur, hoc egit cum homine omnipotens deus, & non cælum & terra contracta est, sed uidentis animus dilatatus est, qui in deo raptus, uidere sine difficultate potuit omne quod infra deum est. Cum hæc dicit, ad dens etiam hæc, in illa ergo luce, quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit que uidentis animus, quia ad superiora rapuit, eam quæ angusta essent omnia inferiora monstrauit, cum, inquam, hæc dicit, palam astruit, quia prospectus ille mentis magis quam oculorum fuit. Illud mirantes ueneramus, quod egit cum homine omnipotens deus: de isto uero quid dicemus, quod circa hominem deum dei filium tentator egit diabolus? Si qua nobis scriptura narraret similiter cum fecisse circa quemlibet hominum, ut in momento temporis mundum illi ostenderet uniuersum, non dubitarem dicere, ostensionem spiritualis nequitie uisumq; fuisse phantasticum. Nunquid & hunc hominem, quem explorabat utrum esset filius dei, per suas phantasias diabolus est ausus aggredi? Animus fidelis hoc uel cogitare perhorrescit. ¶ Sed ne abhorrescas, quia quanto maior tentatoris iniuria, tanto gloriosior uictoris patientia. Confer phantasias eiusmodi cum phantasias quas patimur, quoties tentamur de omni quod in mundo est, ex concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Quotus quisque nostrum est, qui non in tentatione qualicunq; concupiscentie lenocinio mulceatur, forte etiam inuitus? Nec mirum, nam nos phantasias istas patimur, eiusmodi autem phantasia, quæ de foris ueniunt uel foris sunt, aliquando non solum non desistant, uerum etiam sensibus corporis molestæ sunt: & si à tentatore huic filio hominis adductæ sunt, indubitanter absque peccato eius, & accesserunt & recesserunt, ut dicas cum Apostolo, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Cum autem audisset Iesus, quod Iohannes traditus esset, recessit in Galilæam, & relicta ciuitate Nazareth, uenit & habitauit in Capharnaum maritimam in sinibus Zabulon & Neptalim, ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam: Terra Zabulon & terra Neptalim, uia maris trans Iordanem Galilææ gentium: Populus qui sedebat in tenebris, uidit lucem magnam, & sedebat in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Exin de cepit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquet enim regnum cælorum. ¶ Quando Iohannes prædicauit, nequaquam Iesus publicæ

publicæ prædicationis officium subiit, sed postquam in traditione eius clausum est os prophetarum & legis, omnes enim prophetae & lex usq; ad Iohannem prophetauerunt, tunc demum id quod prophetarum fuerat successit, id est, euāgelium Christi effulsit. Fecerat quidem aliqua, iamq; habebat discipulos, & docebat eos, sicut euāgelista Iohannes latius meminit, feceratq; signa multa coram discipulis suis, quorum fuit initium, quod aquas in uinum uertit, & de quibus idem euāgelista dicit, quia cum esset Hierosolymis in pascha, in die festo, multi crediderunt in nomine eius, ex quibus Nicodemus, nemo enim, inquit, potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo: & nondum missus fuerat in carcerem Iohannes, sed (sicut iam dictum est) nequaquam publicum prædicandi officium subierat, neq; ipsos discipulos, qui ad eum uenire & audire coeperant, ad hoc uocauerat, ut relictis omnibus ipsum sequerentur. Ab eo præfens euāgelista narrationem suam inchoat, quod in Galilæam Iesus recessit, præmittens, cum autem adisset, quod Iohannes traditus esset. Præter sensum supra dictum, hoc etiam in hac temporis designatione considerandum est, quod exemplo suo docuit, sicut per apostolum suum dicturus erat, nemini dandam ullam esse offensionem, quia uidelicet offendentium qui offendi uolebant, scilicet maxime pharisæi, qui spernebant consilium dei, non baptizati baptismō Iohannis, & hoc optabant existimari, quod inter Iesum & Iohannem, & inter discipulos eorum per contentionem & per inanem gloriam fieret aliquid. Hinc est illud apud euāgelistam Iohannem: facta est ergo quæstio ex discipulis Iohannis cum iudæis de purificatione, & uenerunt ad Iohannem, & dixerunt ei: Rabi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Item post aliqua: Uter ergo cognouit Iesum, quia audierunt pharisæi, quia Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Iohannes? Iesus non baptizaret, sed discipuli eius. Utrunq; ergo rationabiliter obseruatum est in eo, quod non nisi postquam Iohannes traditus esset prædicare cepit Iesus, scilicet ut & ordinate legi & prophetis, quorum Iohannes finis erat, euāgelium succederet, & in quantum fieri poterat, quod ex ipso erat, nemini ullam offensionem daret. ¶ Quæ autem causa fuerit, ut recedens in Galilæam tam cito relicta ciuitate Nazareth, ueniret & habitaret in Capharnaum, Lucas manifestius enarrat. Dicebant enim illi Nonne hic est filius Ioseph & repleti sunt, ait, omnes in synagoga ista, & surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt eum usq; ad supercilium montis, supra quem ciuitas illoz erat ædificata, ut precipitarent illum. Ipse autem transiens per mediū illoz ibat, & descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat. Hoc ita factum est, ut adimpleretur, ait, qd dictum est per Esaiam prophetam, Terra Zabulon & terra Neptalim, & cætera. Hoc taliter per prophetam dictum est: Primo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Neptalim, & nouissimo aggrauata est uia maris trans Iordanem. ¶ Quid est quod sumptum testimonium non ad integrum scripsit. Duas namq; omisit partes præcipuas, primo tempore alleuiata est, & nouissimo aggrauata est. Quid, inquam, est, quod istas partes omisit? Videlicet, quia nō erat hoc in intentione, seu uoluntate prædicantis & euāgelizantis, ut primo tempore alleuiata terra illa, nouissimo aggrauaretur, id est, ut præsentis domini prædicatione, & miraculis illustrata iudæa, tandē assumpti in cælum euāgelij repelleret, & uitæ æternæ indigni se iudicaret. Futurū quidem erant, & iccirco Esaias, reuelante spiritu prophetico, prædixerat, quia sic futurum erat: ueruntamen nō ea dominus intentione illud prædicare cepit, ut nouissimo tempore, id est, cōsummatis omnibus salutis nostræ sacramentis, iudæa cor suum aggrauaret ac repelleret uerbum fidei. Testes sunt illæ lachrymæ, testis illa lamentatio uidentis ciuitatem, & flentis super eam, quia uolūtatis eius non fuit, quod illa taliter cor suum aggrauaret, quod tēpus uisitationis suæ cognoscere noluit. Hoc solum erat in intentione prædicantis, illumina re, ut Zacharias quoq; cecinit, his qui sedebant in tenebris & in umbra mortis, ad dirigēdos pedes nostros in uiam pacis. Recte igitur prouidus euāgelista solum hoc in intentione eius fuisse significauit, dicendo, ut impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, & cætera. ¶ Terram Zabulon & Neptalim, uiam maris trans Iordanem propheticus spiritus opportunè in tanta re declamauit, quia uidelicet nō nihil pertinuit ad felicitatem nuntij tam boni, nominare locū, unde primo auditum fuerit, quod omnes sancti tanta expectabant attentione, quantam insinuare contendit in eodem propheta mirabilis eloquentia sanctæ sapientiæ, dicendo: Et eleuate signum ad populos, ecce dominus auditum fecit ab extremis terræ. Pura, uel ipsum Iohannem, qui tunc traditus erat mox, ut postmodū decollatus est, ad inferos proferando signum eleuasse ad omnes sanctos, qui hunc expectabant ab origine mundi in tenebris & in umbra mortis, & dixisset: Ecce dominus auditum fecit à terra Zabulon, & à terra Neptalim, & à uia maris trans Iordanem Galilææ, id est, secus mare Galilææ. ¶ Sicut alio tam loco dictum est, non solum illud tantillum, quod euāgelista de prophetis præscribit testimonij, respicere debet lector studiosus, siue auditor attentus, uerum etiam illa, quæ assumptis adherent capitulis, quæ præcedunt siue quæ sequuntur: uel ut si domui, quæ forte per in di-

Christi ante  
carcerē lo-  
hannis nō  
predicauit  
publice.  
Matth. 11  
Iohan. 2. 2

1. Cor 6

Lucæ 7

Iohan. 3

Iohan. 4

Lucæ 4  
Cur Iesus  
potius in Ca-  
pharnaum  
q̄ in Nazareth  
habita-  
uit.  
Esaiæ 9

Quæstio.

Responso.

Acto 11

Lucæ 19

Lucæ 1

Terra Za-  
bulon &  
terra Ne-  
ptalim.  
Esaiæ 62

Testimo-  
nia euāge-  
lij amplius  
cæda sunt.

striam absque fenestris subobscura facta est, lucerna intromissa uidere debeat qualis sit in-  
tus, qualis sit situs in medio uel in circuitu eius, & quidem sicut euangelista, quoniam breui-  
tate opus erat, amplitudinem testimoniorum uel scribere non uacauit, ita & nobis, quia forte  
fastidiosum fieret opus, non uacat cuncta prosequi, quae ipse breui significatione illustrauit  
ueruntamen in aliqua parte eorum, libet hic aliquantisper immorari. Praemisso, populus qui  
ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam, subinde idem propheta inter caetera dicit: Iugum  
enim oneris eius & uirgam humeri eius & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Ma-  
dian. Paruulus enim natus est nobis, filius datus est nobis. Onus suae significatione illustrauit, scilicet  
populi qui ambulabat uel sedebat in tenebris, peccatum erat, uirga humeri eius, peccati  
erat, exactor eius diabolus erat: sceptrum exactoris illius, ius uel principatus mortis erat.  
Quomodo haec domine superasti? Nimirum nouo genere praelij, sicut in die Madian, id est,  
secundum mysticam similitudinem praelij, quo, sicut habemus in libro iudicum, dux Gedeon  
cum trecentis uiris superauit Madian: Non enim sic in illo die pugnatum est, sicut ante uel  
post pugnauerunt caeteri duces, iudices & reges Israel: sed diuisis trecentis uiris in partes tres,  
dedit tubas in manibus eorum, lagenasque uacuas ac lampades in medio lagenaru. Cum  
per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinis-  
tris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamaueruntque, gladius domini & Gedeon.  
Omnia itaque castra turbata sunt, immisit dominus gladium in omnibus castris, & mutua  
se caede truncabant. Praedixit autem eis Gedeon. Quod me facere uideritis, hoc facite. Se-  
cundum similitudinem illius praelij pugnare debere a tempore euangelicae praedicationis, &  
regnum exactoris diaboli superandum esse propheta praedixit. Quam ob causam: Paruulus  
enim, inquit, natus est nobis: Filius datus est nobis. Antequam paruulus iste nasceretur no-  
bis, ante quam filius iste daretur nobis, non solum licitum, uerum etiam laudabile erat, regibus,  
sacerdotibus, prophetis, patriarchis, ferro dimicare & sanguine praelari, sicut fecit Dauid, se-  
cut fecerit in signis Machabaei contra gentes quae contendebant exterminium facere Israe-  
liticae gentis, agente spiritu diaboli, ut exinaniret uerbum promissionis, ut non esset unde paru-  
ulus iste nasceretur nobis, sicut patribus primo: quae fidei Abraham fidei deus re promissit.  
At nunc, quoniam paruulus iam natus est nobis, quoniam filius datus est nobis, paruulus si-  
ue filius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, quod opus est  
materialibus armis: Quid periculi est in hoc, si extirpetur arbor, quoniam fructus omnis assum-  
ptus est, & tuto repositus loco: Mutetur modus praelij & pugnetur sicut pugnatu est in die-  
bus Madian. Sicut lampades in lagenis fragilibus, in uasis fictilibus, id est, dona gratiarum  
caelestium in corporum mortalium membris corruptilibus, sint & tubae uerbi dei, quarum  
sonitu hostes uisibiles & inuisibiles terreantur. Lagenae in sinistris, tubae habeantur in mani-  
bus dextris, id est, in minore corpora, in maiore uerbum dei praedicandum habeatur, cura uel  
diligentia. Quid si corporum fragiles hydriae corrumbantur? Nimirum tunc amplius flam-  
mabit miraculorum clarissima luce, & martyres pretiosa morte coronati, exinde fortius pre-  
liabuntur. Fecit hoc primus ille Gedeon secundum litteram, & quod me facere uideritis, ait,  
hoc facite: fecit hoc primus iste filius hominis secundum spiritum & hoc est, ait, praecipuum  
meum, ut diligatis inimicem, sicut dilexi uos, maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam  
suam ponat quis pro amicis suis. Quoniam ergo sic pugandum erat, quoniam materialis  
gladius iam necessarius non erat, uideamus quales sibi milites, siue militiae duces elegit.  
L. Ambulans iuxta mare Galilaeae, uidit duos fratres, Simonem qui uocatur Petrus & An-  
dream fratrem eius, mittentes rete in mare, erant enim piscatores, & ait illis: Venite  
post me, & faciam uos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus, secuti  
sunt eum: & procedens inde, uidit alios duos fratres, Iacobum Zebedaei, & Iohannem  
fratrem eius in nauis, cum Zebedaeo patre eorum, resicientes retia sua, & uocauit eos. Il-  
li autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. Sicut sol uisu suo specularia non so-  
lum uidet, uerum etiam suam in illis imaginem format, & imago eius ex ipsis relucet: ita quo-  
dammodo uerus iste sol uidit Petrum & Andream, Iacobum & Iohannem, simplices & tene-  
brarum partem nullam habentes, & siccirco lux ab eis comprehensa est, imago uerae huius  
cis in eorum cordibus per fidem formata est, ista uirtus tenebrarum non fuit ad compren-  
dendum, sed obtusa corda gerentes, repulerunt. Exempli gratia, ita ut dicerent: Vnde huic  
haec omnia? & quae est sapientia quae data est illi, & uirtutes quae per manus eius efficiuntur?  
Nonne iste est faber, filius Mariae, frater Iacobi & Ioseph & Iudae & Simonis, & non po-  
terat, ait euangelista Marcus, ibi uirtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis ma-  
nibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem illorum. Et quales istos inuenit, aut uidi-  
dit, quorum cordis puritatem, & lucidam fidem penetravit: Mittentes rete in mare, uidit  
eos, siue retia sua resicientes, erant enim piscatores. Quare autem pauperes potius quam  
diuites deus elegit: Imo quos elegit ante constitutionem mundi, quos praeficiuit & prede-  
stinauit

Gal. 9  
Addo \* poe  
na seu rea-  
tus, aut si-  
militudine  
quid.  
Iudic. 7  
Ante nati  
Christi fer-  
ro pugna-  
re licuit,  
nunc non ita.  
Gene. 22  
Quid lagen-  
ae & tubae  
mystice.  
Lege \* fla-  
mabunt.  
Iudic. 7  
Iohan. 15  
Simplici-  
tas primo-  
rii aposto-  
lorum.  
Matth. 13  
Marci 6  
Quaestio.  
Roma. 8

stinauit conformes fieri imaginis filii sui, quos uocare, iustificare & magnificare proposue-  
rat, quare pauperes in hoc mundo nasci uel fieri uoluit? Nimirum propter eruditionem ipso-  
rum, quia uidelicet conscientia paupertatis grande est instrumentum, & ualens documentum,  
ut creatura teneat uel cognoscat id, quod coram creatore perpulchrum & ualde idustum est,  
scilicet ordinem suum. Quem uel quale ordinem suum? Profecto illum, quem Apostolus ma-  
gno clamore, grandi exclamatione, nobis intimare nititur dicens: O altitudo diuitiarum sapi-  
entiae & scientiae dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius.  
Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei,  
& retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula se-  
culorum: Amen. Iste est ordo legitimus, ordo necessarius, ut creatori creatura subiiciatur,  
sciendi & confitendi, quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, quae cunctae bona beatus  
homo uel sanctus habet angelus, & ad huius sanctae rei cognitionem siue communionem mul-  
tum ualeat, ut iam dictum est, memoria retentus praefatae paupertatis caminus, de quali & filii  
Israel uocati sunt, & in quali Petrus & caeteri apostoli homines sine literis & idiota: & praeter  
ea censu pauperes inueniti sunt. Quid multa? Nimirum quanto plura sancti dona dei per-  
cepturi erant, tanto maioris conscientia paupertatis indigerunt, ut eadem dona portarent sta-  
biles & firmi, fundati in spiritu humilitatis. Nam domini sunt cardines terrae, pro quo in He-  
braeo scripta est, ut ait beatus Hieronymus, afflicti terrae, & posuit super eos orbem. Afflictio  
haec humilitas est, quae ad portandum orbem constantes eos facit & fortes. Denique quod fa-  
cit in corporibus, siue rebus corporalibus, ut aliud tardius, aliud citius moueatur, flante uento  
seu mouente manu: hoc facit in mentibus humilitatis uirtus, ut succedentibus prosperis spiri-  
tualibus, non extollatur animus, pristinae paupertatis seu cuiuslibet infelicitatis sibi conscientia.  
Orbis, quem super huiusmodi afflictos dominus posuit, ecclesia ipseus est, quam illis regenda  
commisit. Hinc est illud quod huic Simoni Petro dixit: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, &  
super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, super petram fidei, quam confessus est Petrus,  
ecclesiam suam aedificauit, eamque regendam illi caeterisque apostolis, eorumque similibus com-  
misit. Quid tandem de mutatione nominis dicemus, quam, ut supra iam dictum est, & alius  
euangelista scripsit manifestius, & iste non omnino tacuit, dicendo, Simonem qui uocatur Pe-  
trus. Quae causa uel ratio fuit mutationis huius? Nunquid enim otiose, id est, sine causa, sine ra-  
tione mutaret uocabulum hominis sapientia dei Iesus Christus? Dum de uno quaerimus, al-  
terius quoque recordemur. Qui enim dixit huic, tu es Simon filius Iohanna, tu uocaberis Ce-  
phas, quod interpretatur Petrus, ipse idem quondam dixerat cuidam alteri: Quod nomen est  
tibi? Illo respondente Iacob, ait ille: Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed  
Israel. Praeter duos istos, quorum alter in ueteri, alter in nouo testamento notissimus est, alios  
in sanctis non inuenimus scripturis, quorum deus uocabula commutauerit: licet quibusdam  
posuerit, ut Isaac: alii adauxerit uel minuerit, ut Abram, & Sarai, hunc Abraham & illam  
uocando Saram. Quae igitur causa uel ratio fuit, in istis mutandorum nominum? Arbitrari  
licet, quod in ambobus mutationis nominum causa fuerit, instans mutatio rerum. In illo prio-  
re, cui dictum est, nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel, mutandarum sen-  
tentiarum fuit haec. Quoniam si contra deum fortis fuisti, quanto magis contra homines  
praualeris? Nam contra homines praualere, quid aliud est, quam homines interficere? Ex-  
tunc genus Iacob siue Israel non solummodo permittitur uerum etiam praecipuum habuit pec-  
catores occidere, & in primis Chananaeos, quos iuste terra debuit euomere. Exempli gratia:  
Vade, inquit dominus ad Saul, & percutite Amalech, & demolite uniuersa eius: Non parcas ei,  
sed interfice a uiro usque ad mulierem, & paruulum atque lactantem: Hoc non tantummo-  
do permittitur, uerum etiam usque adeo fuit praecipuum, ut cum ille peperisset, diceret domi-  
nus ad Samuel: Poenite me, quod constituerim Saul regem, quia dereliquit me, & uerba mea  
opere non impleuit. Ab initio autem non ita fuit, sed omnis qui occiderit Cain, ait idem do-  
minus, septuplum punietur. Quomodo respondit dominus dicentibus sibi, quid ergo Moy-  
ses mandauit, dare libellum repudij, & dimittere uxorem: fere similiter respondendum est, si  
quaeras, quid dominus homines mandauit interfici, dicendo, quanto magis contra homines  
praualeris? Respondens ait: Quoniam Moyses ad duritiam cordis uestrae permittit uobis di-  
mittere uxores uestras. Ab initio autem non sic fuit. Dico autem uobis, quia quicumque dimi-  
serit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. In isto posteriore mu-  
tandarum sententiarum rerum haec est: Conuerte gladium tuum in locum suum. Exemerat enim  
gladium suum & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Si er-  
go quaeras, ut iam dictum est, quid dominus mandauit peccatores interfici: quid dixit, qua-  
to magis contra homines praualeris: fere similiter respondendum est, ut de libello repudij,  
quoniam dominus ad duritiam cordis hoc mandauit fieri, ab initio autem non sic fuit. Quae  
ad duritiam cordis: Nimirum hominum talium, quales fuerunt Amalechitae, siue Chananaei,  
d 3 & caete-

Responso  
Roma. 11  
In omnib  
nos humili-  
ari oportet.  
1. Reg. 1  
Cardines  
terrae apo-  
stoli.  
Matth. 18  
Cur Petro  
mutatum  
nomen.  
Iohan. 1  
Gene. 31  
Cur Iacob  
dictus est  
Israel.  
Leuit. 20  
1. Reg. 15  
Gene. 4  
Matth. 19  
Virus gladij  
cur aposto-  
lis prohibi-  
tus.  
Matth. 25



& cæteri, quos diabolus cor obdurauit, ut non solum seruirent creaturæ potius quam creatori, uerum etiam unicum cultorem creatoris populum Israel conarentur omnibus modis aut facere conformem sibi, aut omnino extirpare radicem eiusdem, ut non esset unde cõpleretur benedictio, quâ deus Abrahamæ reprobis, quamq̃ exigebat ille iacob, dicendo, non dimittam te, nisi benedixeris mihi: & audiuit, quoniam contra homines præualebis. Propter eiusmodi duritiam cordis mandauit dominus peccatores interfici. Ab initio autem non sic fuit, sed quicumque occiderit Cain, septuplum punietur, ait dominus. Et nunc idem loquitur ad istum, cuius mutauerat uocabulum, significans, ut iam dictum est, mutationem reru. Conuertere gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt, subauditur, nisi poenitentiam egerint, & apud alium euangelistam, dicentibus apostolis, domine, ecce gladij duo hic, dixit eis: Satis est. Item: Sinite usque huc. Quod prudens auditor sic intelligere debet, ac si diceret: Gladij materialibus iam satis factum est, & in illis huc usq̃ necessario pugnatum est, ob defensionem carnis, de qua me iesum Christum oportebat nasci iam finite gladios eiusmodi, & pugnate uouo genere prælii, sicut pugnatu est in die Madiã, id est, sicut significatum est illic, ubi Gedeon superauit Madian. De illo prælio iam superius dictum est. Et circuibat iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & predicans euangelium regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo, & abiit opinio eius in totam Syriã, & obtulerunt ei omnes male habentes, uarijs languoribus, & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant & lunaticos & paralyticos, & curauit eos, & secute sunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli & Hierosolymis & iudæa & trans iordanẽ. Opera huiusmodi, opera pietatis, quorum hæc initia fuerunt, portendebat signum illud, siue significatio presentie spiritus sancti, quæ super eum apparuit, scilicet species columbæ, quæ nimirum auis naturaliter mitis est, & septem habet insignia pietatis, quæ numerare solent Physici, quia sine felle est, & gemitum pro cantu habet, & in foraminibus petrae siue cauerna macerie nidificare solet, & nihil uiuum comedit, & grana candidiora eligit, & pullos alienos nutrit, & iuxta fluenta plenissima residens, insidiosum præuidet atque effugit accipitrem. Omnium pietatis operum, quæ per hæc septem columbæ naturalia bona significatur, initia fuerunt hæc, quæ hoc loco narrantur, septem comprehendit dictionibus: quæ sunt, sanare omnem languorem, & omnem infirmitatem, & omnes male habentes, uarijs languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos. ¶ Item, quod secute sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis, & iudæa, & trans iordanem, initium fuit populorum siue gentium multarum, quæ habebant ad illum concurrere, iuxta illud Esaiæ: Et gentes, quæ te nō nouerunt, ad te current, propter dominum deum tuum, & sanctum Israel, quia glorificauit te: Et in hoc initio finem uel consummationem propositi sui meditabatur incarnata sapientia dei, unde adhuc plenius dicendum erit.

Luc. 11.

Matth. 23.

Luc. 22.

Indicum 7.

Opera pietatis p. columbæ præfigurata.

Esaiæ 55.

tem turbas, ascendit in montem: & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: & aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. ¶ Futurum quippe erat, nec ipsum latebat, & hoc sine dubio meditabatur, in dō & sic quodā loco dixit: artabat usque dum perficeret, & ut ascēderet in cœlum, & ibi federet ad dexteram patris, & ascendit in cœlis, iuxta illud, Ascendens in cœlū, captiuam duxit captiuitatem. siue illud, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Pulchre autem, qui ascensurus erat in altitudinem cœli, ipse in montem, id est, excelsum terræ: locum, ascēdit, quem uel Thabor uel quem libet alium in Galilæa in dō tem excelsum oportet intelligi, quia postquam finit sermones suos, statim sequitur, cum autem introisset Capharnaum. In montem eiusmodi, uidens turbas, ascendit, quia futurum erat, ut uisus turbis, ascēderet (sicut iam dictum est) in altitudinẽ cœli. ¶ Quid enim fecit hic tota uita sua, nisi quod uidit turbas? Vidit plane, uidit turbas generis humani, & non quomodo eum; uidit, sed ita ut miseriarum nostrarum caperet experimentum, iuxta illud, Quoniam ipse cognouit figuram nostram, id est, ipse suscepit & in semetipso expertus est, quia fragile est mortale corpus nostrum. Ita uidit, ut miseretur uita miser? est, ut miserias nostras consolaretur, id est, beatitudinem salutis æternæ per passionem & mortem suam nobis operaretur. Hoc factū, iamq̃ sedente eo ad dexteram patris, accessuri erant ad eum discipuli eius, uide licet accessu mentis & profectu fidei, perseverando in spe promissi, qd̃ promiserat eis, & expectando promissionem patris, quam audistis (inquit) per os meum &c. Pulchre igitur sic factum, & sic dictum est, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Item futurum erat, ut illic sedens ad dexteram patris, magis ac magis aperiret illis sensum, ut intelligerent scripturas, uide licet docendo illos omnem ueritatem per spiritum sanctum, quæ dedit illis sicut promiserat. Eius rei congrua significatio est in eo, quod hic ait euangelista, Et aperiens os suum docebat eos &c. Nunc iam litera uel sermonis huius seriem ingrediamur. ¶ Aperiens (inquit) os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Huiusmodi locutio siue dictio, aperiens os suum, in secularibus literis pro uisio ducitur, & pleonasmus, id est, adiectio unius uerbi superuacua dicitur, ut illic, Sic ore locuta est. Neq̃ enim quisquam loquitur nisi ore, nec aliter loqui potest, nisi aperiatis os suum. Porro in sacris literis, & maxime hic, nequaquam adiectio superuacua est, sed multum ad negotium pertinet, si illud os domini cogites, quod euangelistam diuinū atq̃ dicitur. Quod est illud os domini, nisi scripturæ per quas nobis loquitur spiritus domini? ¶ Ista clausula fuerant, clausula (inquam) & signata: pro ratione temporis erant, & ut clauderent eas ipsi qui scriperunt, præceptum domini habebant. Exempli gratia: Tu autem Daniel claudere sermones, signa librum, usq̃ ad tempus statutum. & ad Esaiam: Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Quomodo uel quibus scripturæ Christum prænantiantes clausulae erant? Vtique spiritualia sic annuntiant, ut carnalia sonare uiderentur, illis præcipue, quorum carni subditus & terrenis cupiditatibus de ditus erat animus. Exempli gratia: Et dominabitur à mari usq̃ ad mare, & dabitur de auro Arabiæ. Hæc & his similia iudæi legentes, aurem q̃ & gemmam Hierusalem terrenam, regnante Messia, se habituros sperantes, beatos putabant esse diuites, ceterisq̃ rebus uel modis prosperatos, quibus mundus inaniter gaudet. Clausum ergo erat os domini, id est, scriptura, quæ est os domini, nec nisi flocente ipso, poterat eiusmodi os aperiri. In aperiendo quid primum dixit? Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esturiunt & situri iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. ¶ Hoc primum cecinit canticum beatitudinis clithara gloriosa, cithara sonora & dulcis, cuius nota erat & est in ista musica patris, uerua sapientia dei, qui & dicebat ad eum iam dudum in propheta: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Octo choros antiquitus citharæ fiebant, & quæ per primam, eadem uox resonabat per octauam, secundum musicæ naturalem uim: quia tantum septem sunt discrimina uocum, & octaua uox eadem quæ prima est, quod cantoribus peritis, id est, musicis, nō incognitum est, & quod non minime delectat in ista beatitudinum cantilena, quæ prima, eadẽ octaua sententia est, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Celeberrima est apud doctores ferre omnes decantatio hæc octo beatitudinum, nec opus est superaddere quicq̃ ad ipsorum tractatum, nisi hoc solū, ut ostendam, quæ sicut cætera dñs noxer, ira & hoc secundū certā locutionem est autoritate scripturæ. ¶ Nā q̃ pauperes spū uere beati sint, uel q̃ ipso: sit regnū cœlorū, Abraham, Isaac & Iacob pro exemplo uel testimonio sunt, qui pauperes spiritu fuerit, sicut enarrat sacra historia: textus, & memorat Apostolus. Cōfiteutes (inquit) quia peregrini & hospites sunt sup̃ terrā. Qui enī hæc dicunt, significant se patriã inquirere, & siquidem illius meminissent de qua exierant, habebant utique tempus reuertendi, nunc autem meliorem appe-

Luc. 11. Eph. 4. Psal. 109.

Quis Christus uidit turbas. Psal. 109.

Actu. 1.

Luc. 24. Iohan. 10.

Os dñi sacra scriptura est.

Os dñi turba erat clausum. Dan. 12.

Psal. 71.

Psal. 109.

Beati pauperes spū. Hebr. 11.

LIBRI TERTII FINIS.

RVPERTI ABBATIS

TIS TVITIENSIS OPERIS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER III.

Canticor. 5. Studia Christi in scripturis, ut eas adimpleret.



CCLLESIA IN CANTICIS DILECTI SVI PVLCHRITUDINEM prædicans dicit inter cæteras: Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residens iuxta fluenta plenissima. Quid est hoc dicere, nisi quod studia eius quam diu in terra uisus est & cum hominibus conuersatus est, sacrae semper intendebant scripturæ, sicut in psalmo primo prædictum fuerat, sed in lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Eiusmodi studia eius spiritum sanctum decuit ita significare, ut descenderet super eum in specie columbæ, quia in eo requieuerunt omnes spirituales gratiæ, & anima eius apertis cunctarum gratiarum oculis, residerebat iuxta fluenta plenissima, id est, cunctas cõtemplabatur, ut adimpleret ueritatis scripturas, quicquid de ipso in lege Moysi, & prophetis, & psalmis scriptum fuerat: & quod cum magna reuerentia cogitandum nobis est, secundum dispositionem rerum quas meditabatur, habitum uel adiones suas disponebat exterius. Hinc est id quod post ea, quæ supra dicta sunt cõtinuo sequitur. ¶ Videns autem

CA P. V.

ten

zunt, id est, celestem. Nonne hæc est paupertas spiritus, non appetere patriam in terris, & hu-  
 militer expectare repositam in caelis in manu dei. Ideo (inquit) non confunditur uocari eor-  
 um deus. Parauit enim illis ciuitatem. Quid aliud est illa ciuitas, nisi regnū cælorū? ¶ Quod  
 mites uere beati sint, & quod ipsi possideant terram, Moyse pro exemplo uel testimonio est,  
 de quo ueridica dicit scriptura: Erat enim Moyses uir mitissimus super omnes homines quom-  
 o rabantur in terra. simulq; Iosue & Caleph, qui tanquam mites non detraxerunt terræ quam  
 iustitiam per quadraginta dies, sicut detraxerunt immites alij, qui exasperauerunt domi-  
 num, & idcirco non possederunt eam, sed pleni alio spiritu laudauerunt, & idcirco possederunt  
 eam. Non quidem Moyses possedit terram, ad quam ingrediebatur Israel possidendam, ter-  
 ram trans Iordanem, terram Chanaan, sed possedit & possidet terram uiuentium, quam solam  
 in spiritu psalmista suspiras: Credo, inquit, uidere bona domini in terra uiuentium, portio mea  
 in terra uiuentium. In hoc ipso quod terram illam Chanaan non possedit, mitis fuit, id est, se-  
 metipsum non defendit, quod est mitis animi. Nam dicite sibi domino, quod in illam terram  
 non intraret, propter illud quod acciderat ad aquas contradictionis, continuo respondit: Pro-  
 uideat dominus deus spirituum omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc, ne  
 sit populus domini sicut oues sine pastore. Et in sua quidem causa mitis fuit, in causa uero dei  
 qualis fuerit, testatur zelus, quo zelatus est pro reatu uituli, & hiatus terræ, qui Dathan & Abi-  
 ron absorbuisset, cum ille dixisset ad dominum, ne respicias sacrificia eorum. ¶ Quod d' lugentes  
 uere beati sint, & quod ipsi consolabuntur, testatur gesta iudicum, qui post Moysen & Iosue  
 fuerunt usq; ad Samuel, quorum luctum atq; clamorem, quo clamauerunt ad dominum, cō-  
 fitentes quod propter peccata sua traditi fuissent, & toties traderentur in manus gentiū, glo-  
 riosæ consolationes subsequatæ sunt. Primus luctus illorum temporum loco quoq; nomē de-  
 dit, sicut scriptum est: Ascenditq; angelus domini de Gulgala ad locū flentiū. Cur (inquit) hoc  
 fecistis? Cumq; loqueretur angelus domini ad omnes filios Israel, eleuauerūt uocem suam &  
 fleuerunt, & uocatum est nomen loci illius flentium sive lachrymarū. Luctus ultimus luctus  
 fuit Samuel, qui lugebat Saulem, sicut scriptum est: Pœnitent me, ait dominus, quod constitue-  
 rim Saul regem, quia dereliquit me & uerba mea opere non impleuit. Cōtristatusq; est Samu-  
 el, & clamauit ad dominum tota nocte. & subinde: Veruntamē lugebat Samuel Saulem, quon-  
 iam dominum pœnitebat, quod constituisset eum regem. Dixitq; dominus ad Samuelem: Vi-  
 siquo tu luges Saul? &c. Cōsolationes, quibus illi lugentes consolati sunt, tam gloriosæ fu-  
 erunt, ut illi, quorum per manus dominus clamantes ad se consolatus est, uocarentur etiā sal-  
 uatores, ut pote saluatoris unici, saluatoris uenturi quamdam uicem & typum gerentes, salu-  
 tores temporali saluando Israel. Vltimus Samuel lugendo talem consolationem consecutus est,  
 ut missus a domino ungeret Dauid regem, & salutis temporalis ducem, & salutis æternæ fon-  
 tem fuisse originem, id est, patrem saluatoris Christi, nominatum post Abraham secundū car-  
 nem. ¶ Quod esurientes & sitientes iustitiam beati sint, quod ipsi saturabuntur, pro exemplo  
 uel testimonio sunt prophetae uel filij prophetarum, & quicq; timentes dominum, qui sub re-  
 gibus Israel, sub Achab & Iezabel & ceteris, qui prophetas domini occiderunt, & altaria sus-  
 foderunt, per loca deserti diffugiens & latitantes, egestate & fame afflicti sunt, quorum He-  
 lias est notissimus, qui propter minas Iezabel fugitās, ambulauit in fortitudine unius cibi qua-  
 draginta diebus & quadraginta noctibus, de qualibus & Apostolus in gemens loquitur: Cir-  
 cuierunt in melotibus, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus nō erat mun-  
 dus, in solitudinibus errantes, in montibus & in speluncis & in cauernis terræ. Vere ergo be-  
 ati, de quibus ita ueraciter annuntiatur, dignus em non erat mundus. Esuriebant & sitiebat  
 corporali esurie & corporali siti, propter iustitiam: esuriebat & sitiebat spiritali esurie &  
 spiritali siti ipsam iustitiam, id est, Christum quem expectabant. Et enim quid faceret esuri-  
 ens & sitiens, in eum qui tolleret sibi panem unicum uel potum necessariū? Vtiq; si posset oc-  
 cideret eū. Similes huic existimauit sacerdotes & prophetas Baal Helias, unus uel notissimus  
 esurientium & sitientium iustitiam, id est, Christum, & idcirco occidit ex eis quadringentos  
 & quinque uiros in die una, quia quantum in ipsis erat, in dignum faciebāt populum Is-  
 rael, cui secundum promissionem, quæ ad patres facta est, cōferretur uel daretur Christus iu-  
 stitia sempiterna. Hic unus uel præcipuus ex illis, postquam esuriuit & sitiuit mēte iustitiam,  
 postq; esuriuit & sitiuit corpore propter iustitiā, igneo curru raptus est, & translatus in locū,  
 ubi non esuriat neq; sitiat: unde & pro argumento factus est, ut credas uerum esse, quod ueritas  
 loquitur, beatos esse esurientes & sitientes iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. ¶ Quod mi-  
 sericordes uere beati sint, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Abdias ille pro exēplo  
 fuit, qui misericors fuit, & misericordiam fecit cum illis qui esuriebat & sitiebat iustitiam, ut su-  
 pra dictum est, fugientes persecutionem regis Achab & impiissimæ Iezabel. Nunq; ait ipse  
 ad Heliam, non indicatum est tibi domino meo, quid fecerim cū interficeret Iezabel propheta  
 tas domini, quod absconderim de prophetis domini centum uiros, quinqueagenos & quinquagena

Beati mi-  
 tes.  
 Num. 12.  
 Ibi. 14.  
 Psal. 10. 141.  
 Num. 27.  
 Exo. 32.  
 Num. 16.  
 Beati q' lu-  
 gent.  
 Iudic. 3.  
 1. Reg. 15.  
 Iudic. 3.  
 1. Reg. 16.  
 Beati q' esu-  
 ri. & si. iust.  
 3. Reg. 19.  
 Hebr. 11.  
 1. Reg. 18.  
 4. Reg. 1.  
 Beati mi-  
 sericordes.  
 Abdias.  
 3. Reg. 8.

genos in speluncis, & pauerim eos pane & aqua: ¶ Dicitur hic fuisse tertius ille princeps quin-  
 quagenarius, cui pepercit Helias dicenti: Homo dei, noli despiciere animam meam, & animam  
 seruorum tuorum qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de cælo, & deuorauit duos princi-  
 pes quinqueagenarios primos, & quinqueagenos qui cum eis erant. Sed nunc obsecro ut mise-  
 rearis animæ meæ. Misericordiam consequutus est, quia misericors fuit: neq; solummodo, si  
 ue ut unque miser cordiam, uerum etiam gratiam magnam, uidelicet propheticam, comple-  
 tumq; est in eo illud per Salomonem dictum: Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur  
 de panibus enim suis dedit pauperi. Postmodum enim relicto Ochozias regis ministerio, fa-  
 ctus Helias discipulus, prophetauit: & hic ille esse perhibetur, qui in ordine duodecim pro-  
 phetarum quartus est. Ergo & ab eius exemplo uere constat, beatos esse misericordes, quon-  
 iam ipsi misericordiam consequentur, itemq; uerum esse, quod alibi dictum est, Qui recipit  
 prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. ¶ Quod mundi corde uere  
 beati sint, quoniam ipsi deum uidebūt, deinde Daniel & Ioc' ei' pro exemplo sunt. Studium  
 eius ut esset mundo corde, ex eo cognoscimus quod scriptum est: Proposuit autem Daniel in  
 corde suo, ne pollueretur de mensa regis & de uino potus eius, & rogauit eunuchorum præ-  
 positum, ne contaminaretur, & dixit: Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decem & c. Pue-  
 ris autem his dedit deus scientiam & disciplinam in omni uerbo & sapientia, Danieli autem in-  
 telligentiam omnium uisionum & somniorum. Inter cætera, quæ uidit ille mundo corde, ma-  
 ximum atq; pulcherrimum est, quod deum uidit, quomodo à mortali homine uideri potuit.  
 Aspiciebam (inquit) donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, uestimentū eius qua-  
 si nix candidum, & capilli capitis eius quasi lana munda. Aspiciebam, & ecce in nubibus cæli  
 quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius ob-  
 tulerunt eum, & dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi tribus & lingue  
 ipsi seruiunt. Qui adhuc uiuēs & mortalis sic propter munditiam cordis uidit deū, quomodo  
 uel q' feliciter post hanc uitam uider eum? Ergo in isto præsens testatur experimentum, bea-  
 tos esse mundos corde, quoniam ipsi deum uidebūt. ¶ Quod pacifici beati sint, quicq; filij dei uo-  
 centur & sint, ipsi qui hanc apertionem oris dñi uiderunt, & hanc eius doctrinam præsentem  
 audierunt, in semetipsis experti sunt. Nam ipsi sunt, & fuerunt primi pacifici, & ministri per-  
 fectæ pacis, utiq; pacis inter se & omnes homines. Quomodo inter se & omnes homines? Uide-  
 licet eo modo, ut sicut cætera omnia reliquerant, sequendo principē pacis, ita ut arma materia-  
 lia, cuncta belli uasa, de manibus illis excuteret idem princeps pacis, dicendo ad unum uel pri-  
 mum ex eis Petrus: Conuertere gladiū tuum in locū suum. Nusquā omnino deinceps arma belli  
 attrectauerūt, nisi gladiū illū, gladium spūalem, qui est sermo dei uiuus & efficax, & penetra-  
 bilior omni gladio accipiti. ¶ Beati illi hæc tenus nominati, scilicet & pauperes spiritu, & mites,  
 & lugentes, & esurientes atq; sitientes, armis inter dū bellicis usi sunt, & nihilominus beati uen-  
 erunt uel sunt, quoniam secundū tempus pro dño zelabantur, & occidēdo in ipso uia uitæ uen-  
 turæ aperiebant, quæ est Chrs, uidelicet defendēdo arborē generis sui, ne pro uolūtate diaboli  
 penitus à gentibus extirparet, de qua nasciturus erat fructus, sicut iam plenius alio loco di-  
 ximus. Tēpus belli, dicit Ecclesiastes, & tēpus pacis. Tēpus occidendi & tēpus sanandi. Tem-  
 pus deniq; belli & tēpus occidēdi tunc fuit, magisq; expediebat occidere q' occidi, quādo co-  
 nabat diabolus per impios homines exterminare radicē, de qua uenturæ sperabat semen, qd  
 Christus est, incipiens per Pharaonē, qui præcepit omni populo, dicēs: Quicquid masculini se-  
 xus natū fuerit, in flumen pronote: quicquid foemini, reseruate, tandēq; Pharaon alter qui-  
 dem in psona, sed idē in malitia persequēs recedentem Israel: Euaginabo (inquit) gladium me-  
 um, interficiet eos manus mea. Mitissimus quidē (ut supra iam dictum est) erat Moyses super  
 oēs homines quæ morabantur in terra: sed libenter extēdit manū suā seuerā super mare, ut re-  
 uerterent aquæ ad Aegyptios super currus & equites eorū, & pro hoc factio gloriosius domi-  
 no cātuit canticū, & ipse pugnauit & uicit Amorrhæū, & ultus est filios Israel de Madian. Cæ-  
 tera perse qui nimis longū est. ¶ Hoc tantū erat demonstrādum, q' tunc & exinde usq; dū na-  
 scente Chro promissio impleverit, tēpus belli & tēpus erat occidendi, & q' bellauerunt & oc-  
 ciderūt, merito prædicātur in ecclesia dei, maxime Dauid & inclyti Machabæi. Postq; autem  
 natus est Chrs, tēpus cepit esse pacis & tempus sanandi, quod ministeriū priores susceperūt  
 apostoli, & ecce beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur, ait, & utiq; fratres mei. Vade, inquit,  
 ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meū & patrē uestrū. Quomodo pacis inter de-  
 um & homines ministeriū fuerunt: Missū Chro resurgente à mortuis & dicente, qd antea nus-  
 quam dixit, semel & iteq; ac tertio, secundū Iohānem pax uobis, deus (ait) reconciliauit nos  
 sibi per Chrm, & dedit nobis ministeriū reconciliationis. Quisquidem deus erat in Chro, mun-  
 dum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis uerbum reconci-  
 liationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanq; de exhortate per nos: Obsecramus pro  
 Christo, reconciliamini deo, & multa his similia. Et nota, quod in ordine beatitudinū septimo

4. Reg. 1.  
 Prou. 21.  
 Matt. 10.  
 Beati mun-  
 do corde,  
 Dani. 1.  
 Dani. 7.  
 Beati paci-  
 fici.  
 Matt. 26.  
 Eph. 6.  
 Hebr. 4.  
 Tēpus bel-  
 li fuit ante  
 natū Chrm  
 Eccl. 5.  
 Exod. 1.  
 Exo. 15.  
 Num. 12.  
 Exo. 14.  
 Num. 21. 31.  
 Temp' pa-  
 cis post na-  
 tū Chrm.  
 Iohā. 20.  
 2. Cor. 4.

Octava be-  
atitudo oēs  
alias iſe cō-  
plectif.  
a. Tim. 2.

loco ſabbatiſmus pacis eſt. ¶ Octava beatitudo quam dicit beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum: uniuerſos complectitur, & paucos ſpiritu, & mites, & lugentes, & eſurientes, & ſitientes iuſtitiam, & miſericordes, & mundicordes, & paciſicos: quia uidelicet omnes perſecutionem paſſi ſunt, & patiuntur quicunq; illos imitari uolunt. Omnes enim, inquit Apoſtolus, qui pie uolunt uiuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiuntur. Similiter promiſſio, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, quę ipſa & prima & octaua eſt, cunctas interiores complectitur, quia uidelicet regnum cœlorum, & terra eſt quam mitibus promittit, quoniam ipſi poſſidebunt terram: & conſolatio, quam promittit lugentibus, dicendo, quoniam ipſi conſolabuntur: & ſaturitas, quam pollicetur eſurientibus & ſitientibus iuſtitiam, dicens, quoniam ipſi ſaturabuntur: & miſericordia, quam ſpondet miſericordibus, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur: & uiſio dei, quam promittit mundicordibus, quoniam ipſi deum uidebunt: & gloria filiorum dei, quam paciſicis pollicetur, dicendo, quoniam filij dei uocabuntur. ¶ In beatitudinibus iſtis eſt diſcipulos ſuos, qui præſentes aderant, non præteriuit, ſed eos quoq; tetigit, maxime dicendo, beati paciſici non tamen ſic locutus eſt aut ita dixit, ut enuntiaret eis, qualem ad gratiam ſue gratiæ gradum prædeſtinati fuiſſent atq; uocati, quia non ad ſecundam perſonam uerba fecit, proſinus autem in ſequentibus facere incipit. L. Beati eſtis, cum maledixerint uobis, & perſecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum uos mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Sic enim perſecuti ſunt prophetas, gerat ante uos. ¶ Ecce de perſona tertia facta conuerſione ad ſecundam, ad eos qui præſentes aderant, diſcipulos ſuos uerba facit, eosq; aſſimilat uel cœquat prophetas, quorum utiq; magnum & glorioſum erat memoriale apud uiuentes filios, quoniam patres illos maledixerunt & perſecuti ſunt, & plerofq; ex eis etiam occiderunt. Magnificentia eſt ſummi gradus & honoris optimi in hoc dicto, ſic enim perſecuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante uos. Veruntamen pro magnificentia rei parum erat hoc dixiſſe, ſic enim fecerunt prophetas, ſed adde quod proſinus ait: Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euauerit, in quo ſalietur? Ad nihilum ualet ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. ¶ Quod pertinet, ſedendo in monte, ſtatim poſt apertionem oris, in exordio tanti ſermonis mentionem facere ſalis & lucis taliter, ut diceret, uos eſtis ſal, uos eſtis lux? Quod reſpexit, uel quales ad theſaurus ſapientię & ſcientię ſuos auditores præmittere uoluit: Nimirum ad motem illum, imò ad legem ſancſtam & iuſtam & bonam, quam ipſe olim dedit in monte Sinai, ubi & lux quædam apparuit, ſicut ſcriptum eſt: Lam adueniat tertius dies, & mane inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua ac micare fulgura. Item: Cunctus autem populus uidebat uoces & lapades &c. ¶ Inter illius, quę tunc data eſt, legis myſticę ſacramenta, diligentiffime ſalem commendat. Quicquid (ait) obtuleris ſacrificij, ſale condies, nec auferes ſalcederis domini dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione offeres ſal. Tertio repetiuit in uno eodemq; ſcripturę loco commendationē ſalis, ne forte primam aut ſecundam uicem non intellexeris, aut curę non magnę putes deo eſſe myſterium ſalis. Cum igitur ſedens in monte & dicturus, non ueni legē ſoluere, ſed adimplere, præmittit uos eſtis ſal, uos eſtis lux, utiq; diſcipulos ſuos intelligere uoluit, ſicut poſtea ſp̄m ſancſtum accipientes, & illuminati ab eo, ſine dubio intellexerunt, quę ea quę uifa uel facta ſunt in monte Sinai, cognata fuerunt his, & ad rationē pertinuerunt horum, quę facere incipiebat, ſedendo in monte & docendo diſcipulos ſuos, quęq; perfecturus erat ſedendo in excelsis ad dexteram maiſtatis, & mittendo illis ſp̄m ſancſtum in linguis igneis, unde & factū eſt, ut eſſent lux mundi. ¶ Ut nūc interim differam de ratione ſalis, profeſto in eo quod dicit, uos eſtis lux mundi, hoc dat intelligi, quod iſta lux mundi per fulgura & lampades illas designata fuerit, quę ibi lucebant in medio fumi ſiue denſiſſimę nubis, ſicut illic manifeſte dictum eſt: quę cœperunt micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montē, itemq; cunctus populus uidebat uoces & lampades & ſonitum buccinę montemq; fumantem. Fulgura & lampades in medio fumi & denſiſſimę nubis, apoſtoli fuerunt, doctrina lucentes, & miraculis coruſcantes in medio Iudaꝝ orum, quos inuidiã fumus excæcauit, & incredulitatis denſiſſima nubes operuit. ¶ Sed iam per ordinem literam ſequentes, ſermonem hunc ipſo duce ingrediamur, qui locutus eſt: Cum dixiſſet, ſic enim perſecuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante uos, continuo quæſerent beati illi, quibus inter maledicta & perſecutiones gaudendū atq; exultandum de tenebat, quoniam merces ueſtra (inquit) magna eſt in cœlis, & dicerent uos quid fumus, & quis finis erit eorum, quę prophetas ante nos perſecuti ſunt, & nos perſequentur, dixit eis: Vos eſtis ſal terrę. Breuiter dixit, ſed in breuitate dicti gradus eſt ſenſus, & rationis magna uis. Nō dixit tantummodo, uos eſtis ſal, quo dicto ſola poterat ſignificari bene uenturum commoditas ſed dixit ſal terrę, quo dicto quid portendit, niſi uariationem hoſtilis terrę? Legimus enim uerbes quãdam ira uictorum ſale ſeminatas, ut nullum in ipſis germen oriretur. Sic ergo accipiendum eſt, ac ſi diceret: Omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti,

Matth. 23.

Exo. 19. Salis cōmendatio in ſacrificijs. Leu. 2.

Vos eſtis lux mundi. Exo. 19.

Vos eſtis ſal terrę.

ſti, confluens cum ſanguine ueſtro, quos perſequentur ſicut perſequenti ſunt prophetas ante uos, ſic erit generatio iſti tanquam ſeminatio ſalis, ut ſit ſterilis & nullius boni ſerax germinis, ſicut ciuitas ira uictorum ſale ſeminata, ſterilis ſit & inhabitabilis. Hoc aduerſus illos, quę ſalem in terra ſua ſeminare potius quàm in cibum ſumere, id eſt, doctrinam apoſtolicam perſeque, & quantum in ipſis fuit maluerunt ad nihilare, quàm uenerari & ſuſcipere, indignos ſe iudicantes uitę æternę, præuaticatores legis ſancſtę, dicentis: Quicquid obtuleris ſacrificij, ſale condies, nec auferes ſalcederis domini dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione offeres ſal. Huius præcepti, quod ne paruum aut paruipendendum putes, ſcriptura tripliciter, & ſic ſublimiter extulit, ut diceret, ſalcederis domini dei tui: præuaticatores futuri erant Iudaꝝ, contemnendo, imò & perſequento doctrinam euangelicam, quę per iſtos uel cum iſtis incipiebat adminiſtrari. ¶ Quomodo ſal ſuper ſuos ſue nocituros humores carnum deſiccet & à putredine purificet, ſic apoſtolica doctrina neceſſaria decalogi præcepta, cuncta quę iuſtitia legalis inſtituta, deſiccet carnalibus ceremonijs, purificare habebat, & ubiq; terrarum conſilio caſtitaſ ſalire credentium corpora, quatenus non putreſcerent, aut uſquequaque putentia corrumpentur luxuria. O quantas ſalierunt puerorum quoq; aut puellarum turmas, ita ut carnes eorum omnino deſiccarentur, & uſq; ad decrepita ſeneſcitam, uſq; ad ſinem uitę, in corrupta perſeuerarent atq; durarent impubiles continentia, & ſani uirginali pudicitia. Secūdo poſt apoſtolos meriti uel gratiæ loco uſi apoſtoli, patres orthodoxi & doctores catholici ſal dicuntur & ſunt atq; lux mundi, quia uidelicet ſapienter atq; fideliter tractando atq; retractando ſacram legis & prophetarę ſcripturam, quicquid in ea quaſi carnaliter ſonat, ita ſermonem uiuido conſidunt, ut ſp̄aliter ſapiant, & quod erat clauſum, pateſcat quod obſcurum & tenebroſum uidebatur, clare & lucidum fiat. Magna igitur dignitas, magna in hoc dicto gloria, uos eſtis ſal. ¶ Sed audi quid ſequitur: Quod ſi ſal euauerit, in quo ſalietur? Ad nihilum ualet ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Noli ergo altum ſapere, ſed time, d tu omnis qui te ad ordinē illoꝝ perſingere conſidis, quibus dictum eſt, uos eſtis ſal, conſcius tibi ſermonis ſapientię uel ſciētię, qui forte tibi ſuper alios abudat. Nonnunq; enim accidit, ut euaneſceret ſal nonnunq; accidit, ut ſcientiã quis habens, abureretur ea in ſuperbia, & per mentis elationem loqueret ſcientię uel cōſcientię ſuę cōtraria, ſciens ueritatē, dum alteri inuidet, & alteri cedere, quod forte prior locutus eſt, aut cui iuniori reuelatum eſt, quod melius eſt, damnū ſuam putat, & quaſi tormento grauaf, quia ſuperbus & elatus eſt. Taliter niti, hoc eſt ueritatē in iniuſtitia detinere, hoc eſt ueritatē dei cōmutare in mendacium, hoc eſt uerbiū dicere contra ſp̄m ſancſtum. Et hoc fuit peccatum Phariſæoꝝ, quando dixerunt: Hic non eijcit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmonioꝝ: ita per inuidiam loquentes, cum ſcirent quod in digito dei, id eſt, in ſp̄itu dei eijceret dæmones. ¶ Hoc peccatum Arriꝝ, peccatū hoc omnium hæreſiarcharum fuit, quofcunq; remedio penitentię ſp̄itus ſancſtus indignos iudicauit, quia cognofcentes deum, non ſicut deū glorificauerunt, uerū gratias egerunt, ſicuti ſub nomine Chriſtiano peccatores antiquos, peccatores paganos, qui commutauerunt (ait Apoſtolus) ueritatē dei in mendacium, & coluerunt & ſeruiuerunt creaturę potius quàm creatori, qui eſt benedictus in ſecula, amen. Vbi cunq; taliter acciderit, ubi doctor uel magiſter ſecundū taliū exēplum deſuperit, dicito, quia ſal euauit. Vbi aut taliter euauerit, in quo ſalietur? Quo doctore alio emendabit? Vere nullo, & ſi aſtra effundes ſermonē, quia nō eſt ibi auditus. Eū quę iuſmodi eſt, hereticū hoīem poſt primā & ſecundā admonitionem (ait Apoſtolus) deuota, ſciens quia ſubuerſus eſt & delinquit, eam ſit proprio iudicio condēnatus. Ad nihilum ualet ultra, ait dñs niſi ut mittat foras, & conculcetur ab hoibus. Et idcirco taliū patres ac p̄ceſſores Phariſeos foras miſit, non ſolā à regno dei, uerū etiā à regno loci terreni & templi manuſa cti, quia nō erat unde ſaliet, quod euauerat ſal inſatuatū, quia dicebāt & dicere non ſinebāt uerbum cōtra ſp̄m ſancſtū. I. quia nō per ignorantia negabāt, ſed per inuidiã blaſphemabāt eum, qui uenerat, Ieſum Chriſtū. Nunc enim (ait) & uiderūt & oderunt & me & patrē meū. ¶ Secundo ſimiliter gr̄a uel meriti loco dictū ſibi non dubitent, uos eſtis lux mundi, quicunq; habēdo ſcientiam dei, ſic lucet, & adeo ſunt illuminati, ut alijs lucere & alios illuminare poſſint. Vna eſt lux nō illuminans, ſed illuminans, lux naturaliter lucens, nō unde luceret ex accidenti dono habens, & idcirco uel proinde lux uera, ſicut habemus apud alium euāgeliaſtā: erat lux uera quę illuminat oēm hoīem uenientem in hunc mundū: quę & illuminando hoc effecit, ut ueraciter dicere poſſet iſtis, uos eſtis lux mundi. Ad illā lucē uerā quę illuminat, lucis huius quę illuminata eſt, nulla eſt cōparatio, quīs ſit aliqua ſimilitudo. Porro ad iſtos, qui ſic illi minati ſunt, ut alios uerbo doctrinę illuminare poſſint, eoz qui illuminati ſunt, quid eſt, ſed illi facultatē non habent ut alios illuminare & erudire poſſint, talis eſt comparatio, quaſi ſi ſtellis comparetur ſplēdor ſtamenti. Sic enim de iſtis ad Danielē dictū eſt: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiūt multos, quaſi ſtellę in p̄p̄tuas æternitates. ¶ Quid porro ſibi uult, quod præmiſſo, uos eſtis lux mundi, cōtinuo ſub

Matth. 23.

Leuit. 2.

Sal, de doctrina euangelica.

Ne q̄s ſupbia taceat aut eloꝝo. Rom. 11.

1. Cor. 14.

Rom. 1. Matth. 23. Luc. 11. P̄c̄m here ſiarchay.

Rom. 1.

Tit. 2.

Toh. 15. Lux illuminata, duplex eſt.

Toh. 1.

Dan. 12.

ſub

subiungit: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt: sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Quod nisi humilitatem contingit, & humilitati respondet eorum, q; tali sunt nomine digni, ut lux mundi nominentur & sint: Deniq; talis quisq; paruulus est in oculis suis, latere uult, quia dignum se aspectibus hominum aut hominem esse non arbitrat, & uix animaduertere audet quod altissimus, quamuis omnia sciens, quamuis omnia uidens, eum scire uel uidere dignetur. ¶ Et quam magna, quam ampla ciuitas, quam is, quem caelum & caeli coelorum capere non possunt, deus inhabitat: Et quo in monte, nisi in altitudine caeli, ciuitas huiusmodi posita est, iuxta illud, Nostra autem conuersatio in caelis est: Non potest abscondi, non patitur ordo uel ratio iudicij seu consilij diuini, ut abscondatur & incognita sit, quae ad hoc edificata est, & ad hoc mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium: pro omnes qui inter aduersarios periclitantur, qui inter Iudaeos, paganos atq; haereticos pro fide agonizantur, recurrere sciant ad ciuitatem hanc & in ea communiri, de ea sumptis sententia armari, ut habeant unde animam, pro qua illis res est, defendere possint. ¶ Et alia similitudo: Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt, iuxta hanc similitudinem uos, quibus dixi, Vos estis lux mundi, non idcirco illuminati estis, non idcirco sapientiae & scientiae dei claritatem accipitis (quod fieri nunc incipit, perficietur autem, quando accipietis donum superuenientis spiritus sancti in uos, linguis apparitibus igneis) ut sub silentio tegamini uel abscondamini, perpetuis contenti latibulis, nec uos nec aliqui illorum, qui ante uos habuerunt, uel post uos habituri sunt gratia eiusmodi, ut per eorum ministerium deus mundo innotescere possit. Etiam si quislibet eorum in spe lucis & in caernis terrae delitescere uoluit & ad tempus delituit, nihilominus tamen, ubi causa poposcit, foris prodijt, in publicum deo iubente uel ordinante uenit, ut ei cui praedestinatus, ad quod fuerat uocatus, insistentis officio, beneficium lucis, cuius erat particeps, plurimis impartiretur. ¶ Exempli gratia: Iohannes lucerna ardens & lucens, in deserto latere uoluit, & illic a tenetis annis usq; ad annum ferme tricesimum hominibus incognitus uitam suam detriuit. Nōne interim lucerna quasi sub modio latuit? Sed profecto lux uera, quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, de quo habebat Iohannes ut lucerna existeret, quod & ipse profiteatur, dicendo, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, nō idcirco illum sic illuminauerat, nō idcirco de spiritu sancto adhuc ex uero matris suae repleuerat, ut illic soli sibi uiueret, soli sibi sub modio uitae eremiticae, lucem bonae conscientiae taciturnus insumeret. Vbi patri eius caelestis nuntius natiuitatem eius euangelizauit, nomen quoque & uisum ferre gerenda ordine deprompsit, nihil tale denuntiavit, sed hoc quod erat in proposito dei uenerabiliter pronuntiavit. ipse (inquiens) praebit ante illum in spiritu & uirtute Heliae, parare domino plebem perfectam, id est, cum zelo iustitiae redarguendo & corripiendo peccatores, praedicare poenitentiam. Illud deserti latibulum sponte lubij, istud publicae praedicationis officium obediens suscepit ab eo, quem dicit: Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem & c. ¶ Igitur uerbis & exemplis diuinae autoritatis per docemur, ut sciamus quia deus cuiusq; sapientiae uel scientiae suae lucidam gratiam dat, idcirco utiq; dat, ut super candelabrum aliquid ponatur eiusmodi lucerna, quatenus luceat omnibus qui in domo sunt, & plures lucrifaciat. Aliquid autem candelabrum ideo dixi, quia iuxta Iohannis Apocalypsim septem sunt candelabra aurea, quorū in medio filius hominis deambulat, & septem candelabra, inquit, septem ecclesiae sunt. Porro septenario numero, quo significari solet uniuersitas, uniuersas intelligim⁹, quas per orbem terrarū Christus habet ecclesias, & hoc utiq; uult, ut qui dono ipsius apostolicae praepollent fide & scientia, non discrepante uita, nec ipse negligatur, uel contemnatur alieno, neq; ipse proprio refugiat iudicio, quin ponatur super candelabrum, & in domo dei luceat uerbo & exemplo, memor p omnia dicti huius. Sic luceat lux uestra corā hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Hoc etenim dicto & inanis gloria propellitur, & utilitas multorum desideratur: cum ea iubetur esse interio bene operantis coram hominibus, ut non ipse, qui operari uidetur, sed deus qui per eum operatur: Deus pater luminum, a quo est omne datū optimū, & omne descendit donū perfectū, laudetur & glorificet. ¶ His praemissis in exordio sermonis, per quae praeparati esse poterant, ut ad audiendum existerent attenti, dociles ac beneuoli, ingreditur ampla spatia profundis sermonis caelestis magister, & dicit: Nolite putare quia ueni soluere legem aut prophetas. Nō ueni soluere, sed adimplere. ¶ Post quā enuntiauit alijs cuius forent dignitatis, & sic minores suos, discipulos suos honorauit, ut diceret eis, uos estis sal terrae, uos estis lux mundi, de semetipso quoq; quid deberet sperari, quam humiliter significare uoluit, & hoc sciri non inanimiter idoneum duxit. Nam magnum est quod de semetipso dicit, legem adimplere ueni, sed magnitudinem rei, ne iactantiam sermo redole

Nō potest ciuitas abscondi.  
3. Reg. 5.  
Philip. 3.  
Canti. 4.  
Non debet lucerna poni sub modio.  
Actu 2.

Iohā. 5.  
Iohānes Baptistā dicit latuit, pri⁹ q̄ luceat.  
Iohā. 1.  
Luc. 1.

Iohā. 1.  
Candelabrū ecclesiarū aliq̄a denotat.

Apoc. 1.

1. Cor. 12.  
Iacob. 1.

Humilis & magna confessio Christi de seipso.

re uideretur, pulcherrime tēperauit modus dicendi, dum in prima frōte excusationē praemittit, & iustam suimet aetimationē quodāmodo flagitare curauit, dicendo: Nolite putare quā ueni soluere legem aut prophetas. Profecto si solā legē posuisset ita, Nolite putare quā ueni soluere legem, & tunc demum dixisset, Non ueni soluere, sed adimplere, magnum (ut iam dictū est) hoc esset, & lōge plus q̄ aliquis hominum de semetipso unquam potuit dicere ueraciter. Cum autem addit, & prophetas, & de utrisq; scilicet lege & prophetis, dicit q; haec adimplere uenerit, uoget quantum est. Nonne & qui pollens est, ac si diceret, cuncta in me adimplebuntur sacramenta legis & prophetarū, etenim cuncta de me scripta sunt? Sed (ut iam dictum est) magnitudinē rei suauiorē audientibus efficit modus locutionis, similiter & in eo quod protinus subiungit: Amen quippe dico uobis, donec transeat caelum & terra, iota unū aut unus apex nō praeteribit à lege, donec omnia fiant. ¶ Quāto suauius ac reuerentius sonat taliter dictū, donec omnia fiant, q̄ si ita diceret, donec omnia cōpleam? Quae omnia? Videlicet quae cunq; loquuntur lex & propheta. Non (inquit) praeteribit iota unum aut unus apex, donec omnia fiant. Et quousq; uel quanto tempore fient? donec transeat caelum & terra, i. usq; ad consummationē seculi, usq; in diem iudicij, quando praeterente siue iam praeterita, quae nunc est, figura mundi erit terra noua & caeli noui. ¶ Quid ergo est qd̄ Apostolus dicit, reprobatio quidē sit praecedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem, quā hic ait ipse dominus, Iota unū aut unus apex non praeteribit à lege donec omnia fiant? Ad haec sciendū, quia nonnulla est distantia reꝝ, quae significantur nomine legis. Ne longū in respondendo funem traham, aliud est legem dedisse deū pro beneplacito suo, quod fecit ante reatum uituli, aliud legē imposuisse nō sine animaduersione uel seueri iudicio, post reatum uel in ipso reatu uituli. Hic iam uerba eiusdē domini ad prophetā Ezechiel memorāda sunt: Eieci eos, inquit, de terra Aegypti, & eduxi in desertum, & dedi eis praepcepta mea, & iudicia mea ostēdi eis, quae faciat homo & uiuat in eis. Et irritauerunt me domus Israel in deserto, & c. usq; & post idola patrum suorū fuerunt oculi eorum. Statimq; sequitur: Ergo & ego dedi eis praepcepta nō bona, & iudicia in quibus nō uiuent, & pollui eos in muneribus suis. Praepcepta & iudicia, quae faciat homo & uiuat in eis, se illis dedisse uel ostendisse dicit: praepcepta uidelicet, non habebis deos alienos comam me, non facies tibi sculptile, & cetera uerba decalogi. Iudicia uero, si emeris seruum Hebraeum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis, & cetera quae Moyses plebi omnia narrauit & scripsit, ita concludēs: Hic est sanguis foederis, quod pepigit dominus uobis cum patribus seruis in montibus suis. Post q̄ autem fecerūt uitulū, & sicut apud prophetā iam dictum habemus, post idola patrum suorū fuerunt oculi eorū (ubi intelligēdum est uitulipeccatum, quod fecerunt secundū morē Aegyptiū sicut patres eorum) praepcepta non bona, & iudicia in quibus non uiuent, quae se illis dedisse dicit, illa sunt, de quibus fere totus existit liber Leuitici. Verbi gratia, de mundis & immundis animalibus comedendis & non comedendis, de leprae contaminatione & leprosi emundatione, & ceteris eiusmodi, in quibus, sine dubio nita non consistit, sicut nec in sacrificijs carnis & sanguinis, taurorum & hircorum & arietum siue agnorū, de quibus & apud Hieremā deus ipse dicit: Holocaustumata uestra ad dite uictimis uestris, & comedite carnes, quia nō sum locutus cū patribus uestris, & nō praepcepi eis in die, quae eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocaustumatum & uictimarū, sed hoc uerbum praepcepi eis, dicens, audite uocem meā, & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus. ¶ Cum igitur hic dominus dicit, iota unū aut unus apex non praeteribit à lege, hic ait Apostolus ait, Reprobatio fit mandati praecedentis propter suam infirmitatem & inutilitatem, opere pretium est scire hanc distinctionē legis, ut hic intelligas praepcepta bona & iudicia, quae faciat homo & uiuat in eis: illic autē praepcepta nō bona, & iudicia in quibus non uiuent, de quibus ibidem Apostolus: Nihil enim, ait, ad perfectum adduxit lex. Et alibi: Vmbra enim habēs lex futurorū bonorū, nō ipsam imaginē reꝝ, per singulos annos iisdē ipsis hostijs, quas offerunt inde finēter, nunq̄ potest perfectos facere. Et multa in hunc modum. Ceterū et si secundum litteram lex siue mandatum eiusmodi infirmum erat & inutile, propter quod & reprobatio eius facta est, attamē his qui secundum spiritum sentiūt, qualium habuerūt umbram futurorum bonorum, notum ac perspicuum est, quia nec de lege eiusmodi quicq; praeterijt aut praeteribit, quin iam cuncta fere in Christo uel per Christum adimpleta sint, & quod residuum est, nunc adimpleatur, & ad implendum sit usq; in finem seculi. Verūtamen loco praecedenti cum dicit, iota unum aut unus apex non praeteribit à lege, maxime legē praepceptorū & iudiciorū illorū oportet intelligi, quae (ut supra iam dictū est) primū de dit uel ostendit eis, ut apud Ezechielem dicit, ante quā irritarent eum, i. ante reatum uituli. Nam de huiusmodi tractat in sequētib; incipiendo sic: Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno caelorum. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum. ¶ In primis in quatuor diuisiones totum sermonem distinguere liber, nimirum secundum quatuor uirtutes principales, quas ethnice nominare quidē potuerunt, sed non secundum caelestē

1. Cor. 7.  
2. Pet. 3.  
Hebr. 7.  
Legis praepcepta quaedam bona, q̄dam non bona.  
Ezec. 20.

Exo. 20. 11.

Exo. 24. 12.

Le. 11. 13. 14.

Hier. 7.

Concordātia iter uerba Christi & Pauli de lege.  
Hebr. 7. 10.

Ezec. 20

Tractatus de 4. uirtutibus.



uel spūalem ipsarum dignitatem cognoscere meruerunt, scilicet iustitiam, temperantiam, fortitudinem, prudentiam. Prima distinctio huiusce diuifio siue pars hic incipit, ubi ait: L. Dico enim uobis, quia nisi abundauerit iustitia uestra plus q̄ scribarū & pharisaeorū, non intrabitis in regnum cœloꝝ. Et illic finitur ubi dicitur: Estote ergo perfecti, sicut & pater uester celestis perfectus est. totaq̄ huius partis series ad perfectionem tendit iustitiam, iuxta propositum dicentis, q̄d iam pertractū est. Non ueni legem soluere, sed adimplere. Secunda inchoatur ab eo, quod protinus ait, Attēdite ne iustitiā uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis, & illic terminatur ubi dicit, nolite ergo solliciti esse in crastinum, sufficit diei malitia sua, & tota hæc tendit ad uirtutem tēperantia, & maxime ut tēperetur ab appetitu inanis gloriæ, & deinde à uentris uel corporis sollicitudine, simulq̄ à seruitio māmonæ. Tertia ab eo quod ait, Nolite dare sanctum canibus, neq̄ mittatis margaritas uestras ante porcos, usq̄ ad id, intrate per angustam portam, q̄ angusta porta & arcta uia, quæ ducit ad uitā: sine dubio tendenti ad regnum cœloꝝ demonstrat habere fortitudinem perseverantem, perseverantiam fortem. Quarta ab eo quod ait, attendite à falsis prophetis, usq̄ ad finem sermonis, in dubitante auctore ad prudentiam adducit, & informat Christianum, ut prudēs ac prouidus sit. ¶ In singulis partibus istis ex opposito uirtutum, scribas & pharisæos cunctis uirtutibus uacuos acerrime culpatur, & nominibus quadrisariam diuersis denotatur. Nam prima quidem parte sermonis, manifestis eos nominibus scribas & pharisæos nuncupatur, dicendo: Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum & pharisaeorum. In secunda femel & iterum ac tertio hypocritas, insuper ethnicos quoq̄ uocat, dicendo: Noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt, & cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, & orantes aut nolite multum loqui sicut ethnici, & cum autē ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Et quidē de generibus quoq̄ fuerunt & sunt hypocritæ, quos & p̄sens sermo damnat intēperantia: quoniam adeo sunt festini ad mercedē suam, ut malint perdere sempiternam, quæ differtur, q̄ caret temporalis, id est, laudem hominum, quæ præsens habetur. Sed omnium maximi hypocritæ, omnisq̄ hypocriticos erant magistri scribæ & pharisæi, & maxime contra illos præsentem saluator sermonem dirigit. Si militer in tertia diuifionis huius parte, dum dicit: Nolite sanctum dare canibus, neq̄ mittatis margaritas uestras ante porcos, omnes quidem, de quacūq̄ gente sint, tali appellatione illos denotatur, quorum sceda est fortitudo, mordere scilicet more canum, & irruere more porcorū ad conculcandū & dirumpendū, sed taliū quoq̄ maximi scribæ & pharisæi fuerunt. Nihilominus in quarta illoꝝ, quos denotatur dicendo, Attēdite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouiuū, intrinsecus autē sunt lupi rapaces: illoꝝ, in quā, scilicet falsoꝝ prophetarum scribæ & pharisæi maximi fuerunt. Itaq̄ uirtutibus, quas singulas in singulis huius sermonis diuifionibus subluere perspeximus, scilicet iustitia, temperantia, fortitudo, prudentia, penitus uacui demonstrantur, per hæc nomina, quibus in singulis earundem partium denotantur, quia uidelicet scribarum & pharisaeorum nulla est uera iustitia: hypocritarum, quales erant idem, nulla est à recipienda mercede sua temperantia: porcorum margaritas conculcantium, & homines dirumpentiū, quales ipsi meti erant, nulla est fortitudo uera: falsoꝝ prophetarū, imō luporū sub ouina pelle latentium, nulla est prudentia, nam quæ illorum putatur prudentia, malitia est. ¶ His prælibatis, iam uelut magno & euidenti ostio pulcherrimi sermonis aperto, ipso duce qui aperuit, introrsus incedēdum est. L. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœloꝝ. ¶ Ergo quoniam (inquit) non solum nō ueni soluere legē, uerū etiam adimplere ueni, meum est facere iudicium, sententiamq̄ dicere super eos, qui non solum modo non adimplent, uerum etiam soluant. Quinā illi sunt uel erant tunc: Vtq̄ scribæ & pharisæi, quos continuo & per totum sermonis huius textum, alijs quoq̄ euangelij locis uehementer tangit. ¶ Quæ autem sunt mandata ista minima, quæ quasi digitū intendens, dicit unum de mandatis istis minimis? Nimirū ista quæ subiecta sunt: L. Audistis quia dictū est, Non moechaberis, &c. Ergo ne ista sunt minima? Vtq̄ minima, Alioqui quid opus erat adimplere ea, quæ modo dixi, nō ueni soluere, sed adimplere, si erant grandia uel sufficientia: In q̄ autem uel in quantum minima sint, commodius in subsequenti dicitur. ¶ Quid autem est, magistram eiusmodi minimū uocari in regno cœloꝝ? Vtq̄ nō intrare in regnū cœloꝝ. Sequitur enim: Dico enim uobis, quia nisi abundauerit iustitia uestra plusq̄ scribarum & pharisaeorū, non intrabitis in regnū cœloꝝ. Quam uere minimus est, qui de alto cadit, & episcopatum suum perdit. Fiant, inq̄ psalmista, dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Hoc primum quodam proditor pertulit, cuius apostolarum alter accepit, & post illum scribæ & pharisæi, quoru illi, sicut dux in comprehendendo Iesum, ita & exēplar fuit in perdendo episcopatū, & in suspendendo uel stragulo femetipsum. Sicut enim ille abiens laqueo femetipsum suspēdit, & apostolatū siue episcopatū eius (ut iam dictū est) alter accepit: ita cœtus pharisæicus, cū estq̄ populus Iudaic⁹ persuasus & ab illis & à pōtificibus, propria se se sententia damnauit, clamādo: Sanguis eius sup

Scribæ & pharisæi cū istis uirtutibus uacui.

Mandata ista minima.

Minim⁹ uocabitur in regno cœloꝝ.

Psal. ios.

Actu. 1.

Matth. 7.

nos & sup filios nostros. Et pontificatum siue sacerdotium eius populus alter, populus Christianus accepit. Et sicut ille triginta argenteos sanguinis pretij retulit, ita & huic cui liber, q̄ nō est aduersario consentiens, post pauca dicitur hic: non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Igitur cum dicit, minimus uocabitur in regno cœloꝝ, sic accipiēdum est, minimus, tanq̄ improperium maximū, ut minimus idē sit quod contemptibilis, iuxta illud in uisione Abdæ, ubi cū dixisset ad Edom, Ecce paruulū te dedi in gentibus, statim subiūxit, Contemptibilis tu es ualde. L. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœloꝝ. ¶ Quid fecerit & docuerit? Nunq̄d unum de mādati istis minimis? Non sic utiq̄, nō sic. Si enim qui totā legem obseruat, offendit autem in uno, factus est omnium reus: quanto magis qui facit uel obseruat unum, forte autē offendit in alijs oibus? ¶ Proinde ergo dicēdo, qui autē fecerit & docuerit, nec unum de minimis, nec unū de magnis mādati istis expresse dicit: sed contentus dixisse, qui fecerit & docuerit, quasi manum uel digitū mitis & humilis corde reducens in semetipsum. Hic, ait, magnus uocabitur in regno cœloꝝ. Hoc enim & huic familia de semetipso proficitur, non iactanter, sed (sicut ait Apostolus) ille fidelis pmanet, neare seipsum non potest. Et quidem fecerunt & docuerunt q̄ plures, qualium optimi fuerunt beati illi auditores dicentis, Vos estis lux mundi, luceat lux uestra coram hominibus &c. sed nō adeo fecerunt, non adeo stabiles uel assidui siue inuariabiles in faciendo fuerunt, ut de factō suo magnificari omnino debuerint, si absq̄ misericordia uocarentur ad iudicium. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, nō est qui faciat bonum, nō est usq̄ ad unum. Hic unus & solus est, qui integre fecit & integre docuit p semetipsum, per illos aut, quantum fuerat grē suæ complitū. Et proinde magni quidē illi q̄ uocatur siue uocabunt in regno cœloꝝ, sed eorū magnitudo ad huius magnitudinē non attingit, quā significat in sermone isto tones dicēdo: Dicitur est antiq̄, ego aut dico uobis. ¶ Inter magnū istum q̄ fecit & docuit, & illū minimū qui soluit & docuit, mediū sunt, & ille qui fecit & nō docuit, quia scientiam siue facultatem docendi nō habuit, & ille qui nec fecit nec docuit, forte quia tēpus faciendi nō habuit. De omnibus his magnus iste iudicabit, ita ut minimus ille, qui soluit & docuit, non intret in regnū cœloꝝ, quia uidetur sibi esse filius regni illi aut qui nec fecit nec docuit, quia nec potuit nec sciuit, p gratiā sit nonnullus in regno cœloꝝ, qualem considerans Apostolus: Si uero, inquit, qui nō operatur, credenti autē in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiā &c. Ille q̄ fecit & nō docuit, uidelicet omnis qui in populo fuit adiutor, & nō potuit esse doctor, locum uel ordinē suum in eodem regno cœloꝝ habebit, non nihil differentem ab ille qui fecerit & docuerunt qualium primi fuerunt apostoli, & his quoq̄ magnus iste (ut iam dictum est) longē præerit. Ex illa suæ magnitudinis autoritate protinus ait: L. Dico enim uobis, quia nisi abundauerit iustitia uestra plusq̄ scribæ & pharisaeorū, non intrabitis in regnū cœloꝝ. ¶ Ergo scribæ & pharisæi non intrabunt in regnū cœloꝝ, & hoc dico uobis (ait) tanq̄ magnū, tanquā regni cœloꝝ arbiter, uel ut ille cuius dictum in potestate, cuius in dicto potestas summa est. Et quare scribæ & pharisæi non intrabunt in regnū cœloꝝ? Videlicet, quia non abundat, imō deficit & nulla est iustitia illorū. ¶ Quid enī, si manibus suis me non occidit? L. Audistis quia dictum est antiq̄, Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. ¶ Et hoc dictum siue præceptum se non trāsgredi fingunt, dum suis me manibus nō occidunt. L. Ergo autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. ¶ Quare iras? Videlicet quia ira uoluntas occidēdi est. Et quoniam occidere uult, recte iam homicida esse iudicatur, iuxta illud, Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Non enim qualemcuq̄ iram, uerbi gratia, repentinū calēris animi motū leuiter surgentē, leniter nihilominus residētē, hic intelligere debemus: sed iram eiusmodi, quali scribitur iratus fuisse Cain: iratusq̄ est Cain (ait scriptura) uehementer, & cecidit uultus eius. Dixitq̄ dñs ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Sic nāq̄ iratus est, ut occidere cogitaret. Qui similiter irascitur, quis ille est, reus erit iudicio, subauditur dūtaxat diuino: quia uidelicet humano nec dū tēneri potest homicida iudicio, latet enī homines odiū quod in corde est, scriptura dicens: Homo uidet in facie, deus autē in corde. Quod si odium, q̄d prius latebat, signo aliquo proditū fuerit, iam non solū diuino, uerū etiam humano reus erit iudicio. Ait ergo: L. Qui autē dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilio. ¶ Concilium nanq̄ conuentus est hominū ad iudicādum, eorū, qui de peccatis agendi siue iudicādi ecclesiasticū sortiti sunt ministeriū. Racha enim nōnulli dixerūt esse uocem nō significantē aliqd, sed indignantis animi motū exprimentē. Has interiectiones grammatice uocāt partes orōnis significantes cōmoti animi affectum, uel ut cum dicitur à dolente heu, uel ab irascente homine. Alij dixerunt hoc uerbū proprie esse hebraicum. Racha enim dicit inanis aut uacuus, quem nos postumus uulgata iniuria, absq̄ cerebro nuncupare. Igitur q̄ dixerit fratri suo racha, id est, qui odium in corde cōceptum, tali signo uocis uel oris sui prodiderit hominibus, quale est racha, ut nō dubium sit, certisq̄ testibus argui possit q̄ frater suum oderit, reus erit concilio. Legitimūq̄ fiet super eum iudicium ab hominibus, ita ut enī ab

Abdæ. 1.

Iacobi 2.

Qui fecerit & docuerit.

1. Tim. 3.

Aliq̄ mediū inter facientem & non facientem.

Rom. 4.

Scribæ & pharisæi q̄ ceterum Chēm.

1. Ioh. 3.

Gen. 4.

1. Reg. 16.

Qui dixerit fr. racha.

altari domini iure amoveatur, donec & satisfaciatur deo, & reconcilietur fratri suo. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Insultantes malis alienis, solent dicere, fatue. Exempli gratia: Iuliano apud Persas interempto, dum nuntiatus fuisset eius interitus in urbe Antiochia, putantes cuncti habentes festiuitatem, & non solum in ecclesiis & sepulchris martyrum, sed etiam in theatris exultantes, & uictoriam Christi prædicantes, communiter clamabant oēs Maxime fatue, ubi sunt uaticinia: Vicit deus & Christus eius, uerum sic illi recte insultauerint & recte dixerint, utpote non fratri, quinimod hosti & inimico acerrimo, fratris nri, fratris optimi Iesu Christi, de cuius fide procedit omnis fraternitas siue paternitas utilis, quæ in celo & in terra nominatur. Fratri autem taliter insultare, taliter dicere, fatue, peccatum est nimis grande, utpote testimonium cordis obdurati, quod habet odium insatiabile. Igitur iusta sententia dicentis, reus erit gehennæ ignis, & subaudiendum est, nisi poenitentiam egerit. Ad huc peccati modum pertinuit illa maledictio Semei, quando regem Dauid fugientem à facie filij sui Absolon, silentem & operto capite nudisq; pedibus incedentem maledicebat, dicens: Fugere uir sanguinum & uir Belial, ecce premunt te mala, quoniam uir sanguinum es. & ita gra diebatur, maledicens, & mittens lapides aduersum eum, terramq; spargens. ¶ Scribæ & pharisæi præ cunctis hominibus maligni, & ut propheta præ dixit, in die malum separati, sic irati sunt fratri suo, sic dixerunt fratri suo racha, sic dixerunt fatue, filij gehennæ, rei gehennalis incendij, cum nihilominus in se confiderent tanquã iusti. Non occiderunt fratrem suum manibus suis, sed irati sunt fratri suo, qui dicit in psalmo, & odio habuerunt me gratis. Irati sunt enim nimis odio implacabili, non aliam ob causam, nisi quã sapientia testatur eos dixisse, quoniam contrarius est operibus nostris. Vniuersa ecclesiæ schola legit & concinit, longoq; usu iam detritum, quia quod iratus est Cain uehementer, & concidit uultus eius, cum non aliam haberet causam, nisi quia opera ipsius maligna, fratris autem eius iusti a erãt, typus fuit huius odij, quo hinc fratrem suum secundum carnem Iesum Christum oderunt scribæ & pharisæi, non alia ob causam, nisi quia huius bona, ipsorum autem mala erant opera, & auaritiã eorum in doctrina sua redarguebat. Nonne pro huiusmodi odio rei iam erant iudicia? ¶ Addiderunt autem huic peccato, ut non tantum illum haberent odio in corde suo, uerum etiam dicerent Racha eidem fratri suo, scilicet omne uerbum malum quodcunq; fuggerere potuit hostilis indignatio. Exempli gratia: Nonne hic est filius fabri? Et alibi: Da morium habet, & insanit, quid eum auditis? Et multa his similia. Et si nihil plus fecissent aut dixissent, nonne rei iam fuissent non solum iudicio diuino, uerum etiam ecclesiæ concilio? Propter reã quippe sententiã haberet in eos omne patriarcharum & prophetarum concilium, ut dicerent, Væ his qui dicunt bonum malum, & Addiderunt etiam adhuc, ut insultarent ei in ipsius passione, & subsannarent in ipsa morte, quod erat ut supra demonstratum est) dicere fatue. Cum enim moreretur frater ille, qui dicit in psalmo, Quasi proximum, quasi fratrem nostrum, sic complacabam, præter uentes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruxit templum dei, & in triduo illud te edificat. Salua te meris ipsum. Antea quoq; cum cepissent eum, sic illud debãt ei tanquam fatuo, sic deridebant eum tanquam fatuum, cedendo colaphis, & dicendo, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit. Inter hæc omnia uidebantur sibi aut uideri uolebant iusti, & non transgressores legis dicentis, Non occides: quum dicerent, Nobis non licet interficere quenquam, & non occiderent eum manibus suis, sic iusti, sic integri factores legis, ut non saltem introire uellent in pretorium gentilis hominis, ut non contaminarentur, ut euangelista, sed manducarent pascha. Recte igitur & uere dixit, quia nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum celorum, id est, nisi non solum manus uestras contineatis ab occidendo, uerum etiam liberetis animum uestrum ab ira uel odio, & (quod plus est) os uestrum ab indignationis quolibet sono, & (quod abundantius est) linguam uestrã ab insultando fratri cui libet, in quocunq; fuerit malo. ¶ Quid tandem distat inter iudiciũ, quod dictum est antiquis, qui aut occiderit, reus erit iudicio, & iudicium istud quod hic audimus, Ego autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: Non enim nulla debet esse distantia iudicij, ubi tanta distantia est reatus iudicandi, quanta hic intelligitur inter homicidium quod perpetratum est manibus, & homicidium, quod ut fieri possit, animo uel cogitatione uersatur. De homicidio quod perpetratur actu, iudicatur homo lege constitutus: de homicidio, quod non est opere peractum, sed ut fiat, mente tractatur, solum ut dicat deus, saltem per legem naturalem, quæ in cordib; scripta est, quæ est huiusmodi, quod tibi non uis fieri, alij ne feceris. Hoc iudicium primo in Cain iudicium est, qui cum iratus fuisset uehementer, dixit dominus ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? &c. Illud autem iudicium, ubi homicidium manifestum est opus, sic iudicatur homo, ut se habet causæ modus, quem admodum lex loquitur: Qui (inquit) per cussit hominem, uolens eum occidere, morte moriatur. Qui autem non est insidiatus, sed deus illum tradidit in manus eius, &c. quæ proseg longũ est. Quid igitur superest consilij iudicij audiuimus, quia cuius ira intãtum progressa est

Qui dixerit fatue.  
Eph. 3.  
a. Reg. 16.  
Amos. 6.  
Psal. 34. 65.  
Sap. 2.  
Gen. 4.  
Matt. 13.  
Iohã. 10.  
Esa. 5.  
Matt. 27.  
Psal. 34.  
Matt. 27.  
Exo. 20.  
Iohã. 18.  
Differentia inter iudicium dei & hois.  
Gen. 4.  
Exod. 21.

est, ut diceret fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis, quæ uidelicet gehennã iam nõ tantummodo iudicij, sed extrema iudicij sententia est. Nunquid hoc tempore, dum in euãgelio prædicatur iudicij, misericordie unquã obliuiscitur euãgelij? Non utiq; sed semp; ubiq; anteq; terminetur iudicij, misericordie porrigit manũ, quæ reudẽ indulgentiã præbet cõsiliũ. Hinc est illud, qd; protinus sublegitur: Si ergo offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuũ ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuũ. Sicut cætera, ita istud quoq; sic sibi putet cõsiliũ omnis peccator siue reus homicidalis odij, quacunq; ex gente uel natione sit, ut sciat primũ esse in intentione sermonis huius iudicij siue scribã & pharisã oẽ; ceterumq; ad illos, imò & contra illos totus ille fere hic sermo habitus est, sicut ex ipsa serie cognosci prout est. ¶ O igitur collegij malum, conciliũ malignantiũ scribã & pharisã oẽ; potificum & senioy: si uis, potes recordari, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, frater quẽ odio habuisti gratis, cui multa indignatẽ exprobrando dixisti Racha, multũ crudeliter insultado dixisti fatue. Quid munus tuũ ad altare cõtendis offerre? Nunquid necis: nunquid nõ audisti Dixit enim in propheta deus: Nõ est mihi uoluntas in uobis, & munus nõ suscipiũ de manu uestra. & alibi: Ne afferas ultra sacrificij frustra. Calendas uestras & solennitates uestras odiũ animæ meæ. Cũ extẽderitis manũ uestras, auertũ oculos meos a uobis: & cũ multiplicaueritis orationes, nõ exaudiã. Quã ob causam: Manus enim uestrę pleny sanguine sunt. Hoc est qd; nũc dicit, quia frater tuus habet aliquid aduersum te. Si ergo huius recordatus fueris, & munus instanter offerre cupis, relinque munũ tuũ ante altare, & uade prius reconciliari huic fratri tuo: uidelicet secundũ consiliũ Petri quoq; apostoli, dicentis: Poenitentia agite, & baptizef uos quicunq; uestrũ in noĩe Iesu Chri, in remissionẽ peccatoy uestroy: hoc enim est reconciliari fratri huic. ¶ Hoc factõ, tunc ueniens offeres munus tuum, munus sanctum, sacrificium uerum, non sicut carnes taurorum, sanguinem hircorum aut uituloy: sed ipsum fratris euldẽ, cui te reconciliatus es, corpus uiuificũ, sanguinem uey, sacrificium sanctũ & immaculatum. Quoties ex illo scribã & pharisã oẽ; concilio uel ordine supercilioso atq; odij pleno, recepturus erat istud humilitatis cõsiliũ, istud gratiæ cõsulentis beneplacitũ? ¶ t quidem recepturi erãt aliquid, quãuis pauci, ut auditis Petri cæteroyq; sermonibus apostolorum, reconciliantur fratri huic, baptizati in nomine eius: sed inter ipsos quãta diuisio, quanta fuit dissensio, sicut Actũ apostolor; liber testat, maxime de relinquendo siue immutando munere uel ritu, quo antea munus offerebatur: Sequitur ergo: Ego consentiens aduersario tuo cito, dum es in uia cũ eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittatis. Amẽ dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimũ quadrantem. ¶ Huic dictõ Apostolus cõsonans: Quapropter, ait, sicut dicit spũ sanctus, hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra &c. Quibus premittis, longam & optimã ingreditur disputationẽ de relinquendo (sicut iam dictum est) prisco munere, & offerendo meliore, sic inter cætera dicens: Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatẽ. ¶ Dicit quoq; ad uersarios eoy, qui erant eiusmodi sermo fuit euãgelij & oĩũ prædicatoy euãgelicæ ueritatis, potestatem habens, non cõsentientem sibi tradere iudici, & non solum iudici, uerũ etiã malo ministro, sub præsentia uel iudicio iudicis, quem admodũ unus illoz iam memoratus apostolus ad Corinthios dicit: Ego qdem absens corpore, præfens autẽ spũ, iudicauit uel præfens eum q sic operatus est, in nomine dñi nostri Iesu Christi congregatis uobis & meo spiritu cũ uirtute domini Iesu, tradere huiusmodi satanę in interitum carnis. Et ad Timotheum scribit: Ex quibus est Hymeneus & Alexander, quos tradi didi satanã, ut discant non blasphemare, Et quid mirum, si sermo dei uel quouis sermonis dei minister in euãgelio, dicatur peccatoris maximeq; iudæi siue scribæ & pharisæi, rebellis & incredulus aduersarius, cum inimicus autoritate propheticã dictus sit eiusdem ipse deus uel dei spũs? Ipsi autem (inquit E. Ias) ad iracundiam prouocauerunt, & affligerunt spũm sancti eius, & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. Et Hieremias lamentando loquitur: Factus est dominus uelut inimicus, præcipitauit Israel, præcipitauit omnia moenia eius. Itemq; ait: Tetedit arcum suũ quasi inimicus, firmauit dexterã suã quasi hostis. ¶ Igitur d scriba literæ occidentis, d pharisæa magni supercilij, resuga spũs uiuificantis, d iudæe declamator manifeste circuncisionis, cum sacerdotibus & pontificibus tuis carnarijs, noli obdurare cor tuum, sed esto consentiens ad uersario huic, sermoni huic gratiæ & ueritatis, & linguæ eius, & ori eius, in quo tibi cepit ad uersari, lingue apostolice, ori euãgelicæ predicationis: ne forte excutiẽdo puluerem pedum suoy in te, tradat te iudici illi qui per Moysen dixit: Qui aut uerba eius quę loqueretur in noĩe meo, audire noluerit, ego ultor existam. Iudex & ultor ille ministrũ habet, ministrũ, inquam, & seruum, de quo ad Iob loquitur: Nũquid feriet tecum pactũ, & accipies eum seruum sempternum? Ille seruus, ille minister, si traditus ei fueris, mittet te in carcerem, in inferiorem infernũ, Quãdiu illic eris? Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimũ quadrantem.

Munera Iudæoy frustra sunt.  
Mala. 1.  
Bian. 1.  
Actu 2.  
sacrificij uerũ corpus 19. sanguinis Chri.  
Actu 17. 21.  
Hebr. 3.  
Psal. 94.  
Hebr. 7.  
1. Cor. 5.  
1. Tim. 1.  
Esa. 43.  
Thre. 3.  
Apostrophe in Iudæoy.  
Deut. 18.  
Iob. 40.

Matt. 26.

Zachar. 11.

tem. Tu triginta argenteos appendisti pretium sanguinis eius, & donec eos reddas usque ad nouissimum quadratem, non inde exies. Quando autem totum reddere poteris. Nunc quid in carcere illo argenteos illos, quos tu proditori dedisti, & proditor tibi retulit, tecum habebis, ita ut respondere possis: Nunquid & quadrates & trientes & uncias siue libras quoque integras ibi trutinare uacabit, de thesauris quos hic tibi thesaurizasti? Non utique, non thesaurus tuus, sed solum peccatum & poena peccati te sequetur illuc. Ne timueris, inquit Psalmista, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam cum interierit, non sumet finem, neque descendet cum eo gloria eius. Ergo non exies inde, donec reddas usque ad nouissimum quadratem, id est, non inde exies in aeternum. Quadrans habet duodecim minuta. Veruntamen in rationibus ponderis, quas ab acie in usu habentes etiam scripserunt, quadrans tres uncias habet, uncia uero duodecima pars assis est. Porro assis totum quiddam est, siue libra, siue quippiam aliud, quod in duodecim partes aequas diuidendum est. Proinde notandum quia non dixit, donec reddas usque ad quadratem, sed usque ad nouissimum quadratem, ut per quadratem nouissimum intelligas de minutissimis, quale apud illos dicitur chalcus siue scilicet, in qua extrema & uncia & unciam partem diuiduntur. Nam & apud alium euangelistam ita scriptum est: Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas. Non solum autem supradictos argenteos pretium sanguinis fraterni, sed infelix & irreconciliatus negotiator, a te putes in illo carcere exigendos, uerum etiam praedam uniuersam quam fecisti tanta insania, tanta cupiditate lucrasti, ut ipsam domum dei, quae domus orationis uocari & esse debuit, speluncam faceres latronum. Et proinde quia frater iste contra tuam disputabat auaritiam, implacabile aduersus eum mente conciperes odium. Ab initio quo patres tui uiginti argenteis uendidit fratrem suum Ioseph, usque nunc auaritia morbo languidus incessisti, & hucusque processisti, ut disputantem, sicut iam dictum est, fratrem istum interficeres, ita ut in pretium sanguinis triginta argenteos dares & reciperes. Totam tantorum malorum exactionem potuisses euadere breui ac compendiosa reconciliatione, & amica uoce confessionis lucrari remissionem uniuersae delicti. Secundo loco frater tibi est omnis, qui te cum unum eundemque deum colit, & benedicit deum & patrem domini nostri Iesu Christi, patrem misericordiarum & deum totius consolationis. Si frater eiusmodi iratus es, si dixisti racha, si dixisti Fatue, etiam pro illo reus es gehennae ignis, ut pote homicida, sicut testatur apostolus Iohannes, quia omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Si ergo offers munus tuum ad altare, si orationem, si quamlibet oblationem, festina secundum praesens consilium auferre huiusmodi fermentum: quia & secundum sanctam ac mysticam legem fermentatum malitiae & nequitiae. Porro uel ipse frater quem odisti, siue alius quis, solus sciens quod pecces, irascendo fratri uel odisti fratem, corripit te inter te & ipsum solum, & quia corripit, quodammodo tibi aduersarius est, & aduersari non desinit, adhuc alium secum si solum eum audire uoluisti, dicendo etiam ecclesiam, si nec duos audire uoluisti, iam ex eo tibi cauendum est, ne aduersarius tradat te iudici, id est, ne fitas ei sicut ethnicus & publicanus, si nec ecclesiam audire uolueris. Nam hoc est sine dubio tradere iudici, reputare cum his qui foris sunt, de quibus dominus iudicabit. Quid enim mihi, ait Apostolus, de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intrasunt, uos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, deus iudicabit. Porro frater quisquis ille est, cui iratus es, quem odisti, & per odium malo uel contumelioso uerbo laesisti, non erit tibi difficilis reconciliatio. Si per odium, propter illud qui dixit: Si peccauerit in te frater tuus, & conuersus poenitentiam egerit, uel dixerit, poenitet me, dimitte ei. Et multa his similia. Veruntamen non propter haec iniustus inuenitur in factio suo Dauid, ad quem uenit Semei, qui maledixerat ei, & prostratus dixit, Ne reputes mihi dominus iniuriam, neque memineris iniuriam serui tui. Agnosco enim seruus tuus peccatum meum &c. Et tunc quid dixit, non morieris, iurauitque ei, sed post ea eum appropinquasset dies, ut moreretur, dixit inter caetera filio Salomonis: Habes quoque apud te Semei, qui maledixit mihi maledictione pessima, quando ibam ad castra, uir autem sapiens es, & scies quae facies ei, deducetque canos eius cum sanguine ad infernum. Non inquam iniustus in hoc factio inuenitur Dauid, quia non uero corde reconciliationem quaerit Semei, non praedeseiderio insistit poenitentia, sed seruili ter metu poenae concidit, quia rex quem oderat in corde suo, cui profugienti maledixit, ita salutatus in regno se dit. Mutauit uocem, non mutauit mentem. Hoc quoque innuit scriptura cum dicit, Ipse quoque uidelicet Banaias filius Ioiadae, interfecit uirum Aegyptium, uirum digno spectaculo, habentem in manu hastam. Aegyptium moribus, non genere, dixit illum Semei, & habentem in manu hastam, id est, datam in potestate sua propriae mortis sententiam, quam hoc modo dedit Salomon: Quacumque autem die egressus fueris & transferis torrentem Cedron, scito te interficiendum. Dixitque Semei: Bonus sermo, itaque sic fecit Dauid, tanquam non fuisset, sed dei & legis uindex, cuius hoc edictum est: Principi populi tui non maledices. Sic illi puniri iussit, ut nihilominus secure dicat, Si reddidi retribuendum mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.

Psal. 48.

Donec red. nouissima.

Luc. 12. Auaritia tu dicitur.

Matt. 21. Iohann. 2. Gen. 37.

1. Cor. 1.

1. Iohann. 3.

Lego & est.

Matt. 18.

1. Cor. 5.

Luc. 17. Videtur Dauid contra Semei iurata.

1. Reg. 19. 1. Reg. 23.

1. Reg. 23.

1. Reg. 2.

Exo. 22.

Psal. 5.

# RVPERTI ABBATIS

## TIS TVITIENSIS OPERIS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER V.



VM PLVRIMA DICTA SINT ANTIQVIS, ET

omnia comprehendantur uno nomine legis, quam dominus ipse, non ueni, inquit, soluere legem, sed adimplere: ratione non frustra qugerat aliquis, cur pauca de plurimis, id est, tantummodo sex dicta pro exemplo posuerit, ut appareret, quibus modis agenda foret adimpletio, quam dixit: & cur ista potius, quam caetera, hic assumpserit, taliq; ordine digesserit. Primum est, non occides: secundum, non moechaberis: tertium, quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudij: quartum, non peierabis: quintum, oculum pro oculo & dentem pro dente: sextum, diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum. Haec, ut iam dixi, non frustra qugerat aliquis, cur potius assumens, quam caetera, tali ordine digesserit, per singula subiungens, ego autem dico uobis: Ad haec breuiter dicendum, quia quae sub istis continentur dictis siue praecipis, ita sunt necessaria Christiano homini ad perfectionem iustitiae tendenti, ut sine his perfectus esse non possit eadem perfectione, quam post eadem dicta diligenter commendans, tandem dicit: Estote & uos perfecti, sicut & pater uester coelestis perfectus est. Hoc namque primum est opus iustitiae, esse unanimes in fide & fraternae dilectione. Quid aliud nobis intimare curauit, dum praemisso, dictum est antiquis, non occides, adiecit, ego autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo & caetera, usque, esto consentiens aduersario tuo? Post hoc initium iustitiae, quid tam pulchrum, tam deo dignum, quam pro adipiscenda castitate laborare? Hoc plane uehementi intentione declamat, dum praemissum, dictum est antiquis, non moechaberis, adiecit, ego autem dico uobis, quoniam omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, & caetera usque, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Porro studium castitatis sic discrete erat exercendum, ut nullum ipsi naturae generare scandalum, id est, ne praedicatio castitatis occasio fieret adulterij, quod & Apostolus praecauens, his autem qui matrimonio uincti sunt praecipio, non ego, sed dominus, uxorem a uito non discedere. Super hoc nimirum confessum nos instruit, dum praemissum dictum est, quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudij, subiungit, ego autem dico uobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam moechari. Cum autem huc usque Christianus profecerit, ut castitatis uirtute praecinctus sit, confestim & ille iustitiae successus eum delectare poterit, ut cunctis quoad potest se eximat negotijs seculi. Hoc intendens, cum dein de dixisset, dictum est antiquis, non peierabis, adiecit, ego autem dico uobis, non iurare omnino, &c. Denique sine iuramentis quomodo tractari possint negotia seculi? Cum ergo dicit, non iurare omnino, libellum esse uult ab omni seculari negotio. Perfectio qui hanc susceperit partem consilij, consequenter & illud suscipiet, ut iniuriam non solum non facere, uerum etiam pari propter deum uelit. Mox itaque praemissum, dictum est, oculum pro oculo & dentem pro dente, adiecit, ego autem dico uobis, non resistere malo, &c. Post haec unum adhuc necessarium est iustitiae signaculum, quod protinus superponens, dictum est, ait, diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum. Ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt, & caetera, quae ita concludit: Estote & uos perfecti, sicut & pater uester coelestis perfectus est. Nunc horum omnium series iuxta praepositum siue inceptum diligentius percurrenda est. Audistis quia dictum est antiquis, non moechaberis. Ego autem dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Quomodo supra homicidij, ita hic adulterij uoluntas damnatur, etiam non sequente effectu. Videre namque mulierem ad concupiscendum eam, quid aliud est nisi contemplari mulierem, habendo uoluntatem adulterandi eam? Recte ergo, sicut qui irascitur fratri suo, uel qui odit fratrem suum, homicida est, & iccirco reus erit iudicio: ita qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam, inquit, moechatus est eam in corde suo, & iccirco nihilominus reus erit iudicio. Veruntamen adhuc parum est, eiusdem uel uisum contere, si uis in te ueracem facere eum, qui hic praeloquens dixit, non ueni legem soluere, sed adimplere. Proinde audi quod sequitur adhuc. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proice abs te. Expedi enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Etenim hic & sensus. Ut sis in castitate perfectus, non solum sinistram oculum eruere, uerum etiam dextram debes proijcere abs te, si tamen scandalizat te, id est, non solum adulterij concubitus concupiscitiam fugere, uerum etiam licitum amorem, licitam coniugij copulam soluere, & abicere, si duxerit

Quaestio.

Responso.

Sex dicta legis, per exemplum iustitiae.

Non moechaberis.

Addo & est, oculum dextrum proijcere.

tecum nõ consentit mulier habitare, aut si propter cohabitationem eius periculũ tibi subeundum est uitæ uel salutis æternæ. Nam hoc modo reuera dexter oculus tuus scandalizat te, si uel te uirum mulier uel te mulierẽ uir coniunx nõ patitur in fide Christi permanere. ¶ Huic fundamentum fideliter insistentis Apostolus, infidelis, ait, si discedat, discedat. Non est enim seruituti subiectus frater aut soror in eiusmodi. Exempli gratia: Pone ludæum siue gentilem uirum siue mulierem conuerti uelle ad Christum, siue iam credidisse in Christum, & de coniugali copula pati huiusmodi scandalum, ut aut soluendum coniugium, aut fidei subeundũ sit dispensandum. Nonne huic incunctanter & certissime dicas, expedit tibi ut perdat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam? Sic & fratrum & liberorum atq; affinium & propinquorum in causa hac nescire debemus affectum, imò truncare expedit huiusmodi portiones, ne dum uolumus lucrifacere cæteros, ipsi in æternũ pereamus. Vnde & de sacerdote magno dicit, cuius anima cultui dei dedicata est. Super patre & matre et filijs non polluetur, id est, nullius affectum sciet, nisi eius, cuius cultui dedicatus est. L. Dicitur est autem: Quicumq; dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudiij. Ego autem dico uobis, quia omnis qui dimiserit uxore suam, excepta fornicationis causa, facit eam moecham. Et qui dimissam duxerit, adulterat. ¶ Ne ergo nimium sis festinus, o auditor euangelicæ pacis, ad erudendum oculum tuum dextrum, ne multum festines quasi propter euangelium rumpere coniugij uinculum, quod supra diximus competenter significari per oculum dextrum. Dixit tibi supra, erue oculum tuum dextrum si scandalizat te; & non dixit, erue oculum tuum dextrum, ne forte scandalizet te. Vt manifestius fiat quod dico, non tibi dicit euangelium, dimitte uxore tuam, quam tecum Christiana fides inuenit, ne forte seducat te; sed dicit tibi, dimitte eam, si propter fidem odit te, & tecum non consentit habitare. A diuina sensum ueritũ Apostolus ad cautelam necessariam, cum dicit: Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc qui dem consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet uirum infidelem, & hic quidem consentit habitare cum illa, nõ dimittat uirum, & subinde: Vnde enim scis mulier, si uirum saluum facies? Aut unde scis uir, si mulierem facies saluam? fieri namq; poruit & non nunquam factum est, & non nunquam futurum Apostolus scire poterat, ut per mulierem uir, & per uirum mulier salua fieret. Rachel uero uxor Iacob per idololatriæ culpã pene perditã erat, quippe quæ & cum \* uultro proficiscens, furata fuerat idola patris sui Laban, sed saluata est per uirum, dicentem paulo ante quam moreretur, periclitãta partu. Abijcite deos alienos, & mundamini, ac mutate uestimenta uestra. Surgite & ascẽdamus in Bethel, ut faciamus ibi altare deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & fuit socius itineris mei. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebãt. At ille infodit eos subter Therebintum. Ergo coruicante Christi euangelio, o ru quicumq; coniugatus, quæcunq; coniugata inuenta es, comparem siue thori confortem ad fidem Christi prænũmens, expectã nec desperes quandoque se qui posse quamuis tardantem. Habes namq; non solum rationem, uerum etiam exempla, cuncte salutis comparis desperare non debes. Sanctificatus est enim uir infidelis in mulieri fidelis, & sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelẽ, uidelicet, ut illa, quam dixi, Rachel. Sed hoc aliquando factum est, & adhuc fieri potest. ¶ Vna dumtaxat causa est, propter quam dimittere liceat etiam inuitam, & tecum habitare cõsentientem, scilicet fornicatio. Sola enim causa ista te liberat, ut non iudiceres fecisse illam moecham, cum alius eam duxerit, quia prius illa moechata est, quàm tu illam dimitteres. Lex quoq; ubi dixit antiquis dare libellum repudiij, non omnino de isto iudicio tacuit, quod scilicet & qui dimissit & qui dimissam duxit, uterque adulterij reus fuit. Quid ergo amplius hic dixit quam dictum est antiquis? Videlicet quod in euangelio causa ista non recipienda sit, ut uxorem suam propter odium dimittat quis, ne caligãt profusus ob causam hoc licitum sit, nisi ob illam, quam dixit, causam fornicationis, quæ sola cũ intercederit, reatu moechiæ non inuoluitur is qui dimisit. In posteriore parte huius euangelij plenius exponit saluator, quod Moyses libellum repudiij dari iusserit propter duritiam cordis maritorum, non discidium concedens, sed auferens homicidium. Multo enim melius est, licet lugubrem, euenire discordiam, quàm fundi sanguinẽ per odium. L. Iterum audistis, quia dicitur est anti quis, non peierabis, reddas autem domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis, non iurare omnino, neq; per cœlum, quia thronus dei est; neq; per terram, quia scabellũ est pedum eius; neq; per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis; neq; per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit tamen sermo uester, est, non non. Quod autem his abundantius est à malo est. ¶ Sciendum hic in primis, quia dictũ hoc domini, non iurare omnino, nõ nihil in rationibus nostris differt à cæteris dictis eiusdem domini. Deniq; ut non irascaris fratri, ut non uideas mulierem ad concupiscẽdum eam, ut nõ dimittas uxorem excepta fornicationis causa, ut non resistas malo, quoniam nõ percutient dexteram maxillam præbeas & alteram, ut bene facias his qui oderunt te, & ores pro persecutibus & calumniantibus, nec litera, nec spiritus legis usquam contradicit. At uero ut non iurea

omnino, non uidetur lex in tuo reliquisse arbitrio. Dicit enim: Si latet fur, dominus domus, à quo sublatũ est furto quippiam in custodiam sibi commendatũ, applicabitur ad deos, id est, sacerdotes, & iurabit quod non extenderit manũ in rem proximi sui, ad perperandam fraudem. Item: Si quis commendauerit proximo suo quodcunq; iumentũ ad custodiam, & mortuum fuerit aut debilitatũ uel captum ab hostibus, nullusq; hoc uiderit, iurandum erit in medio, quod non extenderit manũ ad rem proximi sui, suscipietq; dominus iuramentũ, & ille reddere non cogetur. ¶ Quomodo ergo dicit nobis, non iurare omnino, nisi ita dumtaxat, ut uelit nos eos, quæ occasionem siue etiam necessitatem præbent iurandi, nihil propriũ possidere in mundo? Et reuera hic est ordinatus ad perfectionẽ iustitiæ profectus, ut postq; erueris abs te oculũ dextrum eo modo, quo supra dictũ est, totũ dein de sequaris consiliũ, quod huiusmodi est: Si uis profectus esse, uade & uide uniuersa quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. Cum enim hoc feceris in tuo iam erit arbitrio, non iurare omnino. ¶ Quod de in de dicit, neq; per cœlum, neq; per terram, neq; per ciuitatem Hierosolymã, neq; per caput tuum iuraueris, iam non solummodo consiliũ, uerum etiam præceptũ est, quia uidelicet per elementa mundi iurare, omnino delictũ est. Hanc per elementa iurandi pessimam consuetudinẽ semper habuere Iudæi, sicut propheta is eos sermo frequens arguit, utpote creaturas resq; carnales uenerãtes honore & obsequio dei. Qui enim iurat, profecto aut ueneratur aut diligit id per quod iurat. ¶ Porro hic uenerationem circa hæc habendam uidetur augere, cum dicit de cœlo, quia thronus dei est, de terra, quia scabellũ est pedum eius, de Hierosolyma, quia ciuitas est magni regis, & iccirco per ista ne iuraueris, inquit. Nunquid hoc sensu res istas magnificat, ut earundem rerum non sit ausu iurandi temeranda maiestas? Imò hæc iurandi uocibus indigna iudicat. Solus enim deus solus creator est, per quem iurandum fit, si necessitas iurare compellat. Ait enim lex: Et per nomen externorum deorum non iurabitis, nec audietur ex ore uestro. Item: Domini deum tuum timebis & ei seruias, ipsi adhærebis, iurabisq; in nomine illius. Et hoc quasi paruulus fuerat lege concessum, ut quomodo uicinas immolabant deo, nec eas idolis immolarent, sic & iurare permitterentur in deum, non quod recte hoc facerent, sed q; melius esset deo id exhibere q; dæmonijs. Cum igitur dicit, neq; per cœlum iuraueris, & causam istam subiungit, quia thronus dei est, itemq; de terra, quia scabellũ est pedum eius, idem est, ac si dicat, quia cœlũ tanto minoris est eo per quem solum iurare cõcessum est, quanto minoris est sedente sua sedes itemq; terra tanto minor illo est, quanto minoris est scabellum eo cuius sub pedibus est. Similiter Hierosolyma, quæ, ut multũ dicam, ciuitas magni regis est, forte Dauid qui illam cepit, aut Salomõis qui illam ampliãuit, siue etiã dei, propter fundatã in ea templũ dei. Quid ergo per ista iuras, cũ cœlũ nõ deus, sed tuo sensu scabellũ pedum dei sit, propter illud quod in propheta dicit, cœlũ mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum; cum Hierosolyma non deus, sed ciuitas sit regis magni? De capite tuo quid dicat? Quid iuras per caput tuum, id est, per te metipsum, cum tu non feceris tems tipsum? Illũ namque solum iurare decuit per semetipsum, quem alius non fecit, quia maiorem se, ait Apostolus, per quem iuraret, non habuit. Hæc secundum tempus illud maxime contra Iudæos dixerit, qui per angelos & urbem Hierusalem & templum & elementa iurantes, creaturas resq; carnales uenerabantur honore & obsequio dei. Deniq; considera, quod hic saluator non per deum iurare prohibuerit, sed per cœlum & terram & per Hierosolymam, & per caput tuum. ¶ Porro Euangelica ueritas non recipit iuramentum, cum omnis sermo fidelis pro iure iurando sit. Dicit enim: Ego autem dico uobis, non iurare omnino. Sit autem sermo uester, est, est, nõ nõ. Quod autem his abundantius est à malo est, subaudiatur illius, cuius infirmitate seu duritia iurare coactus est. Exempli gratia: Vt is qui primus ex hominib; iurasse legitur Abraham. Quod enim iurauit à malo eius fuit qui dixit: Iura ergo per dominum, ne noceas mihi & posteris meis stirpiq; meæ, sed iuxta misericordiam, quam feci tibi, facias mihi & terrẽ in qua cõuersatus es aduena. Rex enim erat ille, & nisi rogatus ab eo iurasset Abraham, magis illi suspectus esse poterat. Similiter erod a postolus iurauit Corinthijs, si tamen nihil minus habet à iuramento quod dicit, deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quod non mentior, item: quæ quotidie morior per uestram gloriam fratres: à malo fuit ipsorum; quos ipse culpans ait: Factus sum inhiptens, uos me coegistis. Ego enim debui à uobis commendari. Postquam consiliũ hoc sequi cõeperit Christianus homo, ut non iuret omnino, quod ( sicut iam supra dictum est ) tunc demum obseruare poterit, si semetipsum expedit ab omni seculari negotio, quod iam sequitur secundum propositum eius ad perfectionem iustitiæ tendentis, nisi hoc, ut nulli malum pro malo reddere uelit, nec salutem resistere iniuriam facienti? Sequitur ergo, L. Audistis quia dictum est, oculum pro oculo & dentem pro dente. Ego autem dico uobis, non resistere malo. ¶ Sicut illud dictum antiquis, quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudiij, ita & istud, oculum pro oculo, & dentem pro dente, non præcipientis, sed concedentis siue permittentis fuit, uidelicet ob du.

Exodi 28  
Ibidem.  
Matth. 23  
Nõ iurãdũ est, neq; p cœlum, neq; p terrã, &c.  
Exodi 23  
Deut. 6  
Esaie 66  
Hebræo 6  
Sit sermo uester, est, est, nõ nõ.  
Gene. 22  
2. Cor. 11  
2. Cor. 13  
Exodi 21  
Deut. 19



ob duritiam cordis, cui nequaquam sufficit æqua repensio, nec requiescit, nisi de poena crudelitate fatiata fuerit. Ergo in hoc est adimpletio legis, dum non solum uicariam non reposcere docetur poenam, uerum etiam ad ois iniuriæ uir ecclesiasticus format patientiam. L Si q, ait, te percusserit in dexterâ maxillâ tuâ, præbe illi & alterâ. Et ei qui uult tecum iudicio contendere, & tunicâ tuâ tollere, remitte ei & pallium. Et quicumq; te angariauerit mille passus, uade cum illo alia duo. Qui petit à te, da ei. Et uolenti mutuari à te, ne auertaris. Verè propter huiusmodi doctrinam saluator quodam loco dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Etenim qui e contra faciunt, qui percutientem in maxillam, quoad possunt, repercutiunt; qui pertinaci contentione agunt, ne uincatur ab eo qui uult tollere tunicam uel pallium, nonne laborant? Nonne onerati sunt? Eccontra qui præfens sequuntur consiliū, nonne requiem etiam in præfenti seculo inueniunt? Iam fiet illud quod dicit, qui petit à te, da ei, si hilariter fiat, quoniam, ut testatur Apostolus, hilarè datorum diligit deus, quanta ibi iucunditas: Quanta festiuitas: Veruntamen notandū, quod non ita dixit, & qui petit à te, da ei quicquid petit. Quis enim hoc semper facere potuit? Forte petit aurum, tu autem non habes aurum uel argentum. Propterea dicit illud, quod Petrus apostolus dixit, dum claudus mendicans intenderet in eum, sperans ab eo se aliquod accepturū: Argentum & aurum non est mecum, quod habeo, hoc do tibi. Etenim si uoluntas prompta est, ait Apostolus Corinthiis, secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. Et si non est aliud, sermo responsionis porrigatur bonus, quia scriptum est: Sermo bonus super datum optimū. ¶ Sciendum quia dominus noster, qui hæc docet, in primis uel maxime fecit quæ docuit. Petenti dedit, imò non expectauit ut peteretur, sed uultro dedit plus quæ petere sciret aliquis. Quomodo cepit? Scripsit enim, ait idem Apostolus, gratiâ domini nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est cum esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis. Ipse percutienti maxillam præbuit non solum alteram, uerum etiam totum corpus ut saturaretur obprobrijs, sicut dictum fuerat per prophetâ Hieremiam: Ipse uolenti cum eo cõten dere iudicio, uidelicet Pilato siue populo Iudaico, non respondit uerbum, tollentiq; tunicam eius inconfutibilem & desuper contextam per totum, remisit & omne uestimentum, ut facerent quod scriptum est: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem. ¶ Porro quod adhuc dicit, et quicumq; te angariauerit mille passus, uade cū illo alia duo, subauditur milia passuum: multo insignius quàm litera sonat, ipse paulo ante fecerat. Hic primo sciendum, quia mille passus sabbathizantem lex cõcedit. Quod autem uel quale est aut esse debet spiritualis uiri sabbathum, nisi secreta & quæta meditatio rerum spiritualiū? Nimirum eiuusmodi sabbathum sabbathizabat ipse in deserto, quando accessit ad eum tentator. Veraciter hoc fuit mille passus angariari, cum tentatore in illo tali sabbatho altercari. At ipse tantummodo mille passus angariari, id est, non tantummodo semel passus est tentari, sed iuit cum illo alia duo, quia duas præter priorem tentationes pertulit, assumptus ab illo in sanctâ ciuitatem, & ductus in montem excelsum ualde, et tunc dixit ei: Uade Satanas. ¶ Forte & tu o anima magni apostoli, siue cuiuscunq; uiri apostolici, sabbathizare uis. Expoliasti te tunicâ tuâ, lauisi pedes tuos, & in cubiculo secretae contemplationis sabbathizare uis. Sed ecce uox dilecti tui pulsantis: Aperi mihi foror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Hæc dicens: Vtq; angariare te uult mille passus, quod est sabbathizare, ut antea iam dictum est: Angariare, inquam, te uult, ut postposita, quam elegeras solitariae contemplationis requie surgas illi aperire, uadas euangelium eius annuntiare, & hoc in una parte orbis terræ in Asia, ubi sita est Hierusalem siue Iudæa, ubi euangelium eius primū loqui oportebat. Uade cum illo alia duo milia passuum, id est, noli contentus esse in una Asia prædicare, sed & in Africa & in Europa prædicando labora, laborando prædica euangelium, & hoc modo pulchre angariatus es, uadens cum illo non solum mille passus, sed & alia duo, suntq; tria milia passuum, quia tres sunt partes orbis terrarum. Nunquid in huiusmodi angaria plus inuria tu pro illo, quàm ille pro te passus est? Illum quippe deum & hominem diabolus tentator, te purum hominẽ angariauit ipse deus saluator. ¶ Interea iustificare debemus deum & patre dñi nostri Iesu Christi, ipsumq; filium qui hic loquit nobis: & dum non accipimus quod ab ipso petimus, nihilominus cū Psalmista diceret: Fidelis dñs in omnibus & uisus & sanctus in omnibus operibus suis. Quid enim? Nūquid illud solū dixit: Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, petite & accipietis, petite & dabitur uobis? Nonne & hoc dixit: Date & dabitur uobis, & quod hic in præfenti loco habemus, qui petit à te, ne auertaris: Volumus audire, petite & dabitur uobis: & dissimilamus audire, date & dabitur uobis. Profecto sicut apud Esaiâ ubi præmittens, quærite iudicium, subuenite oppresso, & cetera, tunc demum subiungit, & uenite & arguite me: ita & hic iuris peritus esse debetis, ut cum feceris quod dicit: Qui petit à te, da ei, & uolenti mutuari à te, ne auertaris, tunc demum uenias & arguas eum, eo quod non acciperis,

Matth. 11  
1. Cor. 9  
Actoꝝ 2  
1. Cor. 8  
Prouerb. 15  
Chriꝝ quæ docuit ipse in primis fecit.  
1. Cor. 8  
Threnor. 3  
Iohan. 19  
Psal. 11  
Actoꝝ 1  
Matth. 4  
Lucæ 4  
Bona angariatio apostolorum & similitum.  
Canticor. 5  
Date & dabitur uobis.  
Psal. 144  
Iohan. 16  
Lucæ 11  
Lucæ 11  
Esaia 1

peris, iuxta promissum hoc, petite & accipietis. ¶ Adhuc unum superest o christiane dictum uel dicendum tibi, & sex erant dicta domini, & cum sex, quasi diebus dictorum huiusmodi bene operatus fueris, legemq; adimpleueris, tunc demum uir emeritus iure introire in requiem domini, & sabbathismum filiorum dei sabbathizare dignus sis. Quid est illud? L Au distis, inquit, quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum. Ego autem dico uobis: Diligite inimicos uestris, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. ¶ Poteras percutienti maxillam dextram, etiam iratus præbere alteram, & dicere non, ut Apostolus, pronuntians do, percutiet te dominus, sed imprecando, percutiat te dominus paries dealbati poteras auferenti tunicam, etiam iratus remittere & pallium, & dicere non, ut idem Apostolus, comminando siue pronuntians, reddet illi dominus, sed male dicendo siue imprecando, reddat illi dominus secundum opera eius, ut non esset contra hoc legis mandatum adhuc minimum: Diliges amicum tuum, neque contra hoc legis permittum, & odies inimicum tuum. Porro tendenti tibi ad gradum optimum, ut sis filius patris tui qui in caelis est, permisso uti non conuenit, ut odio habeas inimicū tuum, imò expedit ut diligas eum iam, dum adhuc inimicus est, et pro illo ores. ¶ Quare ergo lex dixit, & odies inimicum tuum? Nonne ipsa eiusdem uox est, cuius & euangelium? Quare ergo tam diu distulit dictum hoc tam benignum: Dilige inimicum tuum? Videlicet, quia hoc impossibile erat legi, & in hoc infirmabatur per carnem, sicut Apostolus ait: Quorum per carnem infirmabatur: Nimirum eorum qui sub lege erant, quia carnales erant. Sicut ad duritiam cordis eorum permittit eis dare coniugibus libellos repudij, ita nihilominus ad duritiam cordis eorum & propter infirmitatem carnis eorum alia quoq; multa permittit quorum de notissimis est hoc unum, & odies inimicū tuum, siue ita, propinquus occisi statim, ut homicidâ apprehenderit, interficiet eum: Dicis itaq; mihi: Nonne & hodie in hominibus eadem est tam duritia cordis quàm infirmitas carnis? Est quidem, sed exemplum accessit, quod antiquis defuit. Debet plus ualere doctrina, ubi docentem sua commendant opera. Audiri debet præceptum, quod præceptoris roborauit exemplum. Ecce filius dei præceptor & doctor de caelo uenit: quod præcipit, fecit quod docet, opere ostendit. Dilixit inimicos, nam cum inimici esset, ait Apostolus, reconciliauit nos deo. In ipso mortis articulo pro persequentibus & calumniantibus se orauit, pater, in quies, ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt, cunctis quæ credere uolentibus reatum suæ mortis indulsit. Hoc exemplum doctrinâ eius adiuaat, quod quia defuit quando data est lex, erat ipsa lex infirma: simulq; quia spiritum dilectionis dare non poterat, tale quid illi efficere & ad perfectionem cogere homines impossibile erat. Iste quia & perfectionis exemplum & dilectionis spiritum dedit, iccirco iam extunc uere à nobis imitationem exigit grandi proposita spe, quæ cum uenerit, profecto meritum omne excedit, ut simus filij dei, fratres & coheredes unici filij dei. ¶ Et in hoc dicto cum dicit, ut sitis filij patris uestri qui in caelis est, magna subiungitur distantia filiorum multorum & ipsius unici filij dei. Ille nanq; non ut esset filius dei, sed quia erat filius dei, dilexit inimicos, secundum naturam suæ bonitatis: alij omnes, non quia sunt, sed ut sint filij dei, diligant inimicos imitatione illius bonitatis, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hoc si sensu duplici intelligas, abundantius ualet: Nam est quidem magnam bonitatis siue benignitatis eius experimentum, quod solem istum uisibilem facit oriri super bonos & malos, & pluuiam terræ necessariam pluit super iustos & iniustos, sed maius multo est, quod solem iustitiae, solem uerum, Christum filium suum notum facit bonis & malis, tam qui ex Iudæis, quàm qui ex gentibus sunt, & uoluntaria prædicationis euangelicæ pluuiam cunctos irrigans, cohortatur eos facere bonum fidei uel poenitentia fructum. L Si enim diligitis eos tantum qui uos diligunt, quam mercedem habetis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si saluta ueritis fratres uestris tantum, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo perfecti, sicut & pater uester celestis perfectus est. ¶ Vbi opus laboriosius, ubi labor est operiosior, ibi uel inde merces maior, & corona acquiritur gloriosior. Porro multi præcepta dei, imbecillitate sua, non sanctorum uiribus, æstimantes, putant esse impossibilia quæ præcepta sunt, & dicunt sufficere uirtutibus, non odisse inimicos, cæterum diligere plus esse quàm humana natura patitur. Non sunt impossibilia, sed possibile est obseruari hæc omnia, quippe cum de iustis hominibus exempla nonnulla sunt, qui hæc obseruauerunt. Stephanus protomartyr deprecatus est pro lapidantibus inimicis, & Paulus optabat anathema esse pro persecutoribus suis. Sed & ante exemplum huius filij dei, cuius est dictum, qui que fecit hoc ipsum dicens, pater ignosce eis, quod enim faciunt nesciunt. Dauid iniustus planxit Saulem, luxit Absolon, ambos ipsius benefeqentes, ambos ipsius animam quaerentes, iniustum Dauid iccirco dixi, quia lex non iusserat inimico parci, siue doleri de morte inimici: Euangelium autem, sicut in cæteris ante dictis, ita in isto supplet defectum legis.

Actoꝝ 21  
1. Timot. 4  
Quæstio.  
Roma 7  
Responso  
Numer. 35  
Cur Chriꝝ natus min⁹ licet q̄ licuit Iudæis.  
Roma 5  
Lucæ 23  
Roma 8  
Differencia inter uniceū filiū dei & multos filios dei.  
Chriꝝ præcepta nobis possibilia.  
Actoꝝ 7  
Roma 9  
Lucæ 23  
2. Reg. 1  
2. Reg. 19

¶ Dicitur

LX. RVPERTI IN MATTH. CAP. V.

¶ **D**ictum hoc, estote ergo & uos perfecti sicut & pater uester cœlestis perfectus est, quantæ gratiæ sit, ex opposito magis elucet, scilicet ex eo, quod serpens primis parentibus nostris dixit, suadens transgredi præceptum, comedite, & eritis sicut dii, sciētēs bonum & malum. **Ma**lam uiam quasi ad perfectionem ille sibilando susurravit, bonam uiam ad ueram perfectionē iste demonstrando prædicauit. Estote, inquit, perfecti, estote non dico sicut dii, sed uere filij dei. Estote, inquam, ita perfecti, secundū modum perfectionis, quo pater uester cœlestis perfectus est, id est, non odiendo amicum dei, quod ut fieret, serpens uasit: sed diligendo etiam inimicos, cuius rei uobis exemplum præbet ipse pater cœlestis. Illius doctrina nequam abduxit hominem ad omnimodam dei dissimilitudinem. Hæc doctrina æ qua conformabit uos ad eiusdem dei similitudinē, ut fiat quod scriptum est, ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes. ¶ **I**n hoc, inquit apostolus Iohānes, manifesti sunt filij dei & filii diaboli. Nam filij diaboli sunt, qui nec amicos diligunt: in hoc imitantes diabolum, qui nō dilexit, imō odio habuit creatorē suum, cum ille gratis & magnū & speciosum & sapientē, sicut apud Ezechielē testatur, fecisset, & in monte sancto dei, id est, in cœlo, posuisset eum; persuasitq; homini, ut neq; fidem neq; dilectionem haberet erga eundē creatorē suum, suoq; exemplo cōtemneret eum, habendo peruer sum similitudinē, id est, diuinitatis, eius appetitū. Filij dei sunt e contra qui etiam inimicos diligunt, optando ut amici fiant, imitantes ipsum deum, qui cum inimici effemus, ultro nobis obtulit conciliationis gratiā, tanta dilectionis abundantia, ut proprio filio suo nō parceret, sed pro nobis omnibus traderet eū. Ad huius imitationē suos filios dei auditores inuitās, cum dixisset, estote & uos perfecti, protinus non quantitatē, sed qualitātē perfectionis proponens, addidit, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Quod est dicere: Sicut ille uos dilexit, cū essetis inimici, ut amicos faceret de inimicis ita & uos diligite inimicos, dādo operam, quoad potestis, ut cōuertantur & efficiantur amici. His explicitis, protinus dicit. **A**tendite, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Alioquin mercedem nō habebitis apud patrem uestrū qui in cœlis est. ¶ **P**ost illa, quæ haftenus tractata sunt, dicta iustitię, dicta legis adimplendæ, secundum propositū dicentis, non ueni soluere legem, sed adimplere, nunc aduersus intemperantiā loqui incipit, exhortando suos, & informando ad uirtutem temperantiæ. Hoc ita facere incipit, ut attentos nos esse uelit, dicendo, attendite ne iustitiā uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. ¶ **V**enerabilis igitur & uere cœlestis tēperantiæ uirtus hic inchoatur prædicari, quam nescierunt, sicut & cæteras uirtutes, Ethnici, id est, gentiles, philosophi inanes: qui nomina quidē earum circa res aniles declamauerūt, sed naturam uel dignitatem ignorauerunt, & fundamentū, super quod eas ædificarent, non habuerunt. Ego, inquit, uobis supra dixi, luceat lux uestra corā hominibus, quod sine dubio est iustitiam facere coram hominibus: sed non dixit, ut uideamini ab eis, quod esset, sine deo uelle sabbathizare siue gloriari imō dixi, ut uidentes opera uestra bona, glorificet patrem uestrum qui in cœlis est, quod est quærere gloriam dei, & tendere in sabbathismum eius, ubi re quiescit & ipse ab operibus suis; Alioquin si mercedem hic recipere festinatis, mercedem momentaneam, quæ in usu hominum, in laude uel fauore popularium, q̄ lenis, q̄ exilis est, mercedem, ait, nō habebitis apud patrem uestrum qui in cœlis est. ¶ **C**um ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & uicis, ut honorificētur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. ¶ **E**rgo, inquit, quoniam mercedem non habebit, qui iccirco iustitiam suam facit coram hominibus, ut uideatur ab eis, cum facis eleemosynam, &c. Operum honorum ex radice dilectionis prodeuntium, primum uel præcipuum eleemosyna est, sequēs oratio, deinde ieiunium. Paulo ante, radicem dilectionis intus in corde plantatam uel fixam esse uolens, dixit, audistis quia dictum est, diliges proximum tuum & odies inimicum tuum, ego autem dico uobis, diligite inimicos uestrōs, &c. Si ergo fixa est in corde radix dilectionis, bona est eleemosyna, bona oratio, bonum & utile ieiunium: de quibus hic agit ipse plantator eiusdem dilectionis, quia fructus uitales sunt, & mercedem uitæ æternæ adquirunt. ¶ **P**ossunt autem hæc eadem foras extrudi absq; radice dilectionis, sed tali proeuentu omnis horum fructuum pulchritudo est hypocrisis. Inter preterat enim hypocrisis deauratio, quod nomen Latinum sic à nobis intelligitur, ut res quælibet in superficie colore lucēs aureo, sentiatur intus esse sine auro. **V**t ergo uiciniū dictū sit, ille hypocrita est qui eleemosynam quidem dat & orat & ieiunat, sed intus aurum dilectionis non habens, dupliciter ambulat, penentralibus siue interioribus scetidis, superficie aurea. Eleemosyna, quæ non eiusmodi est, quæ non hypocrisis, id est, deauratio, sed tota aurea, tota ipsa aurum est, cuius uena seu uenarum principium dilectio est, unde aurum uerum misericordię manu effodi solet, hæc pretiosa est, hæc in cœlum ascendit, & ibi regem regum, dominicūq; dominantium delectabiliter pascit, potusq; illi est delectabilis, eumq; uelut uestimentum cooperit, sicut & ipse ore proprio testificabitur in die iudicii. E furui enim, & dedistis mihi manducare, & cætera, usque, quando fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis, ¶ **E**t notandum quod huius

huius gratiæ sex opera sunt, quandā habentia similitudinē sex dierum, quibus deus mūdum perfecti & omnia quæ in mundo sunt, in eo uidelicet, quod & ipsa suum promeret sabbathū: ut qui hæc fecerit, etiā ipse re quiescat ab operibus suis, ait Apostolus, sicut & à suis deus. **P**rimū est, esuriui & dedistis mihi manducare secundū, sitiui & dedistis mihi bibere tertium, hospes eram & collegistis me: quartū, nudus & operuistis me: quintū, infirmus & uisitastis me: sextum, in carcere erā & uenistis ad me. **I**ngredientur em̄ in sabbathū, id est, in requiem dñi, qui hæc sunt operati, uocante ipso qui post sex dies in se primo requieuit, ac dicente: Venite bene dicti patris mei, possidete paratū uobis regnū à constitutione mundi. Tali ac tanto illius sabbathismi bono animā suā intemperans hypocrita defraudauit, quia faciens eleemosynā, tuba cecinit ante se, uoluit uideri in synagogis, uoluit audiri in uicis, cupiuit ab hominibus honorari, & hanc mercedē uanus ambiuit, uacuus recepit, inanis tulit. **T**e autē, inquit, faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. ¶ **Q**uid em̄ opus est finitram adhiberi, ubi sola dextera sufficit? Quid opus est totū corpus moueri siue inquietari discurrendo, clamando, tuba canendo, cum sola manus dextera leui ductu sese porrigendo, plus fundere possit q̄ pauper petere aulus uerit, plus ingerere q̄ tuum posse aut uelle sit? **V**tinā quieta manente sinistra tantū dare uelis quantū porrigere ualet priusq; lassetur aut deficiat portenta dextera. **I**ccirco sic facito. **V**t sit eleemosyna tua in absconso. ¶ **O**lim in parabolis quoq; sapientia dixerat: Munus absconditū extinguit iram, & donum in sinu indignationē maximam. Hæc est illa redditio dei, quam protinus familiariter promittens. **E**t pater tuus, inquit, qui uidet in absconso, reddet tibi. ¶ **V**nde pater tuus? Nimirum ex eo, quod non contentus es obseruare illud antiquis dictum, diliges amicum tuum, & odies inimicū tuum, sed ad illius dictū supplementum, si esuriuit inimicus tuus cibasti illum, si sitiuit dedisti illi potum, ut uinceres in bono malum, quæ totius eleemosynæ laudanda perfectio est. **I**nde est ille pater tuus, & tu tāti es patris filius, iuxta conditionē dicentis, bene facite his qui oderunt uos, ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est. **E**adem de oratione, eadem de ieiunio ratio siue sententia est, cauēdam scilicet esse in eis ne quitiam hypocriteos, qua fermentabatur omnis iustitia scribarum & pharisæorum, & eleemosyna uidelicet & oratio & ieiuniū: quippe qui sicut eleemosynā faciētes tuba canere ante se, ita & in synagogis & in angulis platearū amant, inquit, stante orare, ut uideatur ab hominibus. ¶ **E**t cum ieiunant tristes fiunt, ut pareant hominibus ieiunantes, **V**nā eandemq; per singula iustus iudex depromit sententiā. **A**men dico uobis, receperūt mercedem suam. ¶ **N**unc iam quid dicat dignæ orationis formator & institutor pensandū est. **O**ratētes, inquit, nolite multum loqui sicut Ethnici. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiat̄ tur: Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater uester, quid opus sit uobis, antequam peratis eum. ¶ **E**thnicorum non paruum circa uoces cōpositionesq; uerborum fuit studium, qualium maximi uel notissimi sunt inter poetas Vergilius, inter historiographos Sallustius, inter oratores Marcus Tullius: Talium scripta si sanctis ac diuinis scripturis conferas e maxime discernunt distantia, quod apud illos res exiles atq; ignobiles utpote terrenæ, & de cœlestibus siue spiritualibus nihil habentes, uerbis ornantur: in sanctis autem scripturis non res uerbis, imō uerba rebus uenerabiliter decorantur. **I**bi uerba conquista \* iusq; sequentia rebus cadu cis maiestate quam dā afferre coguntur: hic autē res magnas, res diuinas sponte uerba sequuntur, & quis pulchra sint, ita rerum maiestate operiuntur, ut nisi diligenter attendas, uix appareat eloquentia, quod præsens assit, dominamq; suam sapientiā libenter comitetur. **N**olite ergo, inquit, assimilari eis, nolite putare, quemadmodū ipsi, quod in multiloquio exaudiamini, deumq; iudicem magis longa & eleganti oratione quam rerum ueritate flectere aut uincere possitis, aut quod docile facere siue docere deum opus sit. Scit enim pater uester quid opus sit uobis, anteq; petatis eum. ¶ **C**onfurgit in hoc loco quæ dā hære sis philosophorū quoq; dogma peruersum, dicentiū: Si nouit deus quid oremus, & anteq; petamus, scit quibus indigemus, frustra scienti loquimur. Quibus breuiter respondendū est, nos non narratores esse, sed rogatores. Aliud est em̄ narrare ignorantī, aliud scientē petere. **I**n illo iudicium est, hic obsequium. **I**bi fideliter referimus, hic miserabiliter obsecramus. **P**lus adhuc dicendum & uenerabiliter sentiendum est, quia speciosum hoc inter deum & homines commercium, scilicet oratio, non debet esse solummodo ad accipiendū, uerum etiam ad occurrendū, scilicet ut beneficiis dei uenientibus, donis altissimi gratis affluentibus, solennem & religiosum oratio sancta præbeat occursum, iuxta illud Psalmistæ: Et mane oratio mea præueniet te. **E**xempli gratiā: **E**cce ancilla domini, ait Maria, fiat mihi secundū uerbum tuum. **D**eniq; iam fiebat, iam ex ore angelī uerbum audierat & concipiebat: & tamen orando dixit, imprecando sibi clamauit clamore cordis inenarrabili, fiat mihi secundū uerbum tuum. ¶ **H**oc prope modum est tale, ac si personam dignam chorus excipiat, aut cœtus solennis procedens obuiam, nō iam ut ueniat, sed quia uenit. **H**inc est qd̄ quotidie cibum tam spiritualement q̄ corporalem cum oratione percipimus, iamq; habentes præ oculis aut prope tenentes in manibus panem dominicum uitæ æternæ,

Plalsi  
1. Iohan. 3  
Quo differ  
rūt filij dia  
boli à filijs  
dei.  
Ezec. 28. 31  
Gene. 3  
Roma. 9

C A P. VI.

Philosophi  
nō uere co  
gnouerunt  
uirtutes.

Radix bo  
no & opē  
dilectio ē.

Matth. 27

Sex opera  
miseri cor  
diæ perdu  
cunt in sab  
bathū dñi.  
Hebræo. 4

Proverb. 11

Vnde deum  
est pater  
noſter.

Roma. 12  
Supra ca. 3

Lego  
\* uix q̄.

Obiectio  
hereticorū.

Solutio bre  
uis & ele  
gās de ora  
do deū.

Psal. 107  
Lucę 1

apta simi  
ludo.

æterna panem uictualem necessarium huic temporali uirginihilominus oramus & dicimus, panem nostrum quotidianū da nobis hodie, quia uidelicet benigna uoluntas dei omnia tribuentis, similes optat sibi esse uultus interioris hominis accipiētis: ut quod datur diuinæ charitatis beneficio, suscipiatur cum desiderio, desideriumque ipsum testatur oratio, socialiter orationem subsequens gratia: actio. Cum igitur dicit, scit enim pater uester, quid opus sit uobis, an requam petatis eum in otiosum aut superfluum nos existimare uult orationis studiū, sed uitate multiloquiū, scientes quod olim de Behemoth ad beatum Iob dixit, nō parcam ei uerbis potentibus, & ad deprecandū compositis. ¶ Quid si ex affectu diuine inspirationis oratio protendatur? Nunquid pro multiloquio reputabitur, & erit contra institutionem dicentis, orātes autē nolite multū loqui sicut Ethnici? Nequaquā: Alioquin quid fieret de orationibus psalmisticis, id est, psalmis pluribus modo locutionis oratorio uel deprecatorio currentibus, & non adeo breuibus, nec parum bene cōpositis: Taceo de multis orationibus ecclesiasticis, quas religioſus passim cōuentus priuatim ruminare & publice personare cōsueuit, plerasque prolixas & luculento sermone à scholasticis cōpositas: de psalmis dumtaxat nunc dico, quos esse compositos non dubitamus auctore spiritu sancto, spiritu prophetico. Nunquid debentur contemni pro hac auctoritate dicentis, nolite multū loqui? Proinde diligenter animaduertendum est, quia nō tantummodo dixit, nolite multū loqui, sed addidit, sicut Ethnici: & sic intelligendum, ac si dixisset, nolite multū loqui, nisi forte affluant uerba precum ex affectu diuine inspirationis. ¶ Ecce aliud: Scientia inflat, inquit Apostolus, subiungens, charitas autem ædificat. Nunquid hoc dicto scientiam cōdemnat? Non utique, sed charitatem cōmendat, eamque socialiter cum scientia nobis inesse desiderat. Scientia namque sine charitate, uerum quid est, quia inflat, est enim secularis scientia, sine charitate uero scientia multū ædificat, est enim donum dei, cum sit spiritus scientiæ unus de septem spiritibus domini, quintus in ordine, quē propheta taliter præscripsit: Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris domini. Itaque sicut scientiā non propter semetipsam, sed propter uiduitatē quandam, dum sine charitate est, uituperat Apostolus dicēs, scientia inflat: ita longam & facundā orationem dñs, non propter semetipsam uel propter suamet longitudinē reprobatur, sed propter similitudinem ignobilitatem, dum desiderium sanctum nō habens, quislibet more Ethnicorum uerba multiplicat. ¶ Nam si utrunque adsit, nō solum oratē iurat, uerum etiam audientem ædificat: utque abundantius ædificet, plerumque oratio ecclesiæ musice dulcedinis sua uitate condita est. Valer enim auditus musicæ dulcedinis psallendo atque orando ad inuitandam siue excitandā in pectore nostro spiritus sancti gratiam, secundum Helisæi prophete exemplum, de quo taliter scriptū est in libro Regum: Viuit dñs exercituum, in cuius conspectu sto, ait ipse ad Ioram regem Israël, quod si nō uultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem, nec attendissem quidem te, nec respexissem. Nunc autem adducite mihi psalterium: Cuius caneret psalter facta est super eum manus dñi, & ait: Hæc dicit dñs: Facite in hoc alueo torrentis fossas & fossas, &c. Non dubito plerumque esse, qui huius rei experimentum quantumcumque assecuti sunt, & secundum illud exemplum nonnunquam persenserint in auditu siue decantatione laudis siue orationis bene & morose cum musico modulamine sonantis, quod ipse uiscera concuteret impetus spiritus sancti, inundans affectus diuinæ inspirationis, uis magna sanctæ compunctionis. Fit denique, nescio qua naturæ uis, ut multo amplius afficiat audiendo sublimiter cantentem ecclesiæ chorum cum multitudine sonorum. Exempli gratia: Illam orationem Moyses obsecro domine, dimitte peccata populi tui, itemque quod orauit idem Moyses eundem dominum & dixit, si inueni gratiā in conspectu tuo, ostende mihi teipsum manifeste, ut uideam te, quam si simpliciter eiusdem orationis literaturā, ut in libro historico scripta est, legam uel audiam. ¶ Quid igitur ualet nobis hæc institutio breuitatis, qua nos informare uolens, L. Sic ergo, inquit, uos orabitis? Hoc nimirum quod iactantia siue elationis uitium, quæ in multiloquio solet obrepere, per compendium siue breuitatem melius potest animus infirmus effugere: & præterea quia modus hic orationis, qui breuitati si uolet, cæteris modis facilius, cunctisque pusillis pariter atque maioribus magis accommodatus est. ¶ Sunt namque tres orationis modi, in quibus dño bene placitū est, quartus illi omnino displicet. Primus modus est, cum oratio ex affectu, sicut iam dictū est, diuinæ inspirationis protenditur, sicut fiebat Annæ, quæ intantum multiplicabat preces, ut eam æstimaret Helix temulentā. Factū est, inquit scriptura, cū illa multiplicaret preces coram dño, ut Helix obseruaret os eius. Porro Anna loquebat in corde suo, tantumque labia eius mouebatur, & uox penitus nō audiebatur. Aestimauit ergo eam Helix temulentā, dixitque ei: Vique quo ebria eris. Digere paulisper uinum quo mades. Secundum similitudinem illius ecclesiæ de gentibus, quæ dudum sterilis deo erat, nunc autem peperit plurimos, preces coram domino bene multiplicat, & ex quo sic cœpit loqui, æstimauit eam temulentam Helix, scilicet uana sapientia ueteris sacerdotij. Dixerunt enim, quia musto pleni sunt isti, nescientes & deridentes gratiam, quæ postea sterilem istam parere fecit. ¶ Secundus orationis mo-

nis modus, quem dñs loco præsentis cōmendat, ut uidelicet sciat orans quod non in clamosa uoce, non in multiloquio, sed in contritione cordis dñs exaudiat: quodque oratio breuis & pura esse debeat, ut ista: Pater noster qui es in cœlis, &c. ¶ Tertius modus est, dum nō solum sine clamosa uoce, uerum etiā absque motu labiorum quis orat intrinsecus oratione clausa, sicut orabat Moyses, quædo persequente Pharaone dixit ad eum dñs: Quid clamas ad me? Nihil enim tunc ore loquebatur ad dominū, sed magnus clamor magnū erat desiderium. Hinc Psalmista: Desiderium pauperū exaudivit dñs, præparationes cordis eorum audiuit auris tua. ¶ Quartus orationis modus omnino, ut iam dictū est, dño displicet, uidelicet, ubi multiloquiū est absque affectu diuinæ inspirationis, quem solum habent uel habere possunt hypocritæ, multū loquentes sicut Ethnici, in synagogis & in angulis platearū stantes, uel stando orantes, & uideri uolentes, de tribus iam dictis modis orandi faciliore modum tam pusillum quæ maioribus magis cōmodum uel aptum, scilicet breuiore paucisque uerbis contentum, præferat dicens, L. Sic ergo uos orabitis: Pater noster qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum, &c. Hæc oratio forsitan discipulis dñi adhuc rudibus ob sui breuitatem insufficiens uisa est. Nam, sicut Lucas memorat, cum esset in loco quodam orans, ut cessauit, dixit unus ex discipulis eius ad eum: Domine doce nos orare, sicut Iohannes docuit discipulos suos: Quale hoc erat discipulorum dñi rogare, ut sicut docuerat homo, Iohannes ita doceret orare. Iohannes enim homo erat. Ut autem, sicut oportet, oremus, nemo docere potest, nisi solus deus. Hinc Apostolus: Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ergo quoniam doceri uolebant, sicut homo hominē docere potest, sicut homines discipulos suos docere potuerat homo Iohannes, quid uel quomodo eis respondit? Cum oratis, inquit, dicite: Pater sanctificetur nomen tuum, adueniat regnū tuum, panē nostrum quotidianū da nobis hodie, & dimitte nobis peccata nostra, siquidē & ipsi dimitimus omni debent nobis, & ne nos inducas in tentationem: ¶ Si parum cōpositus uel insufficiens uidebatur illis modus orationis, quæ secundum hunc euangelistā Matthæū ipse ultro in monte docuit, & iccirco in loco alio rogauerunt se doceri, sicut Iohannes orare docuit, pulchre nimirum illis compositionem siue longitūdinē orationis nō solum nō auxit, uerum etiā diminuit. Nam de septem petitionibus duas omisit, tertiam & ultimā, fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra, sed libera nos à malo, & laudē breuissimā, quam hic in Mattheo præmisit, uti solenne est orationē à laude inchoare, post primā appellationē, pater noster qui es in cœlis. Nec mora, ut magis ac magis notum sit oranti, qui cum deo uerba facit, quod nō opus sit ei longo uel cōposito sermone fatigari. Quis uestrū habebit amicū, & ibit ad illum media nocte & dicet illi, amice cōmodo da mihi tres panes, quoniam amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Nimirum qui sic uenit ad amici sui ostiū, non sermone affert longū præmeditatū, diligenter cōpositum siue accuratū, sed & si tota nocte standū sibi & rogandū est, unus idemque sermo est, breuis est, & hoc idem repetit cætes, resonatque milies, amice cōmodo da mihi tres panes. Secundum hoc exemplū, petite, inquit, & dabit uobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Quid petimus? Quid quærimus? Spiritū bonum, ait: Si enim uos cum sitis mali, nostris bona dare filijs uestris, quāto magis pater uester de cœlo dabit spiritū bonū petētibus se, subauditur qui doceat uos orare? Dixistis enim, dñe doce nos orare, sicut & Iohannes docuit discipulos suos, ignorantes quia doctrina huiusmodi nō est Iohannis siue alicuius hominis, sed solius spiritus boni, spiritus sancti. ¶ Proinde si cōpendiosum quæratis iter ad consequendā orandi scientiā, nec ista secundum Matthæū breui, nec illa secundum Lucam breuiori oratione adeo opus tibi erit, tantummodo persistas rogans patre, postulans amicū, da mihi spiritū bonū, da mihi spiritū sanctū. Quem cū ille dederit tibi, iam uere orandi scientiā habebis, & miro modo sic in oratione uehementer occupatus eris, ut uerbū aliquod proferre uix possis, quia nō uacabit gemitu cōtinuo totū præoccupatē officij uocis. Hinc est illud: Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutat corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. ¶ Igitur hanc orationē dominicā, partesque eius, id est, petitiones septē, quæ prima est, sanctificetur nomen tuum: ultima, sed libera nos à malo: sic recte accipimus tanquam prima scientiæ uel doctrinæ huius, qua ad orandū sumus informati, elementa: quoniam ueluti pueris hæc tradita sunt, cum necdum accepissent spiritū paracletū, dicentibus inter dū, dñe doce nos orare, sicut & Iohannes docuit discipulos suos. Et si fuerimus perfecti, ita, ut, sicut iam supra dictū est, spiritus ille gemitibus inenarrabilibus oret uel postulet pro nobis, nō tamen oratio hæc, oratio dominica, prima cunctarum orationum ab ore nostro cadere debet, ne uideamur nobis ipsis magni orationis huius nō indigētes, quæ quasi pueris, id est, incipiētibus proposita sit, ut habeant aliquid initiū dissimilitudinis, ab improbitate hypocritarum, quorum tota oratio est multiloquiū. ¶ Et quidem breuis & paruis apta est sed & magnos delectare atque exercere potest, & in primis appellatio hæc, pater noster. Qui enim, cui dicimus, pater noster: Nos quondā filij iræ, filij

Iob 41  
Oratio longā cum affectu laudabilis.

Similitudo  
1. Cor. 8

Eliaze 11

Oratio musicalis plus afficit.

Exodi 32  
Exodi 33

Tres modi orandi, deo placiti.  
1. Reg. 1

Actoꝝ 2

Exodi 14  
Psal 5  
Quartus modus hypocritarum est.

Lucæ 11

Roma 8

Lucæ 11

Pater noster, breuius apud Lucā quam apud Mattheū.

Ibidem.

Roma 8

Oēs tū magni pariter, orate debent pater noster.

Lucæ 11

Ephē. 4  
f 2  
gehen.

gehena, filij mortis, filij diaboli, dicimus pater noster, patri misericordiae, patri coelestis patriae, patri uitae sempiternae, patri dñi nostri Iesu Christi, dei sibi medietate coequalis & coaeterni. Gratia huius unici filij sic loquimur patri huic, ex quo sumus renati, qui male fuimus nati, & mirabili cōpen dio mala fors nostra sic mutata est, q̄ effecti sumus filij dei, credēdo in eum, qui cum solus filius dei esset, naturae nostrae particeps factus est. Gratia istam miratur omnium creatura, praedicat per orbem sancta ecclesia, ueneratur angeli, reueretur archangeli, magnificat throni, glorificant dominationes, laudant principatus, adorant potestates, benedicunt uirtutes, desiderant in eam prospicere Cherubin atq; Seraphim. ¶ Admiratione tantae gratiae nos quoq; habere inuuit ista q̄ breuis, qui es in caelis. Quis enim docilis ad orandum puer, docilis ad inuocandū patrem, nō admiretur, quod iste pater cum in caelis, id est, tantū in inuisibilibus quae nobis inuisibilia sunt possit uideri, hic in isto seculo uisibili, ubi cum nō uider homo, nos genuit quem admodū apostolus Iacobus: Volūtate enim, inquit, genuit nos uerbo ueritatis, ut simus in initium aliquod creaturae eius. Quāuis autē caeloz nomine patria significetur inuisibilis, ubi sancti habitant angeli, & quo Christus quadragesimo post resurrexerunt suam die, uidentibus apostolis ascendit nihilominus tamen caeli dicunt & sunt supra memorati nouem ordines angeloz & in eiusmodi caelis hic pater noster est, quod est beatiudo illorum quia uidelicet deum in illis esse, hoc est, permanere & non mutari, quem admodū dicit ad Moysen, ego sum quisum, & huius essentia inuariabilem in semetipsum semper habent, semper & absq; ullo fine beati & immortales habebūt, & immortaliter pascentur hoc summo bono, quo pleni sunt, quo pleni permanebunt. ¶ Hinc omnes Christiani, magni & parui, diuites & pauperes, nobiles & plebei, dñi & serui, reges & mendici principes cum uulgo ignobili, omnes omnino absq; ulla distinctione gentis siue cōditionis, sexus & aetatis, ordinis uel officij, pater noster dicimus huic, & nemo nostrū dicit, pater mi. Vnus est filius primogenit⁹ & unigenitus, nō uti nos, gratiae, sed solus naturae filius, cui conuenit dicere, pater mi, & dixit cum traheret, mi pater si possibile est, trāseat a me calix iste, & pater noster nusq; legitur dixisse, Cur hoc? Videlicet quia dissimiliter illi & nobis deus pater est: Illum genuit non adoptauit. ¶ Tali appellatione praemissa, prima petitio haec est. Sanctificetur nomen tuum. Sanctum semper fuit & est nomen dñi, ueruntamen modus quidā est sanctificationis eius nobis utilis, quem per prophetā hoc modo promisit Sanctificabo nomen meum magnū, dicit dñs, ut sciant omnes gentes, quia ego dñs cum sanctificatus fuero in uobis corā eis. Protinus ac si quaereret aliquis, quomodo nomen tuum sanctificabis? ait: Tollam quippe uos de gentibus, & cōgregabo uos de uniuersis terris, & adducam uos in terram uestram, & effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, & dabo uobis cornu uinum, & spiritum nouum ponam in medio uestri, & cetera: quibus utique uerbis gratia praesignatur baptismi Christi. ¶ Ergo tolli de gentibus, & congregari de uniuersis terris credentes in Christum, & baptizari eos in remissionem peccatorum, hoc sanctificari est nomē tuum & deus pater omnium: quia sic sancti sunt hi, super quos inuocatur nomen tuum. Et enim sanctificatio haec te uera nominis tui sanctificatio est, quia non tam ipsis datur, quā tuo nomini, iuxta illud quod dictum est per Psalmistam: Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam. Vt autem sanctificatio haec in plures redundaret, primus ipse Christus sanctificatus est, eodem baptismo quo moriendo baptizatus est, sicut praedixerat, ego, qui ueniens, baptismum habeo baptizari, & quomodo coartor usque dum perficiatur? Et sub ipso passionis articulo, cum dixisset orans ad patrem, sanctifica eos in ueritate, subinde, & pro eis sanctifico, ait, meis, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Quid enim sanctificari ipsi sanctum sanctorum, nisi sanctificari pro peccatis omnium, & auferri illi quas posuerat in eo deus iniquitates omnium nostrorum? In illo sanctificationis actu, o deus pater, sanctificatum est nomen tuum, quia per effusionem sanguinis & aquae de latere eius sanctificati sunt, & remissionem acceperunt hi, super quos inuocatum erat nomē tuum. Igitur qd dicimus, sanctificetur nomen tuū, hoc dicere est, conuertantur gentes & remissionem peccatorum accipiant per nomen tuum, & omnium orationum quascunque offerimus siue pro catechuminis uostris, siue pro haereticis & schismaticis, siue etiam pro perfidis Iudaeis, & pro paganis nunc usque incredulis, ut conuertantur ad deum uerum & uiuum, & unicum filium eius Iesum Christum, deum & dominum nostrum, summa haec est, sanctificetur nomen tuum. ¶ Secunda petitio est. La dueniat regnum tuum. Quando hac oratione discipulos suos informabat, sicut baptismi sacramentum, quod nobis est sanctificatio nominis dñi, necdum conditū fuerat, ita & regnum dei nondum uenerat, sed appropinquabat, iuxta hoc euangelicā praedicationis initium, poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Ex eo nanque regnū dei aduenit & intra nos est, ex quo princeps mundi huius foras missus est, quod per passionem & resurrexerunt suā mox fore praenuntians, ecce enim, inquit, regnum dei intra uos est. Eatenus mors regnabat. Quāuis lex subintrasset, nihilominus tamen peccatorum tyrannizabat, quemadmodum

Apostolus

Apostolus cum dixisset, sed regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen, &c. demum subintravit: Lex autē subintravit, ut abundaret delictū. Quid ergo adhuc oramus, adueniat regnū tuum? Videlicet ut regi regni eius omnia sint subiecta, totumq; cōpleatur illud, quod Psalmista cum dixisset, gloria & honore coronasti eum, & cōstituisti eum super opera manuum tuarum, addidit adhuc: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Hinc Apostolus: Nunc autē, ait, necdum uidemus omnia subiecta ei, cum autē qui modicum q̄ angeli minoratus est, uidemus dominum Iesum propter passionē mortis gloria & honore coronatum. Et alibi dicit: Deinde finis, cum tradiderit Christus regnū deo patri, cum euacuauerit omnē principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationē. Oportet autē illum regnare, donec ponat inimicos suos sub pedibus eius. Nouissima autē inimica destruetur mors. Igitur quis iam aduenit, iamq; sit intra nos regnum dei, ex quo Christus propter passionē mortis gloria & honore coronatus est nihilominus tamen adhuc oramus, adueniat regnū tuum, id est, nouissima destructione mortis perficiatur, nihilq; relinquantur illi non subiectū, nullumq; remaneat scandalū, iuxta quod alibi dicebat: Et colligent de regno eius omnia scandala. ¶ Tertia petitio. Fiat uoluntas tua sicut in caelo & in terra. Iuxta sensum iam dictum ferē super abundat, unde & apud Lucam studio breuitatis praetermisit eam, ut supra iam dictū est. Quis enim regnat & non fit eius uoluntas? Verūtamen nō nihil interest, quia uidelicet regnat super bonos & malos, super eos quoq; qui dixerunt, nolimus hunc regnare super nos, quem admodum in propheta dixit: Et regnabo super uos in furore meo: in solis autem bonis & sanctis uoluntas eius est. Hinc ad Hierusalem dicit: Non uocaberis ultra derelicta, & terra tua non uocabitur amplius desolata, sed uocaberis, uoluntas mea in ea. Contra reprobris, loquitur: Non est uoluntas mihi in uobis Recte igitur cum dicimus, adueniat regnū tuum, quoniam super aduersarios quoq; suos regnabit, oramus, ut faciat ipse, quatenus nostra sit subiectio uoluntaria, dicendo, fiat uoluntas tua sicut in caelo & in terra. In caelo nanq; id est, in beatis spiritibus, facta est & fit uoluntas eius, nihilq; illi repugnat, deiecto cum suis satellitibus aduersario, qui cecidit, quia repugnabat rebellionem uoluntatis malae, unde & uocabatur diabolus & satanas. Et si sunt plurimae uoluntates eius, quae plura sunt praeccepta eius, unde & in Psalmo dicit: Sanctis qui in terra sunt eius, mirificauit omnes uoluntates meas in eis. Haec summa est uoluntas eius, ut uiuamus, ut salui simus. Hinc ipse filijs loquitur: Haec est autē uoluntas eius, qui misit me, patris, ut omne quod dedit mihi nō perdam ex eo, sed resuscitet illud in nouissimo die. Et rursum: Haec est autē uoluntas patris mei, qui misit me, ut omnis, qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam aeternam. ¶ Quarta petitio. L Panē nostrum super substantialem da nobis hodie. Hic quidē super substantialem, in Luca uero panem legitimus quotidianū. Possumus super substantialem panē inrelligere, qui super omnes substantias fit, & uniuersas superet creaturas, qui & dicitur: Ego sum panis uiuus, qui de caelo descendit. Alij simpliciter putant secundū Apostoli dictū, habentes uictum & uictū his cōtenti sumus, de presenti tantū cibo sanctos curam gerere, & de in posterioribus sit praecceptū, nolite cogitare de crastino. ¶ Huiusmodi panē a deo petisse uel sperasse primus legitur Iacob peregre proficiscēs: Si, inquit, fuerit dñs mecum, & custodierit in uia per quam ambulo, & dederit mihi panē ad edendū, &c. Alius est panis sermo dei, de quo Moyses dicit: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod egreditur de ore dei. Cuius defectū comminatur per prophetā deus populo peccatori: Mittam, inquit, uobis famem audiendi uerbum dei. Tertius est panis caro Christi, quā nobis de sancto altari dat quē admodum dixit: panem quem ego dabo caro mea est pro mundi uita. Quidlibet horū trium cogites, dei donum est, nec alius quis praeter eum dare potest. Si de pane uicualis queras, quis alius facit, ut eum terra producat? Si de pane spirituali quod est uerbu dei, quomodo nisi per dei aspirationem datur? Quomodo, inquit, Apostolus, praedicabunt, nisi mittantur. Si de pane sacramenti, quis nisi deus facere potest, ut tibi ad uitam detur, & in remissionē peccatoꝝ a te percipiatur: Igitur panem nostrū quotidianum da nobis hodie, sic dicat sapiens etiam rex, ut ueraciter consisteat, nec erubescat consisti dicens: Ego autē mendicus sum & pauper. ¶ Quinta petitio. L Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Qualiter nos, quoq; multa sunt debita, dimittamus debitoribus nostris, ipse huius orationis autor exemplo suo docuit, qui nulli quicquam debuit. Cum enim crucifigeretur, dicebat: Pater, dimitte illis, nō enim sciunt quid faciunt. Sciebat enim inter eos esse nonnullos, nescientes quid facerent, eosq; dicturos esse ad Petrum & ad reliquos apostolos: Quid faciemus uiri fratres? Credituri erant ex illis plurimi, & dimissus est illis sanguis eius, secundū petitionē dicentis, pater dimitte illis. Similiter optare debemus cunctis debitoribus nostris, & non quaerere ultionem ex eis, & tūc ore libero, mente secunda dicere poterimus: Dimitte nobis sicut & nos dimittimus. Quid, si non nesciunt quid faciunt, sed inuidendo persequuntur nos & occidunt, maxime propter Christum? Nūquid exigitur a nobis ut dimittamus eis, si uolumus nobis debita nostra dimitti? Imò non solum inculpabiliter, uerum etiā iuste clamamus id, quod

f 3 ualde

Roma. 6  
Galat. 3  
1. Petri  
Quies in caelis.  
Iacobi 1  
Exodi 3  
Nos, pater noster: christus pater mi, dicere debuit.  
Matth. 26  
Prima petitio: Sanctificetur nomen tuum.  
Ezech. 36  
Psal. 113  
Luca. 12  
Iohan. 17  
Esaie. 55  
Secunda petitio: Adueniat regnū tuum.  
Matth. 4  
Luca. 12  
Iohan. 17

Roma. 5  
Psal. 8  
Hebr. 2. 1  
1. Cor. 17  
Matth. 13  
Tertia petitio: Fiat uoluntas tua, uoluntas tua, Luca. 19  
Ezech. 30  
Esaie. 64  
Malachi 1  
Apocal. 12  
Psal. 15  
Iohan. 6  
Quarta petitio: Panē nostrū, etc. Ibidem.  
1. Timot. 6  
Matth. 6  
Triplex panis.  
Gene. 28  
Deut. 8  
Amos 8  
Iohan. 6  
Roma. 16  
Psal. 59  
Quinta petitio: Et dimitte nobis debita, etc. Ibidem.  
Luca. 23  
Actoꝝ. 2



**Pfal. 79** ualde notum & usitatum est, uindicta domine sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est, & redde uicinis nostris septuplum in sinu eorum. Nonne his similia, in d. & fere grauiora, ipsa Christi persona loquitur in propheta: Fiant, inquit, uxores eorum absque liberis & uiduae, & uirorum interficiantur morte, & cetera quae ita concludit: Ne propitius iniquitati eorum, & peccatum eorum a facie tua non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis. Debita pecuniae seu quarumlibet rerum, quae nobis iure debentur, ut dimittamus debitoribus nostris, conuentio nos ista non cogit, nisi forte promiserit, si debitor tenuerit paupertate, reddere non possit. Si quidem & ipse dominus, quod iure sibi debetur uel quod ei semel quispiam uouit, nequaquam dimittit, siue bonum siue malum sit, sed nec altero commutari concedit, in d. dicit: Si quis mutauerit, & hoc quod mutatum est, pro quo mutatum est, sanctificabitur domino, & non redimetur. ¶ Sexta petitio. **Leuit. 27** **Sexta petitio:** Et ne nos inducas in tentationem. Non utique in tentationem mali, tentationem concupiscentiae siue peccati. Nemo cum tentatur, ait Iacobus apostolus, dicat quia a deo tentatur. Deus enim intentator malorum est. Ipse autem neminem tentat. Vnusquisque uero tentatur a concupiscentia sua abstractus & illeclus. Est alia tentatio, scilicet tribulatio, quae ab hoc seculo multis inferitur modis, & eiusmodi tentatione deus sanctos suos tentare consuevit. Hinc est illud per sapientem dictum: Deus tentauit illos, tanquam aurum in fornace probauit eos. Recte & sapienter tentantur, id est, tribulari merentes, & pauidi dicamus deo, rogemus patrem, & ne nos inducas in tentationem. Sed dicit aliquis: Nonne & gloriosum & optabile est in tribulatione tentatos & probatos coronari? Nonne ex huiusmodi tentationibus martyres sancti facti sunt gloriosi? Nonne ergo magis optare debemus tentationem? De tentatione quoque peccati si placet hic intelligi, non aliter intelligendum est, & ne nos inducas in tentationem, nisi ac si diceretur, & ne nos permittas induci in tentationem. ¶ Septima petitio. **Sed libera nos a malo: Amen.** Hanc, ut superius iam dictum est secundum Lucam, sicut & tertiam illam fiat uoluntas tua sicut in caelo & in terra, studio breuitatis omisit, dum plenius inculcare uult eis qui nondum intellexerant ex hac prima institutione, quod orantes non oportet multum loqui. Et quidem unum idemque uidentur significare, & ne nos inducas in tentationem, sed libera a malo: quoniam in tentationem non induci, id plane est a malo liberari: uerum tamen magis uniuersale nomen est malum eorum, quae nocent, & naturae uel salutis humanae aduersa sunt. Nam, ut de ceteris taceam, mors ipsa malum est, & infernus malus est, & diabolus malus est, a quo gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum nos liberetur. Amen. Hoc signaculum orationis dominicae interpretatur uere uel fideliter. ¶ Ecce haec est oratio dominica, seprem distincta partibus, id est, petitionibus, & ipsa est cunctarum exemplar orationum, ut quicquid a patre nostro deo petere uolumus, hic probemus utrum deo placitum, uel ad salutem nostram sit idoneum quod postulamus. Nam si ab istarum qualibet petitionum petentis interior discordat, nequaquam in nomine saluatoris postulat: & iccirco non arroget sibi sponsonem dicentis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Et in cunctis quidem petitionibus claret patris bonitas, in quinta autem quae est, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, bonitas simul & seueritas, quam protinus ita confirmat. **Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester caelestis delicta uestra: si autem non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra.** Quam bene bonitas & seueritas patris & iusti iudicis per istam conditionem prouidit cunctis reconciliationem quaesituras, sicut ipse superius dictauit dicens, si ergo offers munus tuum ante altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc uenies offerre munus tuum. ¶ Legimus hunc ipsum dominum, ubi praecipit & iudicia sua populo suo per Moysen proposuit, ita dicentem: Qui percusserit hominem uolens eum occidere, morte moriatur. Qui autem non est infidus, sed deus illum tradidit in manus eius, constituit tibi locum, quo fugere debeat, subauditur, ne propinquus occidat si interficiat eum, quod alibi constituens plenius edicit: Quae fortior uel magis munita ciuitas reis ad refugium esse potuit, quae ista coniunctio iustitiae seu charitatis, si non dimiseritis, nec pater uester dimittet uobis: Quis enim patris huius filius esse uolens, ciuitatis huiusce uictes & seras estringere audebit, & in illam uindicare qui in illam confugit, cupiens eum reconciliari? Igitur quoniam dixerat superius, uade prius reconciliari, & ille poterat causari de difficultate reconciliationis, puta dixisse dominum, constitutam tibi locum quo fugere debeas, id est, ponam conditionem de peccatis dimittendis, in quam timens incidere frater tuus, satisfactionem tuam suscipiat.

FINIS LIBRI QVINTI.

RVPER-

TIS TVITIENSIS OPERIS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER VI.



**M**ISERICORDIAM & ueritatem (ait Psalmista) diligit deus, gratiam & gloriam dabit dominus. Secundum hoc ueridicum carmen haec loquitur dei filius, quae nunc tractauimus & tractamus. Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit elemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Et, Tu autem cum orabis, intra in cubiculum, & clauso ostio, ora patrem tuum: & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Ibi misericordia, ibi ueritas est, quam deus diligit. Et quod nisi gratia & gloriam reddet tibi: Ecce similes & callidi prouocant iram dei, qualium uidelicet maximi erant hypocritae illi, scribae & pharisaei, contra quos dicit: Cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut faciunt hypocritae, & cum oratis, non eritis sicut hypocritae. In tribus hic operibus ueritatem se diligere testat, etenim tertium hoc est: Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes. Exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. Amē dico uobis, quia uere ceperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus quidem in abscondito, reddet tibi. ¶ Primus oim ieiunasse legit Moyses, nam ex quo primus homo continentiae legis transgressus est, non obaudivit ut ab uno se ligno contineret, nullus recogitasse legit, ut per ieiunium faciem dei utcumque complacaret, quae ille per cibum uentri inobediens offenderat, nam ille iam dictus Moyses, iustus esse non legit ut ieiunaret, sed sponte ieiunauit, ut sermonem ex ore dei procedentem, in quo uiuit homo, accipere atque describere dignus existeret. Rursus ieiunauit, ut dimissionem peccati populo imperaret, quem admodum dicit ipse Moyses, Et proci di ante dominum sicut prius XL. diebus & XL. noctibus, panem non comedens & aquam non bibens, propter omnia peccata uestra, quae gessistis contra dominum, & eum ad iracundiam prouocastis. Peccatum autem uestrum quod feceratis, i. uultum arripistis, igne combussit. Est ergo ieiunium diuinae autoritatis, non quod deus illud praecipit, aut digitus eius in tabulis scripserit, sed quia non sine uirtute dei mortalis homo XL. diebus & XL. noctibus semel & iterum ieiunare potuit, & ieiunando multum deo appropinquauit, a quo primus homo manducando nimis longe recessit. ¶ Causam uel intentionem ieiunandi Moyses & Helias & Daniel bonam & deo dignam habentes, gloriosum & laudabile fecerunt ieiunium, uidelicet hoc intendentes, hoc expectantes, ut mitteret deus illud, quod Abraham promiserat semen. i. Christum. Qui ubi uenit, iam non fuit ieiunandum donec auferretur ab eis, quae admodum ipse dixit pharisaeis, facientibus quae studio nem, quare discipuli eius non ieiunarent, Nunquid possunt filii sponsi lugere, quod cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferretur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Causam istam ieiunandi non habuerunt nec habent hypocritae tristes, & tamen ieiunauerunt, & ieiunant frequenter, desiderium Christi non habentes, & mira uani cordis duritia nonnunquam plus ieiunando laborant, quam hi qui Christum & uitam aeternam desiderant. ¶ Verbum exterminant, aliud multum significat quam uulgus intelligit. Exterminat quippe exul, qui mittit extra terminos. Pro hoc ergo sermone, demolitur semper debemus accipere. Demolitur autem hypocrita faciem suam, ut tristitiam simulat, & animo forte laetante, luctum gestat in uultu. ¶ Quod deinde dicit, tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, iuxta ritum prouinciae Palaestinae loquitur, ubi diebus festis solent ungeri capita. Praecipit ergo ut quando ieiunamus, laetos nos & festiuos esse non stremus. Quid autem faciemus nos, quibus consuetudo non est nec fuit, diebus festis ungeri capita? Quomodo faciemus id quod dicit, Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, ne uidearis ab hominibus ieiunans? Ergo non superfluum est, anagogicum hic admittere sensum, ut ungeri caput nostrum, hoc sit exhilarare cor, quod est principale nostrum, & enim sicut de elemosyna, ita & de ieiunio recte dicitur intelligitur. Hilariter enim dator diligit deus. Denique gaudere in spiritu sancto, hoc est ungi oleo, quia spiritus sanctus oleum dicitur, ut illic, Venit te deus deus tuus oleo letitiae praeparat. Hoc autem gaudio tunc gaudere possumus in ieiunio, si conscientia nostra testimonium habet, quod inter ipsum ieiunium palcatur sponsi, qui ablatas est a nobis, sancto desiderio. ¶ Gaudium istud hypocritae non quaerunt, & idcirco tristes hic dicuntur illi autem nescierunt, de quibus propheta Zacharias ita loquitur: Miserunt ad domum dei Sarasar & Rogomelech & uiri qui erant cum eo, ad deprecandum faciem domini, ut diceret sacerdotibus & prophetis domini: Nunquid scidum mihi est in mense quinto, uel sanctificare me debeo, sicut feci iam multis annis? Vide-

**Pfal. 82**  
**Matt. 6.**  
**Primus oim ieiunauit moyses,**  
**Deut. 8.**  
**Exod. 32.**  
**Deut. 9.**  
**Causa ieiunandi bona, & deo digna**  
**Matt. 9.**  
**Exterminat, demolitur**  
**Vnge caput tuum.**  
**2. cor. 9**  
**Pfal. 44.**  
**Ieiunium hypocritarum triste.**  
**Zach. 7.**

licet quia soluta erat captiuitas Babylonica, templumq; manufactum reedificabatur, eausam nullam putabant superesse, cur flere deberent aut ieiunare. Quasi uero sola captiuitas illa deslenda fuerit, & non potius uniuersalis captiuitas generis humani, quae in Adam contigit, & quasi reaedificatio templi illius manufacti, maiorum omnium finis fuerit, & non potius templum futurum, templum dominici corporis, quod tandem fabricari, & deinde solui, & post triduum oportebat excitari. Propterea sic responderi debuit, & sic responsum est illi: Cum ieiunaretis & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comedistis & bibistis, nuquid non uobis comedistis & uobis metipsis bibistis? Quod est dicere: Nonne hoc pacto non dei, sed uestram gloriam quaeritis, dum pro rebus temporalibus, quia desunt, siue ut affluant, iugentis & ieiunatis, & de regno dei, quod differatur, quod nondum uenerit, non curatis? Non ita, sed ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium & laetitiam & solennitates praeclearas, usquequo uenient populi & habitabunt in ciuitatibus multis, & apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium simbriam uiri Iudaei & caetera. Quod hic in euangelio dictum est ieiunanti caput ungeri & faciem lauare, hoc illic in propheta dictum fuerat ieiunium in gaudium & laetitiam & solennitates praeclearas esse debere. ¶ Est igitur ieiunantium distantia triplex, dum ieiunant alij propter dei regnum, quia differtur, & nondum uenit eis per occultum diuinitatis consilium, iustumq; iudicium; alij propter infaustam memoriam casuum aduersorum, qui circa res temporales acciderunt: alij propter humanae laudis appetitum, ut glorificentur ab hominibus tanquam iusti, quia misera ambitione repleti sunt. ¶ Secundum distinctiones istas sequitur adhortans suos, & dicit: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi aerugo & tineae demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem uobis thesauros in caelo, ubi neque aerugo, neque tineae demolitur, & ubi fures non effodiunt nec furantur. Vbi est enim thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. ¶ Nunquid enim thesaurizare id solummodo est, pecuniam congregare? Imo & opera qualiacumq; seu bona seu mala facere, thesaurizare est. Nam sicut qui bona agit, gloriam aeternam thesaurizat, quapropter & de timente dominum scriptum est, iucunditatem & exultationem thesaurizauit super eum sic & qui mala agit, recte iram dicitur thesaurizare. unde & Apostolus: Tu autem, inquit, secundum duritiam tuam & cor impenitens, thesaurizas tibi iram in die ire. Maxime de bonis hic sentiendum est, uidelicet de eleemosynis, orationibus & ieiunijs, quia de his haec uis sermo fuit. Deniq; qui ieiunantes, caput suum non unxerunt, nec faciem suam lauerunt, hi sunt, quorum thesauros in terra thesaurizatos tineae uel aerugo demolita est, quia uidelicet ualde in neosum caput est & aeruginosa facies, ubi totus ieiunij fructus est, uideri & glorificari ab hominibus, dum propter tristitiam tristemiq; uultus maciem, hypocrisiam nequam sancti putantur. E contra qui caput suum unxerunt oleo supra dicto, & faciem suam lauerunt, iuxta illud, Hilarem enim datorem diligit deus, quali u hilaritas est spes quae in caelo reposita est; hi sunt, quorum thesauros in caelo thesaurizatos nec tineae nec aerugo demolitur, quia uidelicet ariditas tineae nunquam contingit caput, quod in spiritu sancto delectatur. ¶ Fere medijs sunt, quorum ieiunij causa terrenum quidem habet fundamentum, sed non usquequaque, non sicut causa hypocritarum, sed simpliciter & pene pueriliter, sicut illi supra memorati, qui soluta captiuitate Babylonica, dum templum reaedificaretur, dixerunt: Nunquid flendum mihi est in die quinto, uel sanctificare me debeo, sicut feci iam multis annis? Nam & qui eiusmodi sunt, non quidem habent rite ieiunandi scientiam, sed propter hoc non imputamus eis hypocrisiam; malitiam quia uidelicet aliud est, propter damna rerum temporalium ueraciter dolere, & absque fictione lugere aliud, sine ulla mentis uel spiritus contritione propter adipiscendam sanctitatis opinionem caput inunctum quasi circulum contorquere, & sacco & cinere sternere. Sic enim ieiunare etiam potuerunt crudeles homicidae in ipsa crudelitate uel homicidij meditatione, Exempli gratia: Praedicate ieiunium, inquit Iezabel, & sedere facite Naboth inter primos populi, & submitte duos uiros filios Belial contra eum, & falsum dicant testimoniũ, bene dixit Naboth deum & regem, & educite eum, & lapidetur, sicq; moriatur. Aliud fuit hoc, atque aliud, quod cum audisset Achab sermones Heliae, scidit uestem suam & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulabat de misso capite, ut malum non induceretur in diebus eius. Ibi Achab ieiunando non quidem hypocrita fuit, thesaurizans sibi aliquid, ut diceret dominus, Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius: ueruntamen hoc ipsum in terra thesaurizauit, ubi fures effodiunt & furantur. Qualis utiq; extitit Iehu, quia uidelicet, quamuis iubente domino deleuerit domũ illius, non tamen glorijs domini, sed suae cupiditati studuit; quippe cum regnaret, non fecit uoluntatem domini, ut uitulos, quos fecit Hieroboam, desereret. ¶ Quid tandem thesaurizare in caelo? Vel certe quod est illud caelum, in quo nobis est thesaurizandum? Non utiq; caelum aereum, neq; illud quod secundum die factum est, sicut scriptum est: Dixitq; deus, Fiat firmamentum in medio aquarũ, &

Ieiunium triplex distantia.

Theaurizare qd e.

Ecc 15. Roma 2.

a. Cor. 9.

Ieiunantes medijs inter bonos & hypocritas Zacha. 7.

1. Reg. 21.

Ibid. Ieiunium Achab.

4. Reg. 9.

Caeli caeli, locus spiritui beatorum. Gen. 1.

uocauit deus firmamentũ caelumi sed caelum tertium, quod in principio factum est, sicut itidem scriptum est. In principio creauit deus caelum & terram, caelum illud inuisibile est, inuisibilis patria spirituum beatorum, diciturq; caelum caeli, quia uidelicet cõparatione eius terra est & hoc caelum, & quocumq; uideri potest oculis terrenis. ¶ Quomodo in illo caelo debemus thesaurizare thesauros? Nimirum ieiunando & eleemosynas faciendo, ceterisq; modis omnibus legendo, quia illuc abiit & nondum rediit spõsus, qui ablatas est nobis filijs suis. Causa ista celestis est, & proinde qui hanc habet, recte in caelo thesaurizare dicitur, nimirum tuto in loco, quia fures ibi non effodiunt, nec furantur, neq; aerugo, neq; tineae demolitur. Fuerunt ibi olim quidam fures, scilicet diabolus & angeli eius, qui quasi effodientes diuinitatis honorem furari uoluerunt, sed non ualuerunt: timo quicquid honoris uel pulchritudinis habebant à creatore sibi collatum, aerugo & tineae nequissimae hypocrisios demolita est, quae ut illi per prophetam exprobratur) in medio lapidum ignitorum ambulauit perfectus in uis suis, quae perfectio fuit hypocrisis, ut uideretur esse quod non erat, altissimo similitudo, & illa hypocrisis aeruginatus, iam non splendens angelus, sed teter est diabolus, tineosum utiq; pretereans caput. Eiusmodi fures ibi fuerunt, sed iam ibi non sunt nec erunt, nec tineam siue ruginẽ admittit postea, nec admittet unquam illud caelum casu illorum purificatum. ¶ Illic thesaurizate, inquit, ac demum familiariter conscientiam cuiusq; conueniens, ubi est enim, inquit, thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quod dictum quale sit, ille aliquantisper intelligit per similitudinem sui, qui sollicitudinem habens uoti seu promissi, uel cuiuscumq; debiti necessitate ductus uel cõmonitus, corde suo illuc saepe respicit, ubi nouit se reposuisse aliquid, per quod sese liberare possit. Et quis eum iure repellere possit, quin thesaurum suum recipiat, cum uoluerit, uel tempus fuerit? Porro in caelo nulla unquam iniuria fit, quin cum tempus fuerit, cor eius, id est, ipsemet admittit, accedat illuc, ut fruatur thesauris suis, quos thesaurizauit illic. Et interim dum uiuit, semper cor eius illic est, ubi in manus domini commisit ac praemisit qualiacumq; bona opera, per quae redimi possit in die iudicij. ¶ Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae erunt. ¶ Etenim sensus iste est: Iccirco non dixi sic uniuersaliter uobis omnibus facientibus eleemosynam, sit eleemosyna uestra in absconso. Et, Vos autem cum oratis, intrate in cubiculum, & clauso ostio, orate patrem uestrum. & Vos autem cum ieiunatis, ungitae capita uestra: sed dixi singulariter, Te autem faciente eleemosynam, & c. quia uidelicet non omnibus dico hoc, neque omnibus dicendum est hoc, sed tibi uni uel alteri similiter uni cui libet, cuius oculus forte infirmus est, cuius intentio nondũ satis firma est. Etenim lucerna corporis tui est oculus tuus, & subaudire debes, quia secundum huius rei similitudinem, lucerna operis tui est intentio tua. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, & subintelligere debes, quia secundum rei huius similitudinem si intentio tua fuerit abique hypocrisis & absque nebula cuiuslibet miseris uanitatis, tunc opus tuum totum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit: & similiter scire debes, quia si intentio tua fuerit in hypocrisis, totum opus tuum tenebrosum erit, siue ieiunium, siue oratio, siue eleemosyna sit. Si ergo lumen quod in te est, tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae erunt: Quod est dicere: Si opera bona, quae facis coram hominibus, propter hypocrisiam reprobata sunt, ipsa opera mala quae in occulto sunt, quale iudicium merentur? ¶ Proinde simplex oculus, id est, intentionem bonam in corde habes, & quomodo uis fac. Nã si fuerit simplex oculus eiusmodi, tunc profecto acceptũ est deo quod facis, siue cinere aspergas, siue oleo perungas caput tuum dum ieiunas, siue longam siue breuem orationem facias, siue multis uidentibus, siue nullo sciente pauperi eleemosynam porrigas. Hic autem oculus simplex, haec intentio bona est, cupere ut homines opera tua uideant, glorificent patrem qui in caelis est, sicut econtra nequam oculus intentione mala est, ambire ut ab hominibus glorificeris: quo fit ut tenebrosum sit quodcumq; facis, siue cinis siue oleum in capite tuo sit, siue longa siue breuis oratio tua sit, siue publica siue occulta eleemosyna tua sit. Interim dum nondum purificatus est oculus, dum fieri potest, ut leui uento uel aura miseris uanitatis intentio laedatur, facito (ut dixi) ut non uidearis hominibus ieiunans, aut eleemosynas faciens, aut orans. ¶ Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diligit: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammonae. Ideo dico uobis, ne solliciti sitis animae uestrae, quid manducetis, neque corpori uestro quid induamini. ¶ Haec uis temperandum esse debuit à maligã, ne perfluitate hypocritarum, quorum in ipsa temperantia ciborum grande est intemperantia: uisum nunc addit quod adhuc melius & perfectius est, ut hi, qui spirituales studijs idonei sunt, soluti ac liberi esse cupiant ab omni occupatione curarum secularium, ab omni sollicitudine rerum quocumq; uenialium, iuxta illud: Martha Martha, sollicita es, & curbaris erga plurima. Porro unum est necessarium, Maria optimam partem elegit, quae non au.

Theaurizates in caelo.

Fures olim in caelo.

Ezec. 28.

Vbi thesaurus tuus, ibi est cor tuum.

Homo per bona opa redimit in die iudicij.

Luc. 10.

aufferetur ab ea. Hoc ita incipit: Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unū odio habebit, & alterum diliget aut unum sustinebit, & alterum contempnet. Hanc generalem de dominis sententiam, quam ueram esse ratio sponte concedit, iccirco præmisit, ut speciale appor-  
 tune subinferret, eadem nixam ueritatis firmitate, non potestis deo seruire & mammonæ. ¶ Sciendum quippe est, quod non idem sit, duobus dominis, ac si dixisset, duobus hominibus siue duobus regibus aut potestatibus. Nam duobus hominibus, duobus regibus siue potestatibus, potest unus homo seruire, quia possunt duo reges, duo principes sibi met cōcordes existere ut fuerunt Salomon & Hiram rex Tyri inuicem fœderati, & ambobus seruire potuit artifex Hiram in ædificatione domus domini, quem misit rex Hiram prudentem & scientissimum, quod nouerat operari in auro & argēto & ære & ferro, marmore & lignis, purpura quoque & hyacintho & bysso & coccino, et adinuenire prudentem quodcunque in opere necessarium esset.  
 ¶ Porro duobus dominis neminem posse seruire, iccirco dictum est ueraciter, quia dominatio superbia fastus est, & dualitas dominationis nunquam absque scissura contrarietatis esse potest. Vnus enim dominus, unus deus est: ceteri qui dicuntur deus uel domini, putatiue dicuntur & non sunt. Attamen usus obtinuit, ut in suo quisque iure dominus dicatur & sit, ut exempli gratia, in suo regno dominus & rex dicebatur rex Dauid. Duo domini tunc tibi esse ceperunt, quia dominationis unitas in dualitatem scissa est, quando filius eius Absolon dominationem contra eundem patrem suum arripuit. Vti quoque duobus illis nemo seruire potuit. Aut enim unū odio habuit, & alterum dilexit, ut (uerbi gratia) ille Chusai, qui quoniam seruus erat bonus, bonum dominum dilexit, & malum odio habuit, apud Absolon deges, & saluti Dauid miro atque amabili artificio consulens ac deseruiens. Aut unum sustinuit, & alterum contempnit, ut ille Achitofel, qui utique non dilexit Absolon, sed iccirco sustinuit eum, ut Dauid dominum legitimū contemnere posset. Nunquid enim diligebat aut diligere nouerat, qui talia quæ legimus, illi consilia dabat? Imò & de toto pene Israelita sentiendum est, quod uidelicet neque Absolon neque Seba filium Bochri, neque Hieroboan, ceterosque reges, quos habuit, dilexit, quippe quos toties occidit & mutauit: sed ob hoc tantum dominationem illorum sustinuit, ut contemnere posset legitimam dominationem domus Dauid, toties dicēdo, ut scriptura meminit: Quæ pars nobis in Dauid, uel quæ hæreditas in filio Isai? ¶ Non ergo (ait) potestis deo seruire & mammonæ. Hi namque sunt duo domini ualde sibi contrarii, sicut ueritas & mendacium, sicut iustum & iniquum: quia uidelicet deus uerus est dominus, & hic solus iure dominatur. Mammon autem, id est, principis huius mundi, falsus est dominus, & inique dominatur, & omnino mentitur, de omni gloria mundi dicens, quia mihi hæc omnia tradita sunt, & cui uolo, do illa: quia non ipse, sed solus excelsus dominatur in regno hominum, sicut Nabuchodonosor dictum est cœlii, & cuiuscunque uoluerit, dat illud. Istis duobus dominis nemo potest seruire, ambos istos nemo diligere, ambos istos nemo potest odio habere uel contemnere. Si enim dominum uerum diligat, falsum odio habet, ut supradictus Dauid, qui in psalmo loquitur: Iniquitatem odio habui, legem autem tuam dilexi. Si autem falsum diligat, uerum dominum odit, ut Iudæi, de quibus saluator: Nunc autem, ait, & uiderunt & oderunt & me & patrem meum. quicquid dicunt iuxta Esaiæ uaticinium, Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno pepigimus pactum. Horisonum est hoc, & ipso au dito nimis asperum, quæquam odisse deum, & cum diabolo & cum inferno pepigisse pactum, & hoc omnino est impiorum atque desperatorum. ¶ Porro unum sustinere & alterum contemnere, & non solum sustinere deum, contemnere autem diabolum etiam electis interdum accidit, exempli gratia, ut ipsi iam dicto Dauid. Aliquando enim ille diabolum sustinuit, quem nunquam dilexit: deum autem contempnit, tunc uidelicet, quādo tentatus est, & in Vriam peccauit. Quare ergo (inquit dominus) contempnisti uerbum domini, ut faceres malū in conspectu meo? Quam ob rem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, eo quod despexeris me &c. Bonum ergo dominum ipse contempnit, malum sustinens dominum propter emolumentum prauæ delectationis, quæ peregrinus dicitur illic, eo quod longe sit à ciuitate dei. Quod enim dictum est illic per Nathan, quia diues parcēs sumere de ouibus & de bobus suis, ut exhiberet conuiuium peregrino illi qui uenerat ad se, tulit ouē uiri pauperis: parabolica locutio est, significans qualiter malum dominum sustinuerit, bonum autem contempnit. Rursus uero idem Dauid, malum dominum contemnens, ut in omnibus solitus contemnere fuit, præter illum sermonem Vriæ Ethar: bonum dominum sustinuit, subauditur corripientem, eo quod numerasset populum, & dixit: Coartor nimis. sed melius est ut incidam manus domini, multæ enim misericordiæ dico, quàm in manus hominis, ¶ Quomā ergo non potestis duobus istis dominis seruire, ideo dico uobis, ideo suadeo uobis, à malo domino, scilicet à mammona, tam longe recedere, ut ne saltem solliciti sitis animæ uestræ quid manducetis, neque corpori uestro quid induamini. Multos enim sollicitudo ista scandalizauit, ut malum dominum sustinerent, & bonum dominum contempnerent, & non ad horam tantū, sicut scandalizauit tentatio sanctum Dauid, sed usque in finem, sicut Saulem, qui ante illum fuit. Ille enim

Duobus hominibus idem seruire potest. 3. Reg. 5. 2. Para. 2.  
 Duobus dominis nemo seruire potest. Eph. 4.  
 2. Reg. 16.  
 2. Reg. 20. 9. Reg. 12.  
 Matt. 4. Dani. 4.  
 Psal. 118.  
 Ioh. 15. Esai. 28.  
 Exempla de Dauid.  
 2. Reg. 11. 12.  
 2. Reg. 24. 1. Para. 23.  
 Sollicitudo rebus temporalibus scandalizat plerumque

enim nimium sollicitus de honore seculi & de uita presentis, malum dominum non solum uiuens inuitus sustinuit propter contemptum domini, uerum etiam in fine uitæ suæ uolens subijci, consulendo spiritum Pythonis, & comedendo uitulum quem Pythonia mulier apposuit. 1. Reg. 28. Variâ pericula in diuitijs.  
 Alius plus, alius minus à curis huius seculi, à sollicitudinibus huius uitæ scandalizatur. ¶ Est quidem licitum & lege concessum, habere facultates, prouidere quod domui uel rei familiari necessarium est, inter filios ac nepotes, inter seruos & clientes curare quod dominū nel patrem deceret hæc uia periculosa est, ne forte dum quasi ex necessitate ceperis, ad hoc peruenias, ut ex amore seruias mammonæ, id est, diuitijs, & non tuus solus, sed illa dominetur tibi, & dum putas ire fortiter contra istum fluminis, uictus cupiditatum seruus ad inferiora deuoluaris. Forte dicis: Si istud perfectionis consilium secutus fuero, si omnibus quæ possideo uenditis & in pauperes erogatis, te Christe secutus fuero, unde esca? unde uestimentum? Ad hæc inquam! Nonne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm uestimentum? Qui maiora præstitit, utique & minora præstabit. L. Respicite uolatilia cœli, quoniam non seruit, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater uester cœlestis pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illis? Si ergo uolatilia absque cura & erumnis, dei aluntur prouidentia, quæ hodie sunt, & cras non erunt, quorum anima mortalis est, cū esse cessauerint, semper non erunt: quanto magis homines, quibus æternitas repromittitur, dei reguntur arbitrio? ¶ Nonne in psalmo canentis, Saturabuntur ligna campi & cedri Libani, quas plantauit, illic passeret nidificabunt, herodij domus dux est eorum? Nolite timere. Sub nominibus & uerbis illis de uobis propheta est, quod patri uestro cura sit de uobis, cum pauperes omnibus relictis, nullam habentes sollicitudinem, quid manducare aut quid indui de beatis, quasi passeret fueritis effecti, qui non seruit, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater uester cœlestis pascit eos. Magister enim uester unus est Christus, & hic tanquam herodius, uis magna, & fortis ad deum eundem etiam aglam reginam auium: quibus in cœlum uolauerit, nihilominus tamen uobiscum est omnibus diebus usque ad consummationem seculi. ¶ Domus huius herodij, uita est apostolica, quam ipse magister uester Christus extruxit. Si passeret esse cupitis, si relictis omnibus, hunc magistrum sequi uultis, domus eius præcedet uolatū uestrum, clamans ad ligna cœpi, dicēs ad cedros Libani, præcipiens potestibus & diuitibus huius seculi: Expādite ramos uestrorum & suscipite passeret istos, effundite thesauros uestrorum, & pascite uoluntarios pauperes istos. Nidificet apud uos passeret isti, construite cenobia, fundate ecclesias, ubi habitent pauperes isti, ut uacet illis uesperare & mane & meridie narrare & annūtiare, & exaudierit deus uocem eorum, tam pro uobis, quam pro semetipsis clamantium atque exorantium. Quid ergo de esca uestra eorum, tam pro uobis, quam pro solitudine huius seculi tua relictis omnibus, sequi timeatis? Nonne uos magis pluris estis illis? subauditur passeribus, quos per similitudinem uos inuitauit ad sapientiam fidei. Homo quippe uolens ad imaginem dei factus, pluris est, plus ualet apud deum, multis & magnis ualibus aut bobus, ne dicā passeribus paruus. ¶ Quis autem uestrū cogitans potest adhuc ad staturam suam cubitū unum? ¶ Forte enim dicis: Passeret paruus sunt, paruum habet corpusculum, & iccirco de modico pasci possunt: autem grandes sumus, & iccirco pluribus & grandioribus alimentis indigemus. Dico autem: Quis uestrum cogitans potest adhuc ad staturam suam cubitū unum? Noui enim uos, quia dum erubescit alter altero apparere breuior, extēdit se quæ quis ille uel illa sit, sed quantumcunque extendat, non potest adhuc ad staturam suam cubitū unum: & multum est, si per extētionem possit adhuc ad staturam suam cubitū unum. Cum ergo dicit, quis autem uestrū potest cogitans adhuc ad staturam suam cubitū unum, & tu respondes nemo, siquidem nemo potest hoc facere cogitans, facit autem annos adiciens & proficiens per naturam de infantia in iuentutem perfectam, non cogitatione, sed posita à deo lege nature iterum argueris, quia qui te grandem fecit, & crescentem ultra quācitatem uel modulum passeris, ipse & esca tibi augere potest ultra quā necessarium sit. L. Et de uestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Dico autem uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut unum ex istis. ¶ Qui passeribus propter uoluntariam paupertatem & cœlestem conuersionem, ipsi lilijs cæterisque pulchris floribus similes dicuntur in scripturis propter castitatis pulchritudinem cæterarumque uirtutum pulchram uarietatem. Hinc & Esaias loquitur: Audite me diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate. Quasi Libanus odorē suauitatis habete, florete flores quasi liliam, & date odorem. Et in Canticis Christus dicit: Ego flos campi & lilium cœuallium. Sic, ut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Et multa in hunc modum. Cōgrue ergo dum uictus atque uestitus interdicit sollicitudinem, ad quorum mittit suos electos considerationem, scilicet passerum atque liliorum, quorum in antiquis scripturis diuina autoritas ascripserat similitudinem. Considerate (inquit) lilia agri quomodo &c, quæ ita cōcludit: L. Si enim fecerit agrum, quod hodie est, & cras in silibum mittitur, deus sic uelut, quanto magis uos minime fidei? ¶ Plane multo magis, & subaudiendum est, in regno dei. Nam ut isto seculo sic ue-

1. Reg. 28. Variâ pericula in diuitijs.  
 Iegorilla.  
 Matt. 19.  
 Psal. 103.  
 Herodius, Chri: passeret, pauperes Chri in monasterijs.  
 Matt. 28.  
 Psal. 54.  
 Pauperes Chri, ut lilia agri. Ieg. sapientia Eccl. 39.  
 Cant. 2.

Matth. 15.

Exemplū magnæ fidei.

Qui sunt minime fidei.

Psal. 72.

Psal. 58.

Iohā. 6.

Iob. 13. Exod. 17.

Sabbathifimus in cōteplatione. Luc. 10.

Phil. 3.

Psal. 143.

Causa, cur his indigem⁹, ex Adā est. Gen. 3.

Dei proui-

stru uelimus, pro stultitia reputatur, quia nec Salomon (inquit) in omni gloria sua coopertus est, sicut unum ex istis. Quid porro sibi uult, quod tam acriter edicit, quanto magis uos minime fidei? Aut quid est esse minime fidei? Non enim leuiter aut negligenter attendendum est, quod hic dicit, uos minime fidei, & alibi collaudat magnitudinem fidei, ut illic: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Certos ergo terminos nosse cupimus, quos cum attingerit fides, magna sit: cum nondum attingerit, parua uel minima sit. ¶ Non longum in querendo circumdum faciamus, promptum adest signaculum siue iudicium magnæ fidei, ubi ad Nabuchodnozor regem dixerūt beati illi tres pueri, eadem hora mittendi in fornacē ignis ardentis: Ecce enim deus, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis rex liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti, non adoramus. In hoc quippe agnoscitur magnitudo fidei, fortitudo fidei, fortitudo fidelis animi, quod cum dixissent, potens est deus eripere nos, addiderunt: Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia non colimus, non adoramus deos tuos. Secundum quorum exemplum quicumque dicunt, potens est deus, quem colimus, pascere nos, quoniam & passeris pascit potens est deus uestire nos, quoniam & scenum, quod hodie est & cras in clibanum mittitur, sic uestit: & adhuc adiciunt, quod si noluerit pascere uel uestire nos, nihilominus tibi d mam mon nequaquam seruiemus: imo relictis omnibus, ipsum sequemur, non solliciti quid māducemus aut quid induamur: nimirum ista magnæ sunt fidei, quia fides illorum in futurum seculum totam se extendit. ¶ Contra minime sunt fidei, quia scandalizant, nisi à cunctis protegantur uel defendantur aduersis, cunctisque fruatur prosperis, nec putant quod de ipsis deo cura sit, uel quod ulla sit prouidentia dei. Et dixerunt, ait Psalmista, quomodo scit deus, & si est scientia in excelsis: ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Ergo sine causa iustificauit cor meū, & laui inter innocētes manus meas, & fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Tales quique, quoniam de uictu uel uestitu nihil solliciti, & murmurant nisi fuerint saturati: in ipsa professione perfectorum, qui relictis omnibus, Christū sequuntur, recte dicuntur minime fidei, congruitque his illud quod quibusdam ad se uenientibus ipse dixit: Amen amen dico uobis, queritis me, non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus meis & saturati estis. ¶ Certos igitur magnæ fidei, certos minime fidei terminos inuenisse nos arbitramur: quia uidelicet hæc dicit & sentit simile quid illi dicto beati Iob, Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Hæc autem tale quid, ut est hoc, Timeo & non possum exire de Aegypto, ne aquæ penuriam patiar & sitiam in deserto. Magna res & utilis est, quæ nobis intimare molitur, & iccirco non semel dixisse contentus, iteque ac tertio repetit hoc ipsum, dicens: Nolite ergo solliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quomodo uiuamus? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester, quia his omnibus indigetis. Quærit ergo primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adicientur uobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua. ¶ Quia ualde utile est & necessarium hoc unum, quod est sabbathizare uel requiescere in studio siue contemplatione uerbi dei, quæ optima pars est, quæ ut ait ipse dominus: Maria elegit, iccirco (ut iam dictum est) non tantum semel, sed & iterum ac tertio sententiam repetiuit de abijciendo graui onere sollicitudinis, quam uenter indicit, & occasio plerique miseræ seruitutis, ut seruientes mammonæ, deo seruire non possint. Vbi secundo dicit, nolite solliciti esse, duas rationes continuo subiungit: Hæc enim omnia gentes inquirunt, scit enim pater uester, quia his omnibus indigetis. Altera terrore compescit, altera plena est consolationis. Quid enim est dicere, hæc omnia gentes inquirunt, nisi ac si dicatur, eritis enim gentibus similes, quorum deus uenter est, si sollicitudini huic, quam inter dico, postponitis deum? Cum enim dicit, hæc omnia gentes inquirunt, pariter subintelligendum est, & præter hoc seculum nihil amplius querunt. Promptuarie eorum plena sunt, ait Psalmista, redundantia ex hoc in illud, non est ruina maceris, neque trāsitus, neque clamor in plateis eorum, & beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Hæc enim tanquam beatitudinem summam querunt, hæc ergo sententia ueluti iurgio nos percutit: & deinde, quoniam uictu & uestitu indigemus, uolens nos omnem sollicitudinem nostram proijcere in eum, quoniam ipsi cura est de nobis, scit enim pater uester, quia his omnibus indigetis. Scit (inquam) & bene scit, quid enim ille nescit? ¶ Causam quoque ipse scit, propter quam euenit istud quod omnibus his indigetis. In paradiso erant patres nostri, sola innocentia bene uestiti, ut non indigebant pane, quoniam in sudore uultus uestri uescimini, insufficienter solis impleti pomis paradisi. Præuaricati sunt oculis concupiscendo, & erit comedēdo fructum ligni uetiti, & extunc omnibus his indigetis, uictu ad repellēdam famem, uestitu ad abigendum frigus & tegendam turpitudinem. Nunquid uero solummodo scit, quia indigetis, & non etiam uult, cum sit pater uester, ea prouidere quibus indigetis? Nunquid uoluntas deest illi, nisi uos murmuraueritis, & murmurādo cōpuleritis ut uelit? ¶ Hæc enim paterna eius prouidentia testimonium habet ex alijs multis scripturarum locis, quod circa iustos & per-

sectæ fidei uiros semper adfit, & nunquam eos derelinquat, & ibi magis utatur uirtute sua, uirtute inuistata, ubi humana sibi prouiderere nullatenus potest industria. Exempli gratia, Helipauti alibi dominus per angelum, alijs rapaces quoque corui, alibi uidua de parua farina: hydria pauit, & Heliseus paucos habens panes: Da, inquit ad puerum, populo ut comedat, & comederunt, & superfuit iuxta uerbum domini. ¶ Quærite ergo (ait) primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adicientur uobis. Quid est regnum dei, nisi uerbum dei? Nam per quod facta sunt omnia, per ipsum uerbum reguntur omnia, & in hoc seruire, utique regnare est. Quoties ergo ad audiendum siue tractandum uerbum dei cōuenimus, quoties lectiones sanctas legimus aut libenter audimus, & eas opere adimplere studemus, toties quærimus regnum dei & iustitiam eius. Et hic quidem dum uiuimus, quærimus & quærere possumus, in uenire autem ad plenum, nisi post hanc uitam non ualemus. Thesaurus est hoc dei regnum in agro absconditus, thesaurus in agro literæ legalis atque prophetica, literæ magna ex parte parabolica: siue ænigmatica diligenter clausus atque signatus. Hunc thesaurum inuenire est scripturas sacras intelligere, & præ gaudio thesauri omnia uendere & emere agrum, hoc est, præ delectatione celestium bonorum uel regni cœlorum, quale in sanctis scripturis promittitur, omnem sollicitudinem abijcere secundum hoc præsens euangelicum cōsiliū, solumque earūdem amplecti studium scripturarum, ut semper homo sit expeditus ad uerbum dei tractandum siue audiendum. Hoc facite primū, & hæc omnia (inquit) adicientur uobis. O quam ros studium huiusmodi non solum usque ad sufficientiam horum, scilicet uictus & uestitus, uerum etiam usque ad amplissimos honores cito prouexit. Super salutem & omnem pulchritudinem (ait quidam) dilexi sapientiam, & proposui pro luce habere illam, Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi. Sufficit diei malitia sua. Iam semel & iterum dixerat, nolite solliciti esse. Quid adhuc tertio repetit, nisi quia magnum est negotium quod intendit, & difficile ualde operosum est, euellere de profundo cordis nostri hanc radicem amaritudinis, radicem cupiditatis? ¶ Et nota quam terribiliter hac tertia repetitione sollicitudinem inter dicit. Cum enim dixisset, nolite ergo solliciti esse in crastinum, protinus ait: Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Audiat hoc homo ille diues, uel quicumque similis eius, cui cum fructus uberes ager suus attulisset, cogitabat intra se, dicens: Quid faciam quod non habeo quo cōgregem fructus meos? & dixit: Hoc faciam, destruiam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Multum ille de crastino sollicitus erat, qui sollicitudinem suam tam delectabiliter in annos plurimos extendebat. At uero crastinus dies, non futurum dico tempus breue aut longum, pro quo solet dici cras, ut illic, Et respondebit mihi cras iustitia mea, sed crastinus dies, ut uulgo dici solet, dies qui nocte proximam subsequitur secundum occasum & ortum solis, qui quotidianus est, sollicitus erit sibi ipsi. Nam sequitur: Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem parasti, cuius erunt? ¶ Puta quod dixerit Stulte, quid sollicitus es, non dico in annos plurimos, sed in diem crastinum: Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Quod idem uidetur esse, ac si dicatur illi: Crastinus dies alia sollicitudine plenus erit, non tibi, sed sibi ipsi, nec tibi cōcedet fructus diei crastini, diei mali, quicumquam habere rationis, ne dicam sollicitudinis, quia sicut Ecclesiastes dicit, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quod tu properas, hac nocte anima tua abs te repetita. Diræ occupatio, quæ totum hominem sic inuoluit, ut nec rationis, nec scientia, nec sapientia solatium quærere uel admittere possit. Aliter: Crastinus dies, id est, ille qui crastino die uenit, sollicitus erit uel esse poterit, siue in eo, ut habes Moysen & prophetas, audiat illos, siue in eo, ut maiora sibi facere cogitet horrea sicut tu cogitasti. Quod si cogitauerit, dicetur & fiet illi, sicut dictum est & factum illi, qui præcessit, siue tibi uis alij. Stulte, hac nocte repetunt animam tuam abs te, quæ autem parasti, cuius erunt? Nam quousque est seruatorum mammonæ, qui non etiam pridie quam anima eius ab ipso repetatur, & sub ipso fere mortis articulo in annos plurimos male perseuerat sollicitus? ¶ Cum multa his similia de die crastino possint dici, & à prioribus nostris dicta sint, sensus anagogicus magis placet, & expeditius procedit. Nam iuxta anagogen dies crastinus, dies malus & maledictus est, diei præfenti oppositus, diei quem benedixit dominus, de quo in Dauid loquitur spiritus sanctus: Hodie si uocem eius audieritis, cuius meminit Apostolus his uerbis: Quapropter sicut dicit spiritus sanctus, hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Videte fratres, ne sit in aliquo uestro cor malum incredulitatis, discedendo à deo uiuo, sed ad horramini uosmet ipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, dum dicitur, hodie si uocem eius audieritis. Ac deinceps: Et quidem ab operibus ab institutione mundi factis, dixit quodam loco de die septimo sic: Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum, Si intro-

dētia erga pauperes suos. 3. Re. 17. 19. 4. Reg. 4.

Quid est regnum dei, nisi uerbum dei? Quærite.

Matth. 19.

Sapi. 7.

Fugienda sollicitudo diuitiarum.

Luc. 12.

Gen. 30.

Luc. 12. Crastinus dies sol. er. sib.

Eccles. 9.

Luc. 10.

Sensus anagogicus de crastino. Psal. 94. uebr. 4.



Dies crastinus cui maledixit Iob, Mammonē. Iob. 7.

ibunt propter incredulitatem, iterum determinat diem quandam, Hodie dicens in David &c. ¶ Huic hodierno diei quem benedixit, & in quo requiescit deus, cōtrarius est dies ille crastinus, scilicet diabolus siue mammon, cōtra quem dixerat supra, nemo potest duobus dominis seruire, nō potestis deo seruire & mammonē. Nam quē aliu die putas esse diem illum, quē maledixit sanctus Iob? Apertit enim os suum Iob, & maledixit diei suo, & locutus est: Perat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, cōceptus est homo. Dies ille uertatur in tenebras, non requirit eum deus desuper, & non sit in recordatione, & nō illustretur lumine, &c. In illo namq; die nascitur omnis homo, quia nascitur in peccato, uiuit in peccato, & moritur in peccato, nisi uisitetur a die isto, die hodierno, sancto & benedicto, & ab hoc uisitatus siue illustratus, mutet originem, renouet natiuitatem, ut natus in Adam, renascatur in Christo; mortuus peccato, uiuat deo. Dicitur autem dies ille crastinus, eo q; interueniente iniquitatis nocte, ab isto die hodierno sit omnino separatus. Porro non uere est, sed dicitur & uideri uult ille dies, nam reuera nox est. Propterea sanctus ille maledicens, hoc utrunq; dixit: Perat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. ¶ Nunc iam dicendum, quomodo sic uel nō sit sollicitus quis in illum diem crastinum, quomodo ille dies sibi metipsum sit sollicitus, & quomodo sufficiat ei malitia eius. Nam hæc tria dixit dominus, nolite ergo solliciti esse in illum diem crastinum, est seruire mammonæ, seruire cupiditatibus, diligere mundum & ea quæ in mundo sunt. Quod idcirco recte prohibetur, quia sicut profecto nemo potest utrumq; præsentem & crastinum diem simul uidere, ita nemo potest mundum simul & deum diligere, deo seruire simul & mammonæ. Quam ob causam? Crastinus enim (inquit) dies sollicitus erit sibi ipse. Quid est, crastinus dies sollicitus erit sibi ipse? Nimirum diabolus, mammon, siue princeps huius mundi, nihil deo de sua sollicitudine communicabit, nihil cum deo commune habebit. Et quidem si ita dixisset, sollicitus est sibi ipse, id est, esse uideretur, sed futuro tempore dictum, sollicitus erit, hoc plus habet, quia sempiternitatem inuit diuisionis siue separationis, quia sicut nunc est, ita semper & in æternum a deo diuisus & separatus erit, & absq; ullo fine seorsum quæret quæ sua sunt, non quæ sunt dei, nec ulla unquam respectione deo cupiet rursus confederari. Vnde hoc illi: Vnde tanta separationis perseverantia? At: Sufficit diei malitia sua. Quomodo uel in quo sufficit huic tali diei malitia sua? Videlicet in eo, ut dicat, nullus ego, deus ego sum, & in cathedra dei sedi, & ero similis altissimo, & cætera his similia. Igitur sufficit (ait) diei malitia sua, id est, hoc superbiæ uidetur quod sibi sufficiat. Humilitas autem dicit: Non quod sufficiens sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficiens nostra ex deo est. Et alibi: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Nōlite iudicare, ut nō iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini & in qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Nō mandatum nouum est hoc, sed mandatum uetus, quod ab initio audiuius. Nam per Moysen dixerat hoc idem dominus, Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Deniq; qd de iudicij odio dominus hic dixerit, nolite iudicare, ut non iudicemini, & cætera quæ iam dicta sunt, protinus manifestat cum dicit per similitudinem huiusmodi: Quid autem uidet festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo? et ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, enice primum trabem de oculo tuo, & tunc uidebis enicere festucam de oculo fratris tui. Igitur quod dicit, nolite iudicare, ut non iudicemini, hoc dicere est, nolite in iudicando habere odium in cordibus uestris. ¶ Nam ut omnino non iudicemus siue arguamus uel corripiamus, & euāgelica simul & legalis simul repugnat autoritas. Legalis, ut eodem capitulo, protinus cum dixisset, ne oderis fratrem tuum in corde tuo, subiungit, sed publice argue eum, subaudiſ hac intentione, ut uelis eū lucrari, qd non est odij, sed dilectionis. Euāgelica, ut illic: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum; si autem te nō audierit, adhibe adhuc unū tecum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Quod si nec eos audierit, dic ecclesie. Simul & hoc euāgelica suppluit autoritas, qd in legali minus apparebat, quia uidelicet legalis hoc tantū dixit, sed argue publice: euāgelica uero perscripsit, quali ordine debeas ad hoc puenire, ut arguas publice, siue dicas ecclesie peccatū qd nō est publice admissum, sed te solo sciente. Cauendū est ergo iudicij, qd ex odij radice procedit, & si nō amore iustitiæ, at salte metu uicissitudinis iustitæ, quā protinus subiūgit: In qd est iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Etenim si per odij non causæ, sed personæ iudicaueritis, iudicabimini & uos, iudicio non dilectionis, sed odij dei, qd odit omnem odiosè iudicantē, imō & omnes odisti (inquit) Psalmista) qui operantur iniquitatem. ¶ Veruntamen hæc & cetera fere omnia maxime contra scribas & phariseos hypocritas dicuntur, ut ab illorum similitudine q̄ longissime recedant, qui discipuli ueritatis esse uolunt, & Chriſtiano noie censentur. Illi namq; tunc temporis maledicabāt, & iniqua mensura metiebant, peccatores & publicanos cōdemnantes, & ipsum de-

Sollicitus in diem crastinum.

Phil. 2.

Ezec. 28. Elai. 14. 2. Cor. 3. Psal. 16. CAP. VII.

Leui. 19.

Quo argue dicit frater, nō ex odio sed ex dilectione. Matth. 18.

Pharisei scribæ & pharisei hic scripue respiciunt.

dominum reprehendentes, pro eo quod illos suscipiebat, scq; coniungebat illis, & dicebant: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. & his similia. Profecto ipsi potius erant iudicandi, quia peccatorum illorum tanto maius erat peccato publicanorum & meretricij, quanto magnitudo trabis paruitate festucæ maior est. Proinde cuiuslibet eorū aptissime dicit: Quid autem uidet festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non uidet? Huic simile hoc est: Quid ignorantiam publicani detestaris, ut dicas, uerbi gratia, Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt, non attendens odium quod in corde habes, quia uidisti & odisti & me & patrem meum? Non solum me uel patrem meum, uerum etiam qualemcumq; fratrem odisti, hoc est trabem in oculo habere. Quomodo ergo dicis fratri tuo, Sine, enicam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Et forte qd uidet aut uidere te putas in oculo fratris tui, non festuca, sed festucæ umbra est: tu autem male uidet, & male discernis, quia trabem in oculo tuo geris. ¶ Sed esto, ut ueraciter festuca sit in oculo cuiuscumq; fratris, festuca ire penitentiæ siue concupiscentiæ subito irruentis, sicut fuit in oculo David, quando iratus propter maledicta Nabal, semetipsum ulcisci uoluit, quando uxorem Vriæ Ethæi lauitum se de solario prospiciens, uidit & concupiuit. ¶ Tu cum sis quasi Semei, quomodo de eiusmodi fratribus iudicare uel cōsiliū dare poteris, aut istud cōueniet tibi, tantam habenti in oculo tuo trabem odij, ut maledicens & lapides mittens, terramq; spargens, dicas tale quid, ut est hoc, Egredere uir sanguinum & uir Belial, reddidit tibi dominus uniuersum sanguinem quem effudisti. Nempe etiam si mitius loquaris, cum tua trabe inueterati odij, ut dicas tale quid, ut est hoc, In reprobationem ergo ne reprobos domini, quia ipse uulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabit, siue illud, Non ergo te superet ira, ut aliquem opprimas, nec multitudo cogit in inclinet te. Dicetur tibi: Hypocrita, enice primum trabem de oculo tuo, & tunc uidebis enicere festucam de oculo fratris tui. ¶ Deniq; quia sapiens Abigail, uxor Nabal insipientis & stulti, trabem eiusmodi non habuit in oculo suo, iccirco perspexit & perspicere potuit, qualiter eniceret festucam de oculo David repente irati, quod & fecit ratione huiusmodi: In me sit, ait, domine mi hæc iniquitas &c. usq; Cum ergo fecerit tibi dominus domino meo omnia quæ locutus est bona de te, non erit tibi hoc in singultum & in scrupulū cordis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris. Ille namq; purgato statim oculo, id est, sedato iræ impetu, dixit ad Abigail: Benedictus dominus deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & ulciscer me manu mea. Vnde illa secundum nomen suū Abigail, quod interpretatur patris mei exultatio, memorabile exemplum esse debet omni anime fideli, quatenus studeat paci, & reconciliet siue mitiget iratum quemcumque potest, ante effectum uel opus peccati, quod ira suggerit, quod studium reuera est patris altissimi. ¶ Itē propheta Nathan, quia trabem illam in oculo suo non habuit, iccirco perspexit & perspicere potuit, qualiter festucam peccati, quod per concupiscentiam commiserat David in uxorem Vriæ Ethæi, educeret de oculo eius, incipiendo ita quasi de alio loqueretur, & ad hoc illum suauiter perducendo, ut diceret ille penitens, peccauit domino. ¶ Porro supradictus Semei, quia magnam habebat in oculo suo trabem odij, non solum non eduxit festucam, & quasi tunc erat in oculo David, uerum etiam zeli iusti longeuum siue diuturnum iniecit ignem, ut mox dormiturus cum patribus suis, diceret ad Salomonem filium suum: Quia descendit mihi in occursum, cum transirem Iordanem, & iurauit ei per dominum dicens, non te interficiam gladio, tu noli eum pati esse innoxium. Vir autem sapiens es, & scies quæ facias ei, deducesq; canos eius cum sanguine ad infernum.

Matth. 9.

Iohā. 7.

Festuca in oculo David. 1. Reg. 25. 2. Reg. 11. 16. trabs i oculo Semei.

Iob. 5. 26. Alias doctorum. Abigail recte enice festucam de oculo David. 1. Reg. 25.

similiter Nathan pro pheta.

2. Reg. 12.

Legosque.

3. Reg. 2.

Libri VI. finis.

# RVPERTI ABBA

TIS TVITIENSIS, OPERIS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER VII.



XPIMENTO didici, sed hoc ipsum timens confiteor, confiteor timeo, quia didici & expertus sum quippiam, licet exiguum, de modo quodā diuinæ locutionis, qua dilectis sanctis & dilectis loqui solet animabus, sicut audiuimus in Canticis, dum quælibet illarum dicit: In ipse stat post parietem nostram, respiciens per fenestras, & dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & ueni. Item hoc ipsum repetens, surge amica mea, speciosa mea, ita subiūgit: Ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis. Vox enim

Modus speculatis, qd deus hoc cōuenit enter loquitur.

Ibid.

ma dulcis, & facies tua decora. Et quæ me necessitas cogit istud confiteri, quod tale quid experimento didicerim? Existimo nonnulla, quia peccat aliquis, dum pene scâdalizatur in me, hoc ipsum quod scribo, quod scripturarum mysteria pertracto, præsumptioni reputas & uanæ gloriæ, & subsannando quæritans, quid opus sit ut scribam istis, quum sancti patres tam multi ante nos tam multa tamq̃ sufficientia scripserunt. Quid igitur? Scribam, ne etiam illud experimento dilecti, quomodo dicat, Surge, prope: quomodo dicat, Sone in auribus meis uox tua? Vere non ausim, sed hoc tibi ò amice, qui & ipse me ad scribendum sæpe hortaris, in aurem dicere nõ ueritus sum, nec uerebor, si iterum audire uolueris. ¶ Cæteris dico & hoc dixisse satis sit, quia reuera etiam si tacere siue à scribendi studio cessare uolueris, nõ ualeo, & hoc non concedi mihi scio & bene sentio, & hoc gaudeo. Veracem esse didici, si uirtutem discretionis habuisset, amicum beati Iob, ubi dixit: Sed conceptum sermonem tenere quis possit? Et quidem conceptum sermonem superfluum siue malum non posse tenere, uitiosum est & stultum, iuxta illud sapientis, Sagitta infixâ in femore canis, sic uerbum in corde stultius est e contra conceptum sermonem bonum & necessarium non posse tenere, gloriosum, quemadmodum Hieremias tenere nõ uales, quum dixisset, Et factus est mihi sermo domini in opprobrium & in derisum tota die, & dixi, non recordabor eius, neque loquar in nomine ipsius, ita subiunxit: Et factus est in corde meo quasi ignis exarsit uans, claususq̃ in ossibus meis, & defecit ferre non sustinens. ¶ Veruntamen quomodo cunque uolunt præfentes de nobis iudicent, futuri clementius iudicabunt. Dum enim uiuimus, ait uir illustris Hieronymus, & uase fragili continemur, uidentur amicorum prodesse studia, & nocere emulorum opprobria. Postquam autem reuersa fuerit terra in terram suam, & tam nos qui scribimus, quam eos qui de nobis iudicant, pallida mors subtraxerit, & alia uenerit generatio, primisq̃ cadentibus solijs uirens sylua succreuerit, tunc sine nominum dignitate sola iudicantur ingenia. Nec considerat qui lecturus est, cuius uel quale sit quod lecturus est, siue ille episcopus siue sit laicus, imperator & dominus, miles & seruus, aut in purpura aut Serico aut in uilissimo panno iaceat, nõ bonorum discretitate, sed operum merito iudicabitur. Nunc cepta profsequamur. ¶ Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcēt eas pedibus suis, & conuersi elidant uos. ¶ In doctrina sua seruus dñi scientiam habens scripturaru, unde & dicitur scriba doctus in regno celorum, magnam habere debet temperantiam, maxime q̃ illi congruit attendere locum, tempus, personam. Nam si absque consideratione horum sermonem effundat in temperans doctor, immoderatus prædicator, sæpe contingit illi dare sanctum canibus, & mittere margaritas suas ante porcos. Nonne etiam plerosque illorum, qui margaritas de quibus agit, diligenter pro tempore & loco absconderunt, canes & porci, id est, homines immundi & proterui, iniuriose dircusserūt, ac percussit sunt, & conculcatis margaritis, ipsos diripuerunt? Multos enim occiderūt, quam plures percuti sunt, non ut ipsi margaritas haberent, sed ut margaritæ ipsæ nusquam comparerent. ¶ Magnum cautelæ huius exemplum primus ipse, qui hæc loquitur, in facto suo præbuit: quia uidelicet scripturam suam ita condidit, ut non ab omnibus uel à quibuscunq̃ posset intelligi. Non ei sufficere uisum est, quod labium, quod omnibus unum erat, & sermones quos eosdem habebat omnis terra, confudit in constructione Babylonica turris, atque ita remouit omnes gentes à lectione scripturarum, quas erat traditurus uni, scilicet Hebrææ genti. Nam & in illa dei gente unica, quæ legem accipiebat, cui credebantur eloquia dei, non defuerunt nec defuturi erant porci uel canes huiusmodi, margaritis celestium sacramentorum indigni, & quibus omne sanctum non deberet dari, quod fieret uel factum esse, si nudo sermone absq̃ figuris & ænigmatibus lex & prophetæ fuissent elocuti. ¶ Proinde igitur talem scripturam condidit, quæ non facile posset intelligi quod tenderet, uel quale contineret mysterium regni dei: & sicut ipse tunc fecit, ita docet cum dicit: Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas uestras ante porcos. Quare? Ne forte conculcēt eas pedibus suis, & conuersi elidant uos. Duplex causa est, uidelicet ne & margaritis fiat iniuria, & nobis uitæ periculū siue mortis occasio nostra indiscretio fiat. ¶ Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. ¶ Nihil ergo obest ut oberit sancto gregi humilium, quod porci & canibus margaritæ absconditæ sunt, & quod propter canes omne sanctum intus repositum est. Nam qui habet clauem, imò qui ipse est clauis Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, semper præfatus est, qui & sicut nouit quibus uel qualibus claudendum, ita & optime scit qualibus sit aperiendum, qualibus dandum. ¶ Petendo, quærendo & pulsando semetipsos manifestant hi qui digni sunt. ¶ Sic fortitudine opus est. Quia fortitudine? Illa nimirum uel similis illi, qua pater fortium Iacob cum angelo luctatus est, & uictor existens, dicens tibi sibi, dimitte me, non dimittam te, ait, nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco. Qualis ergo fuit illa fortitudo? Quid senserat ipse qui dixit, quoniã si contra deum fortis fuisti, quanto magis contra homines

Autor iste non potuit nõ scribere sicut & Hieremias. Iob. 4. Eccl. 19.

Hier. 20.

Fiducia bonæ conscientie auctoris

Matth. 19.

Gene. 6.

Cur scriptura obscure tradita est.

Apoc. 3.

Fortitudo Iacob luctatus cum deo. Gene. 31.

mines præualebis? Nimirum fortitudo illa gemitus fuit inenarrabilis, fletus fuit spiritus contribulati, & rogatus cordis contriti & humiliati, quo & Moyses eundem deum dicentem, Dimitte me, tenere potuit. Deniq̃ & hoc testatur Osee, imò ipse deus loquens in Osee, qui cum dixisset de illo, in utero supplantauit fratrem suum, & in fortitudine sua directus est cum angelo, & inualuit ad angelum, & confortatus est, addidit dicens, fleuit & rogauit eum. ¶ Igitur humiliter fortitudine, forti humilitate hic opus est, ubi sanctum absconditum & in litera obfirmata clauis tenentur margaritæ sensuum celestium. Et sicut ille Iacob luctatus est cum illo angelo, in quo sine dubio deus erat, qui & uictum se fatebatur ita luctari debet uerbi dei amator cum sermone uel scriptura, quæ est ex deo, nec dimittere ante quã uincat uinci uolentem, sensumq̃ comprehendat utilem in litera latente. Lucta enim pulcherrima est, tam diu perseuerare petendo, donec inueniat pulsando, donec sibi aperiat. Quãtum sibi placeat huiusmodi lucta, quã ueraciter uinci cupiat ipse, qui reluctari uidetur, dum non citius aperit, non inanimaduertere uult, cum proterius dicitur. L. Quis ex uobis homo, quem si petierit filius suos panem, nunquid lapidem dabit illi? aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo uos cum sitis mali, nostris bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester, qui in cælis est, dabit bona petentibus se? ¶ Argumentum hoc suam habet intentionem, nec dubium est, hanc esse, ut non filius mali, nostris bona data dare filijs uestris, quãto magis pater uester: Et qualis pater? Vtique bonus, & solus bonus, cuius comparatione uos omnes mali estis, & nihil boni, nisi ex accidentalitudo eius habetis. ¶ Adam pater utique malus, quippe qui & se & omnem posteritatem suam morti ad dixit: hic tamen filio suo petenti panem, non daret lapidem: petenti piscem, non porrigeret serpentem. Herodes quidem, sub quo natus est hic ipse dominus, qui hæc loquitur, filijs suis plus quã lapidem, scilicet mortiferum præbuit ensem, sed hoc nõ fecit petentibus panem aut piscem, imò (ut uidebatur sibi) patri machinatibus morte. ¶ Quantum (inquit) pater uester uobis ad intelligendam scripturam, quæ uere est panis, petentibus aperitionem cordis, nequaquam e contrario faciet, ut cor obtusum & lapideum det uobis? Similiter si petieritis piscem, id est, si legentes uolueritis cognoscere Christum, cuius sacramentum quodammodo ita later in scriptura legali atq̃ prophetica, sicut piscis in aqua, nequaquam porriget uobis serpentem, in ducendo uos in errorem & sensum à Christo, quem in scripturis pio quæritis desiderio, longe recedentem. Non est hoc suum, ut petentibus spiritum ueritatis, spiritum det erroris. ¶ Apud alium euangelistam adhuc scriptum est: Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? De hoc dicere delectat, quia sancti omnes antiqui, sicut panem uerbi dei, & sicut piscem, id est, Christum, petebant & quærebant, ita & ouum à patre misericordiarum desiderantissime postulabãt, & prophetica oracula sine dubio dandum esse confirmabant. Quod uel quale ouum? Illud nimirum, cui spiritus sanctus obumbrare dignaretur, superueniens in illud in modum uolucris ouo suo superfectus, donec pullus in eo formetur. Sic enim futurum erat, et sic factum est. Spiritus sanctus ò beata uirgo Maria, superuenit in te, & uirtus altissimi obumbravit tibi, & ita concepisti & peperisti filium uolucrum, id est, non terrenum, sed celestem, non carnalem, sed spirituales, quamuis ueram carnem & terrenum corpus habentem. Huiusmodi ouum petebant sine dubio priores filij, maxime qui non solum fidem, uerum etiam prophetiam habebant tantis sacramenti. Exempli gratia, Qui (ut supra iam dictum est) luctabatur cum uiro usq̃ mane, nec dimittam te, ait, nisi bene dixeris mihi sine dubio benedictione illa, ut de stirpe mea fiat illud nouum, ut obumbrante sancto spiritu femina circumderet uirum. Nos quoque dum de scripturis diligenter & desideranter quærimus testimonium, ut certo sciamus quod ita iam sit factum, profecto patrem petimus ouum, nec pater nobis porriget scorpionem, ut de beata uirgine quicquam suspicemur quod sit contra ueritatem, quod pertineat ad hæreticam prauitatem. ¶ Omnia ergo quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Intrate per angustam portam, quia lata & spatiosa uia est quæ ducit ad perditionem. Et multi sunt qui intrans per eam. Quã angusta porta & arcta uia, quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. ¶ Ergo, inquit, quoniam in patre uestro promptum est bona petentibus dare, petite rationaliter, quærite sapienter, pulsate prudenter. In quo? In eo uidelicet, ut quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos faciatis eis. Si enim uos non dederitis, quo iure dabitur uobis? Si non dimiseritis, qua rectitudine dimittemini? Facite ergo ut dixi. Hæc est

Exod. 30. Osee. 12.

1. Cor. 4.

2. Cor. 3.

Matth. 19. Pater mali, Adã & Herodes.

Deo, pater bonus.

Luc. 11. Oum mysticum beata uirgo.

Luc. 11.

Gene. 32.

Hier. 31.

Summa legis est, Dilectum

Res. pximū  
sicut e ips.  
Rom. 13.

Hec regula  
etiā ad ini-  
micū exten-  
dit diligen-  
dum.  
Pro. 25.  
Rom. 12.  
Luc. 6.

Hūilib<sup>9</sup> nō  
est uia an-  
gusta.  
Mat. 11.  
Psal. 119.  
Prudentia  
donū spūs.  
1. Cor. 12.

Cant. 5.

Gala. 1.

Apoc. 18.

Mat. 8.  
Iohan. 4.  
Luc. 5.

Deut. 18.

Exod. 23.

enim lex & prophetæ. Hæc tota est summa illorum, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Hinc Apostolus, Qui enim diligit proximum, legem implevit. Nam non adulterabis, Nō ocides, Non furaberis, Non falsum testimoniū dices, Non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Plenitudo ergo legis est dilectio. Quam laboriosum hoc est carni & sanguini? Hæc enim regula, Quodcumq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis, siue, Quod tibi non uis fieri, alij ne feceris, ut que ad inimicum hominem se extendit. Nonne tu uis, ut inimicus tuus si te inuenerit, parcat tibi, sicut Dauid pepercit Sauli? Ergo & usq; ad inimicum hæc regula se extendit, pra se ferim quia sapientia dicit, & Apostolus meminit: Si furierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere. Et dominus: Benefacite his qui uos oderunt. Quam laboriosum (inquam) hoc est? Ait ergo: Intrate per angustam portam. Non negat esse laboriosum, qui hæc dicit, in trate per angustam &c. sed qualibus angusta est hæc porta, & arcta hæc uia? Vtique superbis & tumidis, qui multi fuerunt & sunt. Tales per latam & spatiofam uiam ierunt in perditione. ¶ Nunquid mitibus & humilibus similiter hæc porta angusta & arcta est hæc uia? Non utique, sed sicut dicit eis, iugum enim meum suauē est, & onus meum leue, ita ueraciter dicat eis dem, porta mea uia mea, & in incipientibus angusta uidetur & arcta, postmodum talis inuenitur, ut dicas, ut dicas illud quod dicebat Psalmista, huius habens experimentum: Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilata sit cor meum. L. Attendite à falsis prophetis, qui ueniūt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. ¶ Hic prudentia opus est, prudentia spiritus, quæ una est ex diuisionibus gratiarum, est enim discretio spirituum. Neque enim absq; gratia ista falsi prophetæ cognosci possunt, quia duplices sunt, introrsum turpes, speciosi pelle de coram intrinsecus lupi rapaces, extrinsecus quasi oues simplices, omnem humilitatem & manifestudinem mentientes. Tales olim uenerunt & uenturi erant ad subuertendum, si fieri posset, pariter & nouum testamentum. Vnde sumenda discretio siue discretionis huius certitudo: L. A fructibus inquit eorum cognoscetis eos. ¶ Fructus eorum opera sunt. Prouident enim cognosci & diiudicari ex uerbis suis. Hic (ut iam dictum est) prudentia opus est, quæ armata sit uerbo dei, & oculata oculis scientiæ scripturarum, quales laudantur in Canticis, quod sint sicut columbæ residentes super riuulos aquarū: iuxta fluentia plenissima. ¶ Quicquid dicat quis, reuelandum est cum scripturis, quas nō ab homine, neq; per hominem, sed à spiritu sancto per reuelationem Iesu Christi acceperunt, ut loquerentur & scriberent homines sancti. & licet nos (ait Apostolus) aut angelus de caelo euangelizet uobis præter id quod accepistis, anathema sit, & iterum anathema sit. Hoc dictum, hæc sententia similiter omnium illorum est, qui neq; ab homine, neq; per hominem acceperunt, sed per spiritum sanctum, unde & scripturæ illorum omnes solæ canonicæ dicuntur & sunt. Si quis (ait Iohannes in calce sue) Apocalypseos, & alij cuiuslibet prophetarum & apostolorum dixisse congrueret) si quis, ait, adiecit supra hæc, adiecit deus supra illum plagas quæ scriptæ sunt in libro hoc: & si quis diminuerit de uerbis prophetiæ huius, auferet deus partem eius de libro uite. Sed iam ipsa domini uerba sequamur. A fructibus, inquit, eorum cognoscetis eos. L. Nunquid colligit de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. Mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. ¶ In his omnibus sensum quidem habemus euidētem, sed principalem quarimus intētionem. Boni auditoris officium est, animaduertere cælestis orator non solum quid dicat, uerū etiam quæ maxime intendat. ¶ Est itaq; hic sensus uel hæc intētio in istis uerbis eius. Sicut dicere scitis lignū unde sicū uel uuam colligitis, q; spina uel tribulus aut mala arbor nō fitita & me, cuius ex ore ueritatē simul & opus ueritatis accipitis. Exempli gratia, cum dico cuidā Centurioni, uade, & sicut credidisti fiat tibi, itemq; cuidam alij, uade, quia filius tuus uiuit, cum dicam cuidā leproso, uolo, mundare, & statim fit, & multa alia multo maiora his me (inquam) p hæc discernite à falsis prophetis, quia nō potest utrūq; esse, ut & de corde meo confingēdo, & falsum loquendo in nomine dñi, arbor mala sim & fructus faciā tam bonos, ut uos ipsi sentitis, quæ multa bona opera operor in medio uestri. Ecce loquor in nomine domini, scilicet profiteo do q; dominus nomen meum sit, uel quod non semper me, sed in me sit nomē domini, teste domini no patre meo, patre deo, cum dicit de me quodā loco sic: Obserua eum & audi uocem ei, nec contemnendum putes, quia nō dimittet cum peccaueris, & est nomen meū in illo. Sic, in quæ loquor in nomine dñi, ut profitear q; dominus nomen meum sit, & q; de prophetis ego propheta magnus dominādo prædicaturus sim. Dico enim: L. Non omnis qui dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uolūtatē patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. Multi dicent mihi in illa die, Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo daemonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc cōfitebor illis, quia nunquam noui uos. Disceditē à me qui operamini iniquitatem. ¶

Er-

Ergo & dominus & inuocantium me dominum iudex ego sum, adeo tutus & dominationis meæ compos ipse, ut cauendum sit his qui inuocant me dominum, ne indigni iudicentur à me, quem inuocant, ipsa huius nominis mei inuocatione. ¶ Mira assentationis repulsiō, qua plurimum delectari solent maxime in initijs suis reges gentium & qui dominantur eorum. Nam quorū quisque tunc erat, qui iam sciret dicere illi, domine domine, nisi forte qui curatione indigebant, & uirtutem eius sentire incipiebant. At ipse de talibus non curans, quoniam in hoc natus erat, & ad hoc uenerat in mundum, ut testimoniū perhiberet ueritati, id est, sibi metipso: ego enim sum, ait, qui testimoniū perhibeo de me ipso & testimoniū perhibet de me qui misit me patet: ita loquebatur ut erat dignū se, scilicet iam cum potestate magna & maiestate. Vnde & postmodum euangelista, admirabatur, inquit, turbæ super doctrinā eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, non sicut scribæ eorū & pharisæi. ¶ Non, inquam, sicut scribæ & pharisæi, quia uidelicet nō eum delectabat assentatio uel adulatio hæc, ut uocaretur ab hominibus Rabbi, Illi & similes eorum quicunque alij, quam uel qualem in docendo habent potestatem popularis auræ serui, gloriosæ cupiditati, qui totum curant de opinione sermonis sui, de profectu audientium nihil. Vere impotes, uere nullam potestatem habentes, quos si laus uentosa perflauerit, tristes extenuantur. Iste, qui lucrum solum querit animam, & claritatem ab hominibus nō accipit, magister & exemplum omnium, qui non suam, sed dei gloriam querunt, facit prior ipse quod doceat, assentationem tam presentium quam futurorum, repellens & dicens: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uolūtatē patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. ¶ Pater eius una est persona, que in psalmo dicit de isto filio suo uerbo suo: Eructauit cor meum uerbum bonum: nobis autem adoptionis filijs pater est unus deus pater & filius & spiritus sanctus. Vnde animaduertendum, quia ferè ubique, absque determinatione possessiui huius pronominis meus uel mei, dicit pater uel patris, ea quæ loquitur minora sunt maiestate suæ diuinitatis, ut illic: Et sicut mādātum dedit mihi pater, sic facio, quia pater maior me est. Vbi autem determinat, pater meus uel patris mei, non sine indicio loquitur diuinæ maiestatis, quem admodum hic, sed qui facit uolūtatē patris mei qui in caelis est, subauditur, cum eo quod dicit mihi, domine domine, ipse intrabit in regnum caelorum, addens adhuc: Multi dicent mihi in illa die, domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? & cetera, ut supra. Quam ob rem confitebor illis, quia nunquā noui uos: Disceditē à me qui operamini iniquitatem. Nimirum, quia quod prophetauerunt, sibi met prophetauerunt, id est, non profetando dei, sed suam gloriam, suumq; temporale commodū quæsierunt, sicut Balaam qui cum bona & uera prophetaisset, malum dedit consiliū, nam ad suggestionem eius, mulieres Medianæ deeeperunt filios Ista el in Beelphegor. ¶ Similiter multi in nomine eius daemonia eiecuerunt, siue de hominibus exorcizando & baptizando, siue de aris & templis deducendo illa deo uero, in quibus habitabat & colebatur dæmonum multitudo, & multas uirtutes huiusmodi facientes, quæ uidebantur quidem, sed non erant ueræ uirtutes, imō uirtutum simulationes, mercedem aliam quam domini quæsierunt, & mercedem suam receperunt. Iccirco confitebor illis, quia non noui uos. Confitebor, inquam, id est, dicam id quod prius celauī, permitteus illos sibi iustos uideri, iuxta illud: Tacui, semper filii, patiens fui, quasi parturientes loquar. ¶ Omnis ergo qui audit uerba mea hæc, & facit ea, assimilabitur uiro, qui ædificauit domum suam supra petram. Et descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit uerba mea hæc, & non facit ea, similis est uiro stulto, qui ædificauit domum suam super harenam. Et descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. ¶ Formidabilis confessio, quæ in illa die sic reuelabit uel conficientias fundamenta pseudoprophetarum & omnium qui operantur iniquitatem, quem admodum tempestas pluuiarum & inundatio fluminum, & flatus uentorum irruentium, reuelant fundamenta domus, quæ non supra petram, sed super dissolutam & fluxam fundata est harenam. Cadent enim & ruent ruina magna in turbine uocis huius: Disceditē à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: non quia audistis uerba mea, sed quia non fecistis ea: Domus autem illorum, qui audiendo & faciendo posuerunt fundamenta supra petram, firmiter stabit: neq; enim hi qui à dextris erunt, cadēt eundo cum sinistris in supplicium, imō ascendent in uitam æternam, ad percipiendum regnum sempiternum, ab origine mundi sibi parati. L. Et factum est cum cōsummasset uerba hæc Iesus, admirabatur turbæ super doctrinā eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, non sicut scribæ eorū & pharisæi. ¶ Qualem, q; uehementē dicit rationem admirationis illius, qua admirabatur turbæ super doctrinā eius. Erat enim, inquit, docēs eos sicut potestatem habens, nō sicut scribæ eorū & pharisæi. Quid nam, rogo, est potestatem habere in docēdo? Imō quid est potestatem nō habere in docēdo? Nam ex hoc opposito melius cognoscitur, quid sit potestatem habere in docēdo.

Assentatio  
nis repulsio  
Iohan. 18

Iohan. 9

Matth. 7  
Scribæ &  
pharisæi, sit  
am, nō dei,  
gloriā quæ  
rebat.

Iohan. 5

duplex nō  
dus loquen-  
di de patre  
Psal. 44

Iohan. 14

Numer. 24

Esaiæ 43

Matth. 19

adulatores  
& sua qua  
rētes, non  
habēt po  
tēstatem in  
docendo,  
Ezech. 13

¶ Ergo potestatem non habere in docendo, est bona loqui & esse malos scribas & phariseos, uolendo placere hominibus & adulando diuitibus, ut ex eis aliquid commodi adipiscantur. Contra tales apud Ezechielem sermo propheticus hoc modo propheticus hoc modo grauissime inuehitur: Hæc dicit dominus deus: Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis, ad capiendas animas. Cum caperent animas populi mei, uiuificabant animas eorum, & uiolabant me ad populum meum, propter pugillum ordeï, & fragmen panis, ut interficerent animas quæ non uiuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs. Quid enim est uiuificare animas quæ non uiuunt, & interficere animas quæ non moriuntur, nisi iustificare impium & condemnare pium promuneribus: Hoc namq; tale est, quale esset cõfute puluillos sub omni cubito manus, & facere ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis, & hoc propter pugillum ordeï & fragmen panis, id est, propter emolumentum uel commodum temporale, uile nimis & exile comparatione detrimenti iustitiæ, quod sibi talis adulator peccati alieni scienter acquirit. Num ergo hi tales in docendo potestatem habent? Imò serui seruos, impotes & uenales clientuli sunt. ¶ Isti emagister unus, magister uerax, & uiam dei in ueritate docebat, qui inter cætera quæ contra auaritiã in illo; disputauit, adeo nulli unquam adulatus est, ut in Hierosolyma, ciuitate magna & opulenta, nec saltem unius noctis hospitium aliquando haberet. Cum autē descendisset de monte, secutus fuit eum turbæ multæ. Ecce leprosus ueniens, adorabat eum, dicens: Domine, si uis potes me mundare. Et extendens manum tetigit eum, dicens: Volo: Mundare. ¶ Et ante & post sermonem habitum in monte, ualde multos narate euangelista dominum Iesum infirmos curasse, non exprimens singillatim, qualiter & quibus ab infirmitatibus fuerint liberati. Ante enim dixit et circuibat totam Galileam, docens in synagoga, & prædicans euangelium uerbi, & obtulerunt ei omnes male habentes, uarijs languoribus & tormētis cõprehensos, & curauit eos. Post sermonem uero facta de tribus narratione singillatim, scilicet de isto leproso, & de puero Centurionis, & de socru Petri, rursum dicit: Vespere autē facti obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eiciebat spiritus uerbo, & omnes male habentes curauit. Pauca ergo de multis conscripserunt, sed secundum intentionē scribentis euangelistæ pro suscepto negotio sufficientia sunt. ¶ Ille ergo gloriosus filius dei, honorabilis filius hominis, propterea de monte cæli descenderat in campum huius mundi, ut infirmitates, id est, peccata sanaret ois hominis, Iudæi primū, & deinde gentilis. Curationem Iudæi meditabatur in emundatione leprosi, qui & Iudæus erat: propter quod & dixit ei, tanquam alumno legis. Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses in testimonium illis. Porro curationem gentilis meditabatur in sanatione pueri Centurionis, qui & ipse gentilis erat. Propter quod & indignum se introitu domini iudicauit, & sicur Lucas meminit, seniores Iudæorū quasi suffragium ferebant ei, dicentes quia dignus est ut hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Recte igitur leproso, nō solum, uolo, uel solum, mundare, dixit, uerum etiã manum extendit, eumq; tetigit: puerum autē Centurionis nō tetigit, & nec saltem ad eum inuoluit, quia uidelicet Iudæum ita curauit, ut ex ipso carnem assumeret, & in medio eius habitaret, quod nimirū tangere fuit ad gentiles autē per semetipsum non accessit, sed postq; totam salutē operatus est, & in cœlis ascendit, suos eis prædicatores misit. ¶ Cum autē dicimus aut legimus prius Iudæi, id est, Iudæicum populum, per præsentia saluatoris esse curatum, non solos illos paucos attendimus, qui tunc in corpore inuenti, ante uel post passionem eius crediderunt, sed uniuersam populi illius electionem, omnes qui iam a seculo migrauerant, a tempore promissionis quæ facta est ad Abraham, usq; ad tempus illud: quia tūc saluati & ab interis e ducti sunt per ipsum, cuius uenturi fidem habuerant. ¶ Proinde & ipsa infirmitatū diuersitas non negligēter pensanda est, quia uidelicet ille ex Iudæis tantummodo erat leprosus: puer autē Centurionis & paralyticus erat & male torquebatur. Hoc enim secundū similitudinem illorum duorum hominum, plus mali habuit populus gentilis q; populus Iudæicus: quia possidebatur a diabolo, dæmonia colens pro deo, neq; enim notus illi erat deus. Iudæus autē tanquam ratione non priuatus, in ipsa lepra sua deum cognoscens, legi erat subditus. Cui enim grauius q; leproso Iudæo dominabatur: Scribuntur Moysi, & reuera nulli magis q; leproso grauis fuit manus legis literalis. Quicq; ait, maculatus fuerit lepra, & separatus ad arbitrium sacerdotis, habebit uestimenta disluta, & caput nudum, os ueste contactum, contaminatū ac foras dum se clamabit omni tēpore quo leprosus est & immūds, solus habitabit extra castra. De cæteris quoq; immunditijs, scilicet de fluxu seminis, & de menstruis, est in dicitur legis: sed & de alijs corporalibus maculis, uidelicet si cæcus fuerit, si claudus, si paruus uel grandis uel toro naso, si fracto pede uel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginē in corpore uel hermosus: non accedet, inquit, offerre hostias domino, nec panes deo suo. ¶ Porro de illo, qui male torquet, id est, qui dæmoniosus est, ut erat puer iste Centurionis, nullum usquam iudicium lex decreuit. Per omnia igitur cõgrue, sicut iam dictū est, per

Chrs nulli  
profusus  
adulatus est  
unquam.  
CAP. VIII.

Math 4

Chrs dicit  
simode cu  
rauit lepro  
sum & pue  
rum Centu  
rionis.

Lucæ 7

Quos Iudæ  
os curauit  
Christus.

Diuerfa in  
firmitas Iu  
dæi & gen  
tilis.

Exodi 17  
Leuit. 13

Leuit. 19  
Leuit. 21

est, per leprosum legis alumnus Iudæicus, & per gentilis hominis puerum gentilis populus, a suis curandus peccatis, significabatur per gratiam huius filij hominis, qui in operibus suis exterioribus sine dubio salutem animarum, propter quam uenerat, die ac nocte meditabatur salutem, & eorum qui sub lege erant, ut ille leprosus, & eorum qui sine lege erant, ut iste puer a proprio sensu captiuus. ¶ Quid si uel Iudæus postq; a lepra pharisaica mundatus est, uel gentilis postq; a demonio, id est, a cultura dæmonum liberatus est: quid, inquam, si uel iste uel iste per fidem Iesu Christi, per laucarum regenerationis spiritus sancti saluus factus, iterum peccauerit? Nunquid & postea saluari uel ad salutem reuocari poterit? Poterit plane, si dignos pœnitentiæ fructus fecerit. Filii mei, inquit Iohannes apostolus, hæc scribo uobis, ut nō peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Exemplum huius rei mysticū diuini euangelista cõtinuo subordinauit. Ait enim. LEt cum uenisset Iesus in domum Petri, uidit socrum eius iacentem & febricitantem & tetigit manum eius, & dimisit eam febris. Et surrexit & ministrabat eis. ¶ Quid enim domus Petri, hominis utique fidelis & fidei ardentis, nisi ecclesia est dei uiuentis? Ergo socrus Petri febricitans, anima est habens quidem fidem Christianam sed alicuius peccati seu uitij passione cum periculo uitæ laborans. Lucas euangelista hoc etiam memorat, qui rogauerit illum pro ea. Igitur socrus Petri, cuius in domū dominus Iesus uenerat, anima est, ut iam diximus, Christiana uel fidei domestica, quæ cum uitijs & peccatis febricitare cœperit, & pene spiritum uitæ amiserit, rogant fideles pro ea, & orando ab omnibus confirmatur charitas in ea. Præterea & hoc Lucas meminit, quia stans super illam imperauit febrim, & dimisit illam. Mathæus dicit, quia tetigit manum eius, & dimisit eam febris. Lucas autem, ut iam dictum est, stas, inquit, super illam, imperauit febrim, & dimisit illam. Vterque surgentis hoc exprimit opus, quia surrexit continuo, & ministrabat eis, uidelicet domino & discipulis eius. ¶ Hinc breuiter dicendum, quia super febricitantem stare est, eiusmodi animam respectu timoris sui ualde terribiliter contere, iudicijq; futuri memoria conturbare: ita ut dicat: Conturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turbata est ualde. Nō enim sicut ante notitiam ueritatis lacturam anima dulcibus gratiã manumillis, ut creator eum cognoscatur, inquam, ita, cum post ueritatis agnitionem & susceptam fidem aliquid criminale peccauerit, rursus tam facile pronam indulgentiam sese illi Iesus impendit, sed quasi desuper stantis terretur anima uersione iudicis, uerbi gratia dicitur: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo quem scripsi. ¶ Porro iacentis manum tangere est, cõfortare & adiuuare uolentē uolentiã peccati resistere. Quo enim alio modo quis sp̄a liberaret de corpore mortis huius? Deniq; cū uult, potest homo iacere & febricitare, uel qualemcunq; passionē corpori suo adducere: sed ut de lecto surgat, eademq; passione careat, non in sua uoluntate, sed potius in medici positi est curatione. Similiter cum uult, potest sine lege uiuere, id est, sine timore dei mala securitate in peccatis iacere: sed ut surgat, & animæ sanitatem recipiat, nō in uirtute sua, sed in sola positi est gratia liberatoris. Et si uelle adiaceat, nō inuenit bonum perficere, postq; malo uolens tradidit se. ¶ Hinc est illud Apostoli, sub persona talium suspirantis. Condelector legi dei, secundū interiorem hominem. Video autē aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuū me ducentē in lege peccati quæ est in membris meis. In Felix ergo homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christū. Igitur secundū mysteriū, seu ueritatis quidē est, quod ut Lucas scribit, stetit super illam: adiuuantis autē siue liberantis gratiæ, quod, sicut ait hic Mathæus, tetigit manum eius. Porro & apud illum & apud istum, sicut in cæteris, ita & in isto facto manifesta & rata est astipulatio ueritatis, quia credendum est illi in sermonibus suis, quia sicut dominus potestatem habens uitæ & mortis, siue uitæ & sanitatis, tantummodo do stetit & imperauit, stetit & tetigit, & febris fugit. ¶ Interea & hoc dicendū tibi, quicumq; es uel esse cupis prudens auditor euangelij, ne ordinem requiras factorū in omnibus quæ ab euangelistis conscrip̄ta sunt. Non enim ordini intendunt rerum gestarū, siue temporibus describēdis quibus res gestæ sunt: sed proculum singuli sequuntur celeste mysterium utpote animalia spiritualia, quæ ante & retro oculis plena sunt. Nunquid enim ordo factorū apud hūc & apud Lucam tam diuersus esset, sicut perpedere potes, nisi causa mystica subesset? Imò sicut peritii artifices, sicut optimi aurifices, dum quisq; illorū uas quodcunq; pretiosum, siue decoram regio capiti fabricare cupit coronā, appositis sibi gemmis, non curat attendere de singulis, quo tempore uel quali pretio cõparatā fuerint, sed hoc solū intendit, qualiter auro super ordinatæ uarietate sua melius placere possint intuentium oculis. Ita isti fidissimi fabricatores euangelicæ ueritatis, non tantum attendere debuerunt, quibus temporibus uel quo tempore ordine miracula gesta fuerint, quantum eorundē miraculorū qualitates: quæ sumpta de innumerabilibus gestis, & subordinata competentibus locis, sufficere possent ad splendorem ueritatis, ferendumq; suffragium gloriæ & honori huius filij hominis, quod sicut uerus homo, ita & uerus deus sit. ¶ Hinc est ille

Roma. 1  
Questio de  
relapsis in  
peccatū post  
baptismū.  
Tit 3

Resposso.  
1. Iohann. 1

Mysteriū  
in febricitā  
te socru Pe  
tri & in cõ  
uratione.  
Lucæ 4

Quid est sta  
te sup febr  
citantem.  
Psal. 6

Exodi 12  
Roma. 1. 7

Roma. 7

Nō est ordo  
q; mysterij  
in gestis  
Christi ab  
euangelista  
obseruat.  
Ezech. 1. 10  
Apocal. 4



est illud in Psalmo: Quoniam praeuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Quid enim est corona de lapide pretioso in capite nisi scriptura haec testimonio eius opifex diuinis illustrata miraculis, in initio praedicationis eua-  
**gelicæ?** Non igitur magnopere requiras in gestis ordinem temporum, ubi longe pulchriorum fulget ordo mysteriorum, de quo iam dictum est, & adhuc dicendum. ¶ Dictum quippe est, quia futurum erat, ut de populo Iudaico prius a lepra sua pars aliquantula, & deinde gentilis populus a phanatico errore suo curaretur: ac deinceps quisquam fidelis, iam Christianus peccatis actualibus iterum oppressus, gratia miserentis dei liberaretur. Secundum similitudines istorum, uidelicet leprosi mundati, & pueri Centurioni a demonio liberati, & focus Simonis quam feliciter eum, idem dominus potenti imperio sanauit. Nonne & hoc futurum erat de haereticis, quod factum est: sicut Iohannes apostolus dixit: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Sequitur ergo. ¶ **Lucæ 4.** **Dæmonia,** que increpabat Iesus, haereticos praesurabant. Iohannes 5. **Actoꝝ 8.** **Esaiæ 53.** **Chꝛiꝛi egrotationes nostras portauit.**

est illud in Psalmo: Quoniam praeuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Quid enim est corona de lapide pretioso in capite nisi scriptura haec testimonio eius opifex diuinis illustrata miraculis, in initio praedicationis eua-  
**gelicæ?** Non igitur magnopere requiras in gestis ordinem temporum, ubi longe pulchriorum fulget ordo mysteriorum, de quo iam dictum est, & adhuc dicendum. ¶ Dictum quippe est, quia futurum erat, ut de populo Iudaico prius a lepra sua pars aliquantula, & deinde gentilis populus a phanatico errore suo curaretur: ac deinceps quisquam fidelis, iam Christianus peccatis actualibus iterum oppressus, gratia miserentis dei liberaretur. Secundum similitudines istorum, uidelicet leprosi mundati, & pueri Centurioni a demonio liberati, & focus Simonis quam feliciter eum, idem dominus potenti imperio sanauit. Nonne & hoc futurum erat de haereticis, quod factum est: sicut Iohannes apostolus dixit: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Sequitur ergo. ¶ **Lucæ 4.** **Dæmonia,** que increpabat Iesus, haereticos praesurabant. Iohannes 5. **Actoꝝ 8.** **Esaiæ 53.** **Chꝛiꝛi egrotationes nostras portauit.**

his rebus gestis, rerum in ecclesia gerendarum processum, qualem exponere ceepimus, diu-  
 num euangelistam attēdite praesentis, causam habes in promptu, cur haec ad duos homines  
 dicta tam diuersa non praeterire, uel tali loco inferere uoluerit. ¶ Futurum quippe erat, ut cu-  
 rata animarum lepra in Iudæis, sedata in gentibus dæmoniaci uexatione phanatici erroris,  
 dum rursus in domo Petri, quæ est ecclesia, curatur uitiorum febris, & de ecclesia eliminātur  
 haereticis, spiritū malum habentes, & iccirco indigni loqui de filio dei: Futurū, inquam, & hoc  
 erat, ut multi arriperent aut suscipere uiderentur propositum perfectionis: Alij per impro-  
 dam praesumptionem, alij per timoratam deuotionem. Nimirum eorum qui per praesumptio-  
 nem accessuri erant, exemplum est ille qui dixit, magister se quare te quocunq; ieris: cog. autē  
 qui cum timore uocati siue admoniti accedunt, ille qui ait: Domine, per mitte me primū ire &  
 sepelire patrem meum. Quantos putas in ecclesia fuisse uel esse, qui secundum horū utrorūq;  
 exempla tam diuersa exitus habuerunt uel habent professionis suæ: ¶ Digne igitur  
 & hoc euangelista non praeterendum existimauit, ut deinde futuras in ecclesia seditiones  
 prospiciēs, siue ex falsis fratribus siue ex manifestis aduersarijs persequentibus, subiungeret  
 dicens: Et ascendente eum in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius, & ecce motus magnus  
 factus est in mari. ¶ **Ecce** eadem dicta perpiciamus: Vidēs, inquit, turbas multas circum  
 se iussit ire transfretum. Sicut tunc turbas multas circum se uidebat, ita & multitudines gen-  
 tium oculis suæ diuinitatis, cui omnia praesentia sunt, credituras in se fore prauidebat. ¶ Item  
 quod uenerabiliter aspiciendum est, sicut pleriq; credentium in se dicturus erat per spiritū  
 sanctum, diffusum in cordibus ipsorum, per inspirationem sancti desiderij, in quo est fastidium  
 praesentium, & appetitus celestium siue futurorum: sicut, inquam, dicturus & ineffabili di-  
 ctione sua facturus erat, ut transfretum uel relinquere seculum, tu multumq; effugere cur-  
 rarum secularium (ut faciunt nunc hi qui cenobialē siue solitariam uitam eligunt) ita tunc  
 iussit ire transfretum. Non dictum est, iussit turbis multis, quæ circum se erant tuncq; dictū est,  
 iussit discipulis suis qui tunc admodum pauci erant, sed dictum est ab euangelista in diffinite,  
 iussit ire transfretum. Cur hoc: nisi quia iussio hæc iuxta sensum hūc mysticum non tam pro-  
 ceptum est q̄ consilium: Sicut enim quodam loco dicitur discipulis eius, si ita causa est ho-  
 mini cum uxore, non expedit nubere, respondens ait, non omnes capiunt uerbum istud, ac  
 deinceps, qui potest, inquit, capere, capiat: ita de omnifreto curarum secularium, quibus licito  
 quidem fideles implicari possunt, sed cum illis perfecti esse non possunt, p̄cudenter aut di-  
 crete sentiendum est, quod sic quodam iusserit uel iubeat ire transfretum, ut non tamen om-  
 nibus imponat necessitatem omnino relinquendi coniugium, curamq; omnium rerum fami-  
 liarium. Et taliter quidem transfretare, Christum se qui est. ¶ Sed attende diligenter, quid  
 uel quomodo fortis ille scriba dixerit: Magister, inquit, sequar te quocunq; ieris. Primum ipsa  
 appellatio insuauis est, cum dicit, magister, & non dicit, domine: insuauis, inquam, & sine dile-  
 ctione. Nam si rite recolis, eorum appellatio qui cum dilectione appellauerit talis erat ut diceret,  
 domine. Exempli gratia: Ut appellatio Petri dicens, domine, si tu es, iube me uenire  
 ad te. Talis appellatio magister siue Rabbi pharisaica extitit, quibus delectabile erat sibi salu-  
 tare, & sic saluati, uocare & uocari ab hominib; Rabbi. Iudas impius sic appellare potuit, ut  
 cæteris singillatim dicentibus, nunquid ego sum domine ille (ut erat cordis amari & perfidi)  
 diceret, nunquid ego sum Rabbi: Et quidem bonum & suaue est utrunq; dicere simul, magi-  
 ster & domine, unde & dicit ipse, uos uocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum ete-  
 nim, sed solum hoc dicere magister siue Rabbi, & non dicere, domine, cordis est longinquū,  
 id est, longe remotū a familiaritate dilectionis. ¶ Deinde quæta est praesumptionis dicere uel  
 dixisse magistro & dño huic, sequar te quocunq; ieris: Quis enim unq; fuit qui sequeretur eum  
 quocunq; iuit, uel cui diceret ipse ore suo, sequere me quocunq; ieris: Sed nō mirum, scriba enim  
 fuit, cuius ordinis homines de iustitia sua ualde fuere praesumptuosi, & gloriabundini &  
 ab ipso domino saepe grauiter notati sunt. Exempli gratia, cum dicit: Super cathedram Moy-  
 si sederunt scribae & pharisæi, omnia uero opera sua faciunt, ut uideatur ab hominibus, & his  
 familia. Quomodo ergo illi respondit: Nimirum ut debuit: Vulpes, inquit, foueas habet & uo-  
 lucres cæli nidosis, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. ¶ Quam dissimi-  
 lis responsio hæc responsioni illi, qua postea Petro respondit, nimis adhuc forti, & confidenti  
 plus quam oportuit. Nam qui dixerat, domine tecum paratus sum, & in carcerem, & in mor-  
 tem ire: itemq; quare non possum te modo sequi, animam meam pro te ponere respondit il-  
 li: Animam tuam pro me ponis? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus donec me ter-  
 neges. Vere responsio dissimilis, quia fuit illa corripientis, ista autem est omnino reprobantis.  
 Et recte debuit esse dissimilis, quia confidentia Petri, de radice dilectionis: huius autem  
 praesumptio de superbia & radice nequitiae prodijt. ¶ Plane poterat dicere sicut uulpes oc-  
 cuit cubat in foueis, & sicut uolucres cæli suauiter sibi sedent in nidulis, ita maligni spiritus  
 propter

Quinta egrotatio in monasticis

Voti monasticū cō silij est non præcepti, quia nō omni bus ipomē

Matth. 19

Triplex ap- pellat. o. do mine, ma- gister seu Rabbi, ma- gister & dñe.

Matth. 14

Matth. 27

Matth. 26

Iohan. 11

Nimias pre- sumptio huius scri- bae.

Matth. 23

Dissimilis respōsio ad Petri & ad scribam.

Matth. 26

Iohan. 15

Vulpes & uolucres cœc.

Malig.  
tant spūs.

propter malitiam uulpeculae, propter elationem, uolucres caeli iure nominandi, cuncta occupauerunt diuersoria pectoris tui, & iccirco falsum loqueris, dicendo, sequar te quocumque ieris: In quo dicto & dolus est & superbia simul, dum & me fallere, & ambitioe nimia cupis sanctus uideri: sed sanctae discretionis & temperantiae magister uenerabilis, malignorum spirituum nomine tacuit, & rem nihilominus eandem satis edixit. Quanti hodieque sunt, propter quos horum meminisse oportuit, quorum in cordibus, cum in ore sanctam conuersationem profiteantur, maligni spiritus ita cubant, sicut uulpes in foueis, sicut uolucres in nidulis: & locus in eis non est ubi filius hominis caput suum reclinet? Simplicis non ita magister iste & dominus repellit, imò & quasi uim faciens, ad se trahit. Sequitur enim. ¶ Alius autem de discipulis ait illi: Domine, permitte me primum ire & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi: Sequere me & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. In Deuteronomio Moyses dicit, benedicens Leui. Qui dixit patri suo & matri suae, nescio uos & fratribus suis, ignoro uos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua o Jacob, & legem tuam o Israel. Hoc de perfectione dixit. Praemiserat enim: Perfectione tua & doctrina tua uiro sancto tuo, quem probasti in perfectione, & iudicasti ad aquas contradictionis. ¶ Ergo iste qui dixit Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum: aliquid minus a perfectione habebat, qui non dixerat patri suo, nescio te, presertim tali patri, propter quem diceret ei dominus cum suae charitatis imperio, dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Non utique talis erat pater huius, qualis extitit Iacobi & Iohannis pater Zebedaeus, alioquin non diceretur mortuus a mortuis sepeliendus. Attamen illi, scilicet Iacobus & Iohannes, uocanti domino ut sequerentur eum, non dixerunt, domine, permitte nos primum ire, & sepelire patrem nostrum. Non igitur eiusdem perfectionis iste iam erat, cuius illi fuerunt in ipsa uocatione sua, qualem in Deuteronomio Moyses, ut iam dictum est, collaudat. Sed quid? Nimirum talis & talium exemplum fuerit, quales hodieque nonnulli sumus experti, qui cum desiderant, perfecta conuersatione Christum dominum sequi, retrahuntur per affectum carnis, per affectum patris & matris, uel cuiuscumque propinquitatis: cuius dilectioni tunc demum sancta scriptura uel dei charitas contradicit, si propinqui illi deo mortui sint, id est, si aduerserint uiae domini. Adiuuantis igitur est gratia, quod uerbum in carnatum dicit infirmo, sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Proinde secundum hoc exemplum recte dicas illi, cuius desiderium conuersationis cognoscis retardari per affectum carnis. Verbi gratia: Per affectum patris secundum carnem uiuentis, & iccirco mortui. Relinque mortuos sepelire mortuos suos, tu autem uade, & annuntia regnum dei. Quod si & patrem innoxium, qualis iam dictus erat Zebedaeus, relinquit alius sepeliendum, ut sequatur Christum, tunc multo magis cum apostolis facit, scilicet cum Iacobo & Iohanne, qui patrem Zebedaeum reliquerunt. Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius, & ecce motus magnus factus est in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse uero dormiebat. Et accesserunt & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos perimus. Et dicit eis: Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna. ¶ Ut caetera, sic & istud in potestate fecit hic filius hominis, unde & continuo. ¶ Admirantes dixerunt: Qualis est hic: quia uenti & mare obediunt ei. ¶ In hoc genere uirtutum Moyses claruit, scilicet utendo elementorum officijs, contra Pharaonem in terra Aegypti, de hoc iam supra dictum est, quia signa quae fecit, non eiusmodi erant ut ea quae maxime operatus est hic filius hominis, qui, sicut predictum fuerat per Esaiam & hic euangelista meminit, infirmitates nostras accepit, & aegrotationes nostras portauit, circa substantiam hominis suarum beneficia uirtutum maxime impendit, incipiens a curatione corporum, ut deinde perueniret ad curationem animarum. ¶ Nunquid uero non & in ista parte uirtutis, scilicet in imperando elementis, & Moyses & omnibus uirtutum operatur maior est hic? Vere incomparabiliter maior, quia nullus eorum quicquam imperando fecit, nec ipse Moyses imperio usus est, sed de plenitudine alterius accepit, scilicet dei uel uerbi eius, de plenitudine, inquam, huius, de quo solo dictum est, & dici debuit, quia imperauit. Non enim Moyses imperauit, sed ab hoc imperatum est illi dicendo, extende manum tuam super aquas Aegypti & uertantur in sanguinem, extende manum tuam super fluuios & educanas super terram Aegypti, & post multa his similia tandem, inquit: Eleua uirgam tuam, & extende manum super mare, & diuide illud, ut egrediantur filij Israel in medio mari per siccum, & rursum extende, ait, manum tuam super mare, ut reuertantur aquae ad Aegyptios, super curus & equites eorum. Cuncta haec alterius imperio fecit, scilicet dei, suo autem imperio nihil. Homo enim, & non deus erat. Hic solus suo imperio imperauit uentis & mari, deus enim erat, & obediunt ei. ¶ Porro ut de mysterijs coeptum tenorem sequamur, pulchre diuinus euangelista miraculum hoc tali ordine scripsit, quia uidelicet post illa, quae haec tenus dicta sunt, futurum & hoc erat in ecclesia, ut manifestae persecutionis uolentia per magnos principes in gentibus, quasi per magnos uentorum motus in mari tempestas excitata, detonaret, ipsamque ecclesiam

Deut. 33

Apostolo  
eu Iacobi  
& Iohannis  
perfectione.

Matth. 4

Differunt  
miracula  
Christi &  
Moyfi.

Exodi 7-8

Exodi 14

Ecclesiae p-  
secutiones  
in mari te-  
pestate pfi-  
guratur.

1. Cor. 11

Psal. 43  
Ibidem.

Psal. 78  
Nō mittit  
Iesus diu  
durare pse-  
quutione.  
Psal. 124

Lucæ 21  
Impare ue-  
tis qd sit,

Psal. 75

Matth. 27

Iesus exur-  
gens in iu-  
dicio.

Actoꝝ 7

Potestas  
Chri cōtra  
dæmones.

Quaestio.

Esaia 43

ecclesiam nauiculam, quasi dormiente Iesu, pene usque ad periculum uitae & salutis uehementer uexaret. Quid enim est dormire Iesum in nauicula? nisi subtrahi auxilium gratiae adiuuantis ab ecclesia? Hoc autem cum fit, ideo utique fit, ut & qui probati sunt, manifesti fiant: & qui per prosperitatem falli poterant, per aduersitatem instruantur: & qui in peccatis erant, purgentur: & multi martyres coronentur. Igitur toties dominus Iesus in nauicula quasi dormit, aut dormiuit, motusque magnus factus est in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus, quoties tardante illo per ordinatissimam dispositionem, & necessaria ad tempus subtrahente praesidia, diabolus uentorum huius seculi agitator inquietus (qualis utique est uentus Nero fuit, aut faneus Decius, uel certe Diocletianus siue Maximinus) persecutiones excitauit, & in mortes siue oppressiones sanctorum mare, id est, multitudines gentium per ipsorum leges & edicta commouit. Heu, quoties motu huiusmodi facta nauicula operata est fluctibus: quoties per se totibus & occidentibus paganis crudelissimis, ecclesia sancta calamitatibus oppressa est innumerabilibus? ¶ Tunc nimirum accesserunt discipuli, & dormientem suscitauerunt Iesum, inuocantes eum dem saluatore. Exempli gratia, dicendo illud Dauidicum: Exurge, quare obdormis domine, exurge, & ne repellas in finem. Et rursum: Exurge domine adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. Et alibi: A diuua nos, ne forte dicant in gentibus, ubi est deus eorum. Debit autem semper & esse debet suscitatio ista suaui & dulcis, & non molesta, id est, cum fide sine desperatione, cum perseuerantia absque impatientia. ¶ Alioquin suscitatus se ipse dicit: Quid timidi estis modice fidei? Ac si patenter dicat: Nonne scriptum est, quia non relinquet dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas, & quid est, non relinquet, nisi diu durare non permittit? Recordamini priorum & nouissimorum Aegyptiorum atque Assyriorum siue Babyloniurum, Moedorum atque Persarum, caeterarumque gentium Barbarorum, regumque hominum impiorum, quicunque uirgam suam, id est, potentiam suam uel dominium extenderunt atque eleuauerunt super sortem iustorum, ad affigendos siue delendos illos, qui forte, id est, gratuita electione misericordiae ad uitam aeternam praedestinati sunt. Nunquid diu durauerunt? Nunquid non hoc ipsum, quod ad tempus praualere uisi sunt, cooperatum est in bonum iustis & diligētibus deum? Quid ergo timidi estis? Num quia Nero Petrum crucifigit, & Paulum in iudicio cedit? Nolite timere, nolite timidi esse, sed in patientia uestra possidete animas uestras, quia non tandiu durabit uirga haec ut necessario extendant iusti, quasi auxilio destituti, ad iniquitatem manus suas: sed cito frangetur, & in ignem mittetur ut ardeat. ¶ Tunc surgens imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna. Dominum Iesum surgere, uentisque & mari imperare, est potentiam suam exercere siue excitare, scilicet ad adiuuandum electos, & ad uindicandum in reprobos, ut sepe particulariter factum est, fiet autem uniuersaliter & semel, cum in nouissimo iudicio surrexerit, sicut in psalmo dictum est: Terra tremuit & quieuit, cum exurgeret in iudicio deus. Praeterito namque profuturo tempore usus est, quod propheticis locutionibus familiare est, dicens de caelo aditum fecisti iudicium, terra tremuit & quieuit, pro eo ut diceret, de caelo ueniens auditum facies iudicium, subauditur dicendo, uenite benedicti patris mei percipite regnum, & caetera: & tunc terra tremet & quiescet, id est, impij timebunt & sanctos persequi desinent. ¶ Tunc utique contra uniuersos consurget, nunc autem inter dum in partes exurgit, & stat terribilis, ut sanctorum necesse uindicet de aduersarijs & homicidijs, ut uerbi gratia, tunc exurrexerat & stabat, nimirum comminans Iudaeis, iamque facturus excidium gentis & loci, quando Stephanus protomartyr intendens in caelum, dum staret in concilio, uidensque gloriam dei & Iesum stantem a dextris dei, ait: Ecce uideo caelos apertos & filium hominis stantem a dextris dei. Taliter & in alijs siue contra alios interdum surgent domino post magnos motus, facta est tranquillitas, & pax ecclesijs reddita est. ¶ Et cum uenissent trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes daemonia, de monumentis exeuntes, quibus nimis, ita ut nemo posset transire per uiam illam: Et ecce clamauerunt dicentes: Quid nobis & tibi Iesu fili dei? Venisti huc ante tempus torquere nos. Erat autem non longe ab illis grex porcorum multorum pascens. Daemones autem rogabant eum dicentes: Si enicis nos mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos. Et ecce impetu abiit totus grex per praecipitum mare, & mortui sunt in aquis. ¶ Quasi uel quanta cum potestate gloriosus iste filius hominis haec tenus daemonia eiecisset, sicut euangelista paulo ante dixit, quia eniciebat spiritus uerborum ab isto claret maxime experimēto, & litera quidem in manifesto est, manifeste signas, quia hic filius hominis deus uerax est, cuius praesentiam tremunt & ferre non posse fatentur daemones legiones, & solo eius nutu torti atque exire compulsi tot maligni spiritus, rogant, ut quoniam exire cogitur, saltē in porcos intrare permittantur. ¶ Verum tamen unum est, quod non otiose quaeritur, uidelicet quomodo placuerit huic tanti mali tamque mansueti, qui nullum ex semetipso iniuste laedi pateretur, iuxta illud: Non cōten det neque clamabit, nec audietur foris in plateis uox eius: quomodo, in-

do, inquam, placuerit ei, ut porcos alienos daret uel mitteret spiritibus malignis, quatenus per præceps uent in mare & morerentur in aquis? Hoc quicumque requirit, scire debet, homines regionis illius tales fuisse, qui non solum porcorum suorum damna, uerum etiam peccata omnimodas deberent sustinere. Nam sirite perpendas, sicut dixit: Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sydone factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere penitentiam egissent: statimq; subiunxit: Veritamen dico uobis, Tyro & Sydoni remissius erit in die iudicij quam uobis. Sic & istis uidelicet Gerafenis, ueraciter dicere potuit. Isti etenim non solum non crediderunt, cum tantas uirtutes uidissent, uerum etiam rogauerunt eum, ut discederet à finibus eorum. Discessit autem, & contigit eis, sicut & cæteris regionibus \* scusi, secundum similitudinem porcorum ipsorum, qui à dæmonibus agitati, per præceps in mare abierunt & mortui sunt. Huius expositio mysterij iam ab ipso incipiēda est exordio præsentis lectionis. ¶ Igitur uenienti domino in regionem Gerafenorum, occurrerunt duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes, facti nimis: quia cum uenissent in huius uitæ incolatum, ad debellandum principem huius mundi diabolum, duæ mortes generis humani, duce ipso peccati & mortis principe, aduersus eum ducurrerūt. Quæ nam duæ illæ mortes sunt? Videlicet una mors corporum, & una mors animarum, contra quas erat illi dimicandum. Vnde & bene illi duo & facti nimis, & de monumentis exisse uel in monumentis habitasse dicuntur: quia uidelicet & mors animarum (sua uenit) & per mortem corporum in monumentorum habitationem deuenimus. Et illa quidem mors, quæ est anima rui, occurrens nihil contra eum præualuit, quem admodum ipse dicit: Venit enim princeps mundaliæ uirtutis, ut suscipiens uel admittens nostram simulam, euacuaret duplam. Quid autem uertus eo, quod ait, facti nimis, ita ut nemo posset transire per uiam illam. Quis enim ex omni genere humano scuitiam mortis in tactus euasit? Omnes in Adam peccauerunt, ait Apostolus, & omnes in Adam moriuntur. Vbi peccauit Adam, protinus & ipse morte animæ mortuus est, & nos in ipso mortui sumus: ubi dictum est ei, quia puluis es & in puluerem reuerteris, & ipse morti corporis, & cum illo nos additi sumus. Vere igitur per uiam illam nullus transire poterat, quia qui mortem non uideret, & animam suam erueret de manu inferi, nullus erat. Sed uenit iste, in quo nihil iuris ulla mors habuit, & quia per unam uidelicet corporis mortem iniuria facta est illi, iure sub illo mors utraque occubuit, non sine magno tormento principis utriusque mortis & satellitum eius, quas cum illo foras misit. Sicut enim descensus eius ad inferos populo sanctorum desiderabilis, ita legionibus dæmonum grauis fuit & intolerabilis. Dicebāt ergo: Quid nobis & tibi Iesu fili dei? Venisti huc ante tempus torquere nos. Tempus illud, quo se torquendos esse nouerunt, ultimum erit iudicium, quādo principes eorum cum ipsis, & ipsi cum principe suo, uidentibus cum eis (ut in Iob scriptum est) præcipitabuntur in ignem æternum. ¶ Quomodo tandem impletum est in mysterio, quod significabatur in miraculo, scilicet in eo, quod grex porcorum totus cum impetu per præceps in mare abiit, & mortui sunt in aquis? Ita nimirum, ut fieret quod ipse filius hominis sciens prælocutus est. Cum, inquit, immundus spiritus exierit ab homine, & cætera usque, tunc uadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Per unum quippe hominem eiusmodi, Iudæos incredulos atque blasphemos uult intelligi, qui non tam Iudæi quam Chananaei, non tam uituli aestimandi sunt quam porci. Ipsi namque de bono opere Saluatoris peiores effecti, & inde per inuidiam mortui, quod ille unam in semetipso & utranque in suis fidelibus mortem uicit, malignis sunt spiritibus traditi, & per furorem suum facto impetu, semetipsos in mari præcipitauerunt. Nimirum se ditiones excitando implacabiles, ut plurimi scriptores et maxime Iosephus refert, in Romanum irruerunt imperium, & miramania, mirabili pertinacia uictores omnium gentium in suas neces, in excidium loci & gentis excitauerunt. Quid fuit ita furere, nisi porcos à malignis spiritibus agitados, per præceps & cum impetu abire in mare? Si ergo perpendas siue respicias quid olim in Aegypto ante acceptam legem fuerint, & quid nunc post aduentum fecerint redemptoris aut receperint, recte dicas, quia nouissima horum peiora sunt prioribus, & ita tam secundum animam quam secundum corpus in omne miseriarum profundum præcipitati sunt, ut porci illi quibus propter furias dæmonum nec suus, quam uis brutus, subesse poterat sensus. Et ascendens in nauiculam transiit, & uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum, iacentem in lecto. Et uidens Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphematur. Et cum uidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere remittuntur tibi peccata, aut dicere surge & ambula? Vt sciatis autem, quoniam filius hominis potestatem habet dimittere peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam.

Et re-

Et resurrexit, & abiit in domum suam. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt deum, qui dedit potestatem talem hominibus. ¶ Potestatem filij hominis, quam ad honorem & gloriam ipsius considerare & cognoscere intendimus, ex mirabilibus eius factis & dictis ipsemet ore proprio hic enuntiauit in re huiusmodi, in qua potissimum expediebat nobis potestatem esse hunc dominum, scilicet in remissionem peccatorum. Hoc eatenus non dixerat, quod potestatem haberet dimittere peccata, sapienti nimirum usus prouidentia discretionis, quatenus non hoc ante diceret quam factis comprobaret: & ipsi spiritus, quos uerbo eiciebat, torti confiterentur, ipsum esse, de quo propheta prædixerat. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël. Quæ enim illic in eodem propheta sequuntur, eorum summa est, saluum facere populum suum à peccatis eorum. Postquam ergo præcedentibus factis comprobatum fuit, quod ipse esset & credi deberet esse ille dux Israël, dux Messias, id est, Christus, tunc demum paralyticum curaturus, cōfide, ait, fili, remittuntur tibi peccata tua, ut dum tam præsentia miracula, quam antiqua prophetarum oracula, sermonem præsentis confirmant, minus offendantur, qui absque offensione doceri non possunt, tardi ad credendum, imò & impatientes ad audientium. Nam erant in hoc offendendi, & offendebantur offensione uoluntaria, maxime scribe & pharisæi, non ueritate querentes, sed ueritati inuidentes. Nam protinus ubi dixit, confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & ecce, inquit euangelista, quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphematur. Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus. Vidit enim cogitationes eorum, & dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? Fortassis & hoc dixerunt intra se, sed & de isto respondit eis tua ipsorum conscientia, & de illo uirtus operis manifesta, sequente effectu iustionem dicentis, surge & ambula. Et utrinque conuicit incredulos, quod exultationem non habeant de peccato suo. Quid autem ad illam interrogationem respondendum erat, quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata, aut dicere, surge & ambula? nisi facilius esse dicere, dimittuntur tibi peccata? Nam apud ipsum quidem filius hominis ita unum sicut alterum facile erat, sed apud homines longe facilius est dicere, dimittuntur tibi peccata, quam ipsam peccatorum dimissionem cōprobare testimonio uirtutis qualis protinus est subsequuta. ¶ Secundum exemplum hoc fere quotidie fit in ciuitate domini, scilicet in ecclesia, quæ utique est ciuitas domini, ciuitas regis magni, ad quam ipse transiit & uenit, postquam, ut dictum est supra, & mortis corporum nostrorum seuitiam sedauit, & mortis animarum nostrarum sæuim imperium soluit. Nam quoties facimus illud, quod Iacobus apostolus dicit: Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros ecclesiæ & orent super eum, ungentes eum oleo sancto in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum: & si in peccatis sit, remittentur ei. Quoties, inquam, hoc facimus, paralyticum siue undecunque infirmum domino offerimus, & sicut uidens fidem illorum dixit, remittuntur tibi peccata, ita & nunc oratio fidei saluat infirmum: & si in peccatis est, dimittuntur ei. ¶ Præterea iuxta sensum altiore paralyticus tunc à domino curatur, quando fit, ut is qui nihil operabatur, iam nunc operetur, quem admodum dicit Apostolus: Qui furabatur, iam non furetur: Magis autem labore operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatē patenti. Nam qui nihil operabatur, & aliena furabatur, nonne ueram paralytin habebat in manibus? Similiter qui ad bonum & utilem sermonem mutus erat, nonne ueram in lingua paralytin habebat? Igitur cum circa huiusmodi sic operatur dominus, siue per semetipsum tantum, siue ministris suis cooperantibus: ut qui taliter paralyticus erat, iam nunc & bene laborando manibus suis, & omnis sermo malus ex ore eius non procedat, ut ait continuo idem Apostolus, sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus, merito turbe glorificent dominum, qui dedit potestatem talem hominibus.

Matth. 12  
Responso.

Matth. 11

Forte \* stul  
dis.

Iohan. 14

Roma. 5  
Gene. 3

Iob 14

Mysterij  
huius mira  
culi, contra  
Iudeos por  
cis similes.

Matth. 12

Ioseph<sup>9</sup> de  
bello Iudai  
co p. septē  
libros.

CAP. IX.

Mich. 5

Mysterij  
huius cura  
tionis para  
lytici, in ec  
clesia.


Iacobi 5

Eph. 4

# RVPERTI ABBA

TIS TVITIENSIS, OPERIS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER VIII.

Sapient. 10



Duo opera auctoris eodem tempore absoluit.

Proverb. 33

Quibus oculis uidit Iesus Mattheum.

Math. 9 Zacha. 3 Apocal. 11 E. I. 11

Qualis Mattheus ante fuit.

Ezech. 1. 4 Apocal. 4

Prædestinatio diuina. Roma. 8

**SAPIENTIA DEI, QVAE APERVISTI OS MVTI,** & linguas infantium fecisti disertas: ego quondam mutus & infans, nunc autem ore aperto & lingua pene disertata te magnificans, tibiq; de auro tuo ac de gemmis tuis quandam quasi regiam gloriae & honoris facere adorsus coronam, semper quidem multum, nunc autem maxime tua iuuari cupio dispositione, atque opulatione. ¶ Non enim nūc ita, ut haecenus, uni tantum intentus sum operi, neque debitor unius tantum debiti, sed circumuentus, quasi a duobus foeneratoribus magnis & auaris omittere non ualeo quin ambobus

satisfaciam, cupiens esse fidelis. Alter eorum est angelus, id est, præful Agrippinensis ecclesiae, cui me, ut credo, tu per misericordissimam prouidentiam, in tempore persecutionis, tanquam patri filium adoptiuum commisit: alter uero, pater familias domus tuae, scilicet cenobii Sigebertensis, cui nequeo dicere quantum debitor sum. Hic mihi primus suaserat hoc opus ingredi, titulum de gloria & honore filij hominis: cum ille alter, & maior amicus, uehementer studij nostri bona opinione siue experimento delectatus, iussit atque rogauit, & utroque modo, scilicet iubendo atque rogando compulit, quatenus in libros Regum totum cor meum cum tua, domine, gratia conuerterem, & quantumcumque possem, te adiuuante, magnum & (ut sibi uidebatur) utile opus inciperem, & de tuo adiutorio ad perficiendum nunquam desperarem. Quid ego inter istos animo pene diuiso facerem? Resultarem pertinaciter patri & pontifici? At ille non solum sic iubebat, uerum etiam supplicabat aliquandiu recusanti, ut si non paruissim, mihi ipsi uiderer pietati rebellis. Relinquerem hoc opus, quod iam incepteram, rogatu, ut iam dictum est, inferioris amici? At ille tanto circa istud angebat, ut sancti desiderij ardore, ut uidens necessitatem meam, quod non possem maiori & digniori denegare, aspiciensq; hoc opus, quantum haecenus scriptum fuerat, diceret hoc solum, doleo super te, doleo super te, codicem aspiciens, quem egreferebat imperfectum remanere. Igitur necessitate compulsus, dimidium cordis mei uni, & dimidium cordis mei præbui alteri, totum autem, o sapientia, tibi præbere optaui, dicenti, præbe sicut tuum mihi. Credens quippe & scies omnia possibilia credenti, ecce ita me charitati impendi, ut uno eodemq; tempore circumfidentes duo calamus in mente mea tinguant notarij. Vnde sit, ut si quid bene dictum fuerit, tibi totum impuletur: si quid autem minus bene sonuerit, necessitati digne, condonetur. ¶ Et cum transiret inde Iesus, uidit hominem sedentem in thesaurio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me: Et surgens, secutus est eum. ¶ Hoc ad gloriam & honorem filij hominis prædicandum atque audiendum est, quia hunc hominem uidit, & tam efficaciter uidit, ut ueraciter conueniat huic dicere, tu deus qui uidisti me: Quomodo enim uel quibus oculis uidit? Dentque si de oculis humani capitis agitur, quibus ut homo erat uocularis, nunquid solum hunc hominem uidit: Imò & illos talibus oculis uidit, qui paulo supra rogabant eum, ut transiret a sinibus eorum, sed & illos qui crucifixi erant eum. Alij sicut oculi quibus istum uidit, oculi gratiarum: qui iuxta Zachariam in uno lapide, & iuxta Apocalypsim Iohannis in capite unius agni septem sunt. Oculi isti nominibus suis nulli sunt aut esse debent incogniti, quæ uidelicet nomina sunt spiritus sapientiae & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiae & pietatis, & timoris domini. Istis oculis hunc hominem uidit, & cum uideret eum exterioribus oculis per istos interiores oculos recognouit, quod esset unus illorum, quos antefecula præsciuit, & prædestinauit. ¶ Itaq; uidens eum, ait illi: Sequere me: Et surgens, secutus est eum. Erat enim ipse Mattheus, tanquam specular prælucidum, eatenus conspectui solis nequaquam appositum, sed in tenebris reconditum, & sub tecto latens curam nimis secularium, utpote thelonarius, de nauibus negotiatorij cum clamore uel strepitu forensi, publicum exigens uectigal siue tributum. Vbi ergo uidit eum Iesus, ubi uidit eum salus & sol uerus, resplicuit ex aspectu eius, & quia uidit eum talis filius hominis, reddidit imaginem eius, & formata est in ipso facies hominis. Alij quoque uidit, & ex uisu eius formata est in eo facies uirili. Vidit & alijs, & eo uidete formata est in illis facies leonis. Vidit & alijs, & uidete do formauit in eo faciem aquile uolantis. ¶ Iste uisus admirabilis, illa est gratia, quam admirans uas electionis Paulus dicit: Nam quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Quos autem prædestinauit, hos & uocauit. Et quos uocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Et ante tempora quidem secularia præsciuit & prædestinauit, in tempore autem uocauit unum.

unumquensq; in tempore suo, ut nunc istum uocauit, & sequere me ait: Qui q; hilariter uocari sese præsentauerit, q; alacriter siue amabiliter pulsanti ianuam cordis sui aperuerit, illa res desoris satis indicat, quod fecit ei conuiuium magnum in domo sua. Ergo præcipue in isto clarissimū est illius dicti dominici experimentum, si quis audierit uocem meam & aperuerit mihi mantanam, introibo ad illum & cenabo cum illo & ipse mecum. Introiuit enim in domum eius, & cenauit ipse primus cum illo corporale conuiuium, & deinde Mattheus cum eo cenauit cœnam spirituale. Hoc deniq; præfens scriptura probat, scriptura euangelica, quia reuera cum dño cenauit, qui hanc primam noui testamenti scripturam tanq; uere saturatus nobis ructauit, ¶ Hoc sacramentū pharisæi, neq; scientes, neq; scire uolentes, discumbente dño cum eo in domo, cum multi quoq; publicani & peccatores discumberent cum dño Iesu & discipulis eius, dicebant. Quare cum publicanis & peccatoribus māducat magister uester? ¶ At ille sapienter ac nimis terribiliter ora illoq; obstruxit, sapienter quidem dicendo. Non est opus ualentibus medico, sed male habentibus, euntes autem discite quid sit, quia misericordiam uolo & non sacrificium. ¶ Terribiliter autem subiungendo. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores. ¶ Hoc deniq; dicto seu uerbo terribiliter eos percussit, qui in se confidebant tanq; iusti. Quos enim hic dicit iustos, nisi superbos: Et quos dicit peccatores, nisi humiles? Væ talibus iustis, qui suo iudicio iusti sunt, at non deit qui iusti uolunt uideri, cum non sint. Ecce trahes peccatores, qui suam iniustitiam recognoscunt, dei iustitiam esuriunt & sitiunt. Nam illos salus uocare non uenit, propter istos de caelis descendit, & humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autē crucis. ¶ Tunc accesserunt ad eum discipuli Iohannis dicentes: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? ¶ At illis Iesus Nunquid possunt filij spōsi ieiunare, quā diu cum illis est sponsus? Veniet autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. ¶ Grauiissima hæc atq; sapientissima responsio, quanti sit ponderis, melius ex propheticae scripturae collatione ualeat agnoscī, cum apud Zachariam dominus dicit: Cum ieiunaueris & plangeris, in quinto & septimo per hos septuaginta annos, subauditur propter illud quod Nabuchodonosor ciuitate & templo successio igni, populum in captiuitate duxit, & propter illud quod Imael filius Nathanæ Godosiam & cum eo reliquias populi interfecit, nunquid ieiunium ieiunasti mihi? Et cetera usq; ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium & lætitiā & solennitates præclaras, usque quo uenient populi, & habitabunt in ciuitatibus multis: quod uidelicet futurum erat per aduentum huius sponsi, de quo & subinde dictum est illi: In diebus illis, in quibus apprehēdent decem homines ex omnibus linguis gentium simbriam uiri Iudæi dicentes, ibimus uobiscum, audiuius enim quod deus uobiscum est. Nam de simbria uiri Iudæi protinus hic in euangelio habes, quia mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit simbriam uestimenti eius. ¶ Summa sermonis illius prophetici hæc est, debuisse ieiunare illos, apud quos reposita erat uel esse debebat spes & expectatio re promissionis, nō tam propter temporalium, quæ acciderant, incommoda rerum, & propter captiuitatem Babylonicam, quæ facta fuerat illis septuaginta annis: quam propter peccata sua, & propter illam quæ contigit in Adam uniuersalē captiuitatē generis humani. At illi quoniā soluta erat captiuitas Babylonica, & templum reedificabatur, dicebant singuli. Nunquid mihi fēdum est in mense quinto, uel sanctificare me debeo sicut feci iam multis annis? Videlicet quia templum reedificabatur, iam nullam super esse causam putabant, cur ieiunarent. Merito ergo redarguebantur à dicente, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? quia uidelicet propter temporalia bona flent & ieiunāt, quia desunt, nō dño ieiunant, ¶ Sed qui propterea ieiunant, quia præsentem non habent sponsum, sicut illi nondum habebant, nos autem habuimus quidem, sed iam non habemus, ipsi ieiunium dño ieiunant. ¶ Igitur quoniam causa ieiunij debuerat omnibus esse, desiderium & expectatio saluatoris, ut fuit Moyfi & Helix & Danieli ipse autem nunc præfens aderat, postmodū recessurus, dulce fuit & iucundum sanctæ charitatis officium, saltem ad breue tempus, propter præsentiam eius intermittere ieiunium, quia tempus illud, tempus præsentiae eius, quasi tempus erat nuptiarū. Ait ergo: Nunquid possunt filij spōsi lugere q; diu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Ac si dicat: Vos qui filij sponsi non estis nec esse uultis, sed nec filij illoq; dici meremini, qui ieiunauerunt præ desiderio aduentus sponsi: Imò illorum, quibus deus ueraciter dicit, nūquid ieiunium ieiunastis mihi? ieiunatis enim & uos si cut illi, pro eo quod aliquando de rebus transitorij aliquid aduersi contigit: uos, inquam, ieiunate quanti uultis, nam isti ieiunare nō possunt præ gaudio sponsi præfentis. Venient autē dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. ¶ Nemo autem immittit commissuram panni rudis in uestimentum uetus. Tollit enim plenitudinem eius à uestimento eius, & peior scissura fit. ¶ Plane ieiunabunt in illis proxime uenturis diebus, cum ablatus fuerit ab eis spōsus, cum passus, mortuus & sepultus resurrexerit & in cœlū ascenderit, iam non ultra cū eis in mundo

Apocal. 3

Iusti hic dicitur supbi, peccatores, q; sunt humiles. Philip. 3

Zacha. 4 Reg. ult.

Hiere. 41 Zacha. 5

Ibidem.

Math. 9 Cur ieiunare debuerunt iudg.

Zacha. 7

Qui ieiunare dicitur domino. Præfente spōso ieiunandū nō erat.



mundo hoc corporaliter conuersatus. Nunquid uero, ut uos ieiunatis, ita ieiunabunt & isti? Non utiq; nam hoc tale esset, ac si quis immittat commissuram panni rudis in uestimētum uetus. Deniq; ieiunia uestra, ieiunia sunt ueteris hominis; homines autem isti, cum sint filij nuptiarum cœlestium, sunt homines noui. ¶ Si ergo ieiunaret propter causas eiusmodi, propter quas & uos ieiunatis, scilicet quia Moyses tabulas priores scriptas digito dei proiecit de manu, & confregit eas ad radices mōtis; uel quia reuersis exploratoribus, quos miserat Moyses explorare terram, & detraherentibus terra, cum omnis multitudo uersaretur in seditionē, itatus deus iurauit quod nō intrarent terram illam, donec consumeretur generatio illa quadraginta annis, iuxta numerū dierum quadraginta, quibus considerauerant terram uel quia Nabuchodonosor rex Babylonis, siue Nabuzardan princeps exercitus eius, capta ciuitate, succendit domum domini, & transfudit populum in Babylonem; uel quia deinde uenit Ismaēl filius Nathanā & percussit Godoliam, quem præfecerat rex Babylonis terræ, & Iudeos qui erant cum eo; conuersus autem omnis populus reliquiarum, timēs Chaldaeos, fugit in Aegyptum. Si, inquam, ieiunaret propter causas eiusmodi, hoc esset nouos homines fieri nemias ueteris hominis; quod omnino non congruit his, quibus datum est nosse mysterium regni dei. Nam sicut commissura panni rudis, ubi immissa fuerit in uestimentum uetus, tollit plenitudinem eius, & peior scissura fit ita quilibet homo particeps factus sanctæ huius nouitatis, si eiusmodi pharisaicis traditionibus sese inseruerit, deterior quouis uetere homine fit, ita ut, neque uetus, neque nouus sit, & neutrum habeat, cum utrunq; in se uno permiscere uoluerit. ¶ Quare autem hoc ipsum quod intēdit, quod intelligi uult in uerbis istis, nemo autem immittit commissuram panni rudis in uestimentum uetus, tollit enim plenitudinem eius ad uestimento & peior scissura fit, non manifeste dixit? Quare illis sensum tam bonum, tam uerum abscondit, clausit & signauit? Nimirum quia expediebat illis, non expediebat ipsis mysterijs regni dei, ut diuulgarentur uel committerentur eis. L. Neq; enim, ait, mittunt uinum nouum in utres ueteres. Alioquin rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittunt, & ambo conseruantur. ¶ Secundum istam similitudinem damnosum fuisset, docere illos uerbis manifestis, quam ob rem tunc non ieiunarent discipuli eius, essent autem postea ieiunaturi. Pharisei enim cum his erant qui interrogauerant. Et sicut utres ueteres misso intus uino nouo rumpuntur, & uinum cum utribus perit ita illi, si manifeste diceret ipse, audientibus eis, quippiam eiusmodi, amplius præ inuidiam rumpētur, & sermo inuultus esset taliter praesertim cum sapientia dicat, ne effundas sermonem, ubi non est auditus. Propterea & alius euangelista dicit: Ipse autem Iesus non credebatur semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. ¶ Bene igitur cum dicere posset, ieiunandum erat usq; ad me, & cum recessero, ieiunandum erit post me, secundum ueritatem scripturę propheticę, cuius iam supra mentio facta est, maluit sermonem suum sic temperare, ut & futuris innotescens res, eos secum seruariet, & praesentes, qui tunc erāt, per inuidiam nō rumperet. Quid de eo, quod subiunxit protinus, sed uinum nouum in utres nouos mittunt & ambo conseruantur? Nunquid non uel ipsi filij sponsi, super quibus non ieiunantibus quęstio hæc mota erat, iam utres noui erant? Non iam omnino noui, sed capaces erant sanctæ nouitatis. Propterea quodā loco dicebat & ipsi: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nō potestis portare modo. Quando sunt omnino innouati? quando acceperunt spiritum sanctum post resurrectionem eius, cuius gratia nouos homines efficit, tunc uinum nouum missum est in utres nouos, & ambo conseruata sunt, id est, reuelata sunt illis omnia mysteria scripturarum, & gustauerunt amorem sponsi dulcedinemq; cœlestium nuptiarum, & hoc uino inebriati salui facti sunt, & uinum bene conseruatum fideliter quibus in sum est refuderunt. L. Hęc illo loquente, ecce princeps unus accessit, & adorauit eum dicens: Filia mea modo defuncta est, sed ueni, impone manum tuam super eam, & uiuet. Et surgens Iesus, sequebatur eum & discipuli eius. Et ecce mulier, quę sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum uestimentum eius, salua ero. ¶ Ne quo satis admirari pulchritudinem glorię & honoris in facie filij huius hominis, in mirabilibus eius gestis, secundum dispositionē quam hic diuinus euāgelista disposuit. ¶ Quid enim sibi uult, quod dum interrogatus de ieiunio respondit, & non ieiunantes excusat filios sponsi, res gestas protinus subsequitur, huiusmodi de muliere, quę talem ob causam tanta cum fide fimbriam uestimenti eius tetigit? Quid, inquam, sibi hoc uult, nisi ut insinuet factis, quod sicut iam dictū est, nondum expediebat palam ostendere uerbis, se illum esse uirum, de quo in Zacharia loquitur supra memorato, cum item de ieiunio fuisset interrogatus idem a dicentibus, nunquid misistū est in mense quinto uel sanctificare me debeo sicut iam feci multis annis, ita responsum suum terminauit ut diceret, usquequo uenient populi, & apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium fimbriam uiri Iudæi, dicentes, ibimus uobiscum. Hęc ergo dispositio

Varia causa ieiunandi apud Iudeos. Exodi 32 Numeri 14 Reg. ult. Paral. ult. Hier. 41 Expediebat Iudeis hoc in parabola obicū etc. Ecc. 32 Iohan. 3 Zacha. 7 Vires noui apostoli. Iohan. 10 Iohan. 20 Acto. 7 Mysteriū in uulnere fimbriam Christi tangente. Zacha. 7 Zacha. 8

dispositio ualde uenerabilis, & pia consideratione honoranda est. Quid enim aliud est, quod in propheta prædixit post responsum de ieiunio, in diebus illis apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium fimbriam uiri Iudæi: quam quod hic significari uoluit per mulierem, quę fimbriam uestimenti eius tetigit, & sanata est à fluxu sanguinis? ¶ Hęc autem que mulier forma fuit omnium gentium, quę profecto in eum credendo, cuius faciem ante non uiderunt, quodāmodo retro accedunt, & sequendo uestigia eius, id est custodiendo præcepta eius, reuera fimbriam uestimenti eius tangunt. Et quid erat iuxta hunc sententiam sanguinis fluxus, nisi peccatorum illuuiis, maxime q; fordidus idololatrię cultus? Porro filia archisynagogi, pro qua rogatus erat & ibat, synagogam designabat. Vnde ualde notandum, quia (sicut Marcus manifestius scribit) archisynagogi filia non fuerat mortua, sed iam in extremis erat: ubi autem mulier fimbriam tangēdo sanata est, tunc ad archisynagogum nuntij uenerunt, dicentes, quia filia tua mortua est, quid ultra uexas magistrum? Item & hoc uigilanter animaduertendum, quia & puella quę mortua est, erat annorum duodecim, & mulier quę sanata est, fuerat in profluuio sanguinis annis duodecim. Itaq; & quando puella nata est, tunc illa mulier sanguine si uere cepit: & quando sanata est mulier, tunc puella mortua est. Quid hoc sacramento pulchrius, uerius ac præclarus? Quando enim synagoga in patribus, Abraham, Isaac & Iacob nata est, tunc idololatrię fluxus in gentibus fluere exorsus est. Quādo autem multitudo gentium, credendo in Christum, ab eiusmodi fluxu per fidem suam sanata & salua facta est, tunc synagoga, quę eatenus nimis ægra per multas tribulationes fuerat, omnino per inuidiam mortua & sine deo facta est. Rursus, cum multitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet, atque iccirco congrua pulchritudinis in mysterio confirmatio hæc est, quod postquam mulier à fluxu sanguinis sanata est, tunc demum intrauit, & tenuit manum puellę, quę erat mortua, & surrexit puella. L. Et transeunte Iesu inde, secuti sunt eū duo cæci, clamantes: Miserere nostri filii David. Cum autem uenisset domum, acceperunt ad eum cæci, & dicit eis Iesus: Creditis quia possum hoc facere uobis? Dicunt eis: Vtiq; domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem uestram fiat uobis. & aperti sunt oculi eorū. ¶ Memores propositi sumus ut esse debemus, quod uidelicet propositum in hoc opere est, considerare quatuor facies unius animalis, scilicet faciem hominis, faciem uultu, faciem leonis, & faciem aquilę uolantis, quę sunt quatuor sacramenta unius Christi, filij dei & filij hominis, quę ignota esse non licet Christianę fidei, quę sunt incarnatio ei, passio eius, resurrectio ei, ascensio eius. In faciem hominis adhuc intēdimus, & in hoc faciem hanc ex parte nos uidere, & per speculum contemplari arbitramur, si in factis & dictis eius, qualis intentio esse poterit, sentire meremur. ¶ Quærimus igitur, in faciem intendentes huius filij hominis, quod sibi uoluerit tātopere requirens meritum fidei, ut diceret cæcis istis, Creditis quia possum facere hoc uobis, statimq; secundum fidem uestram, ait, fiat uobis. Et paulo ante mulieri dixit, Confide filia, fides tua te saluam fecit, & sparsim in omnibus scripturis tam ueteris instrumenti quam noui, fidem quærunt, fidem approbat, fidem collaudat. Causa siue intentio dignationis eius nō paripendenda hæc est, curare antidoto competenti stultitiam antiquam nimis credulitatis, quę creditio fuit diabolo, loquenti per serpentem ac dicenti: Scit enim deus, quod in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Credidit mulier diabolo plus quam deo, quod taliter deberet illuminari: credamus nos contra ueritatem, si ueraciter uolumus illuminari. Consideratio hæc, cum in cæteris, ubicunq; dominus fidem quærat uel inuenit, tum in istis cæcis per pulchra est, dum antequam illi minet eos, interrogans dicit: Creditis quia hoc possum facere uobis? Nostra quippe causa significabatur in illis, quod maxime ex eo cognoscendum uel sentiendum est, quia cum aperti fuissent oculi eorum, L. comminatus est eis, dicens: Videte ne quis sciat. ¶ Hoc deniq; ualde utiliter in exemplum nobis reuocamus, quicunq; prærogatiuam aliquā illuminationis, quę genus humanum per fidem illuminatum est, accepisse uidemus. Ad quid enim uideamus ne quis sciat, nisi ad hoc, ut occursum malum iactantię aut elationis illuminatus cordis oculus effugiatur: Veruntamen illi fecerunt, sicut protinus subiectum est: Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum per totam terram illam. ¶ Nos quoq; digne facimus, si nō illuminationem nostram lingua nostra, sed illuminationis glorię prædicet opera nostra. ¶ Igitur in duobus cæcis oem in telligamus hominem, iue Iudæus siue Græcus ille sit, quicunq; reuera fiducialiter atq; efficaciter ab illa luce uera gratiā petit illuminationis, si uerę & probatę, quę offerat, nummū habet, non fictę fidei. L. Egredis autem illis, ecce obtulerunt ei hominē mutum, dæmonium habentē. Et eiecit dæmonem, locutus est mutus, & miratę sunt turbe, dicentes: Nunq; sic apparuit in Israel. ¶ Hoc est quod inter cætera miramur, faciem huius filij attendentes, quia nunq; sic apparuit in Israel, nunq; super terrā talis facies uisa est, inter oēs facies patriarcharū atq; prophetarū, oimq; hominū quicunq; memorabilia super terrā operati sunt. Hoc fida discretionē discernendum est, quia nunq; talis facies hominis fuit ut hæc. L. Pharisei autem dicebant: In principe dæmoniorum

Mulier illa, typus gentis: filia archisynagogi, typus Iudeorum. Marc. 5. Rom. 1. Propositū in hoc op. Questio de fide, cur sic exigitur fides à curandis. Responsio. Gen. 3. Quid dicit, gnant illi duo egredi.

orum eijcit demones. Pharisei uero à deo diuisi, quantam spirabant angustiam atq; penuriam cordis sui, cordis amari, qui cum dicere non possent, non eijcit demones, illuc se uerterunt, ut dicerent, In principe demoniorum eijcit demones, Sed quia non semel hoc dixerunt, & aliis adhuc locis similiter blasphemauerunt, sicut sequentia post hæc indicabit, iam nunc ad alia properemus, quippe qui ultra propositum diu nimis in contemplatione faciei hominis detinemur, cum & alias facies cõtemplaturi, longum nimis & fastidiosum opus fore suspicemur. **L**Et circuibat Iesus ciuitates omnes & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & curans omnem languorem & omnem infirmitatem. **V**idēs autem turbas, miseratus est eis, quia erant uexati, & iacentes sicut oves non habentes pastorem. **H**oc maxime loco, spectabilis est ea, quam aspiciamus, facies hominis, quia facies est pietatis, facies misericordiae & miserationis; & quidem homines illi, quos tunc aspicebat facies ista, facies benigna, uexati erant & iacebant sicut oves non habentes pastorem: quippe qui sub nomine pastorum, lupos habebant Annam & Caipham, de quibus recte dictum fuerit per prophetam: Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem & perdedas animas, & auare sectantes lucra. Quomodo enim sub pastoribus, sed lupis oves uexatae erant & iacebant? Nimirum sicut alibi per eundem prophetam inter cetera dicit: Quod infirmum fuit, non consolidastis; & quod aegrotum, non sanastis; quod cõtractum est, non alligastis; & quod abiectum, non reduxistis; quod perierat, non quaesistis, sed cum auferitate imperastis ei & cum potentia. Quomodo autem, uel in quo miseratus est eis, nisi in eo ut iam insisteret facere illud, quod facturum se ibidem fortiter prædixit? Ecce (inquit) ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos, & liberabo gregem meum de ore eorum. Sed nunquid solas uidebat turbas, & earum tantum miserebatur, quas tunc oculis corporalibus aspicebat? Imò & omnes omnium gentium turbas, quæ in eum credituræ erant, oculis interioribus uidebat, & omnium miserescens, aliam similitudinem in duxit, dicens continuo discipulis suis. Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut eijciat operarios in messem. **H**oc usq; hodie gemit omnis pater familias dominicæ messis, quia messis quidem multa, operarij autem pauci. **N**am, ut breuiter dictum sit, multæ quidem sunt turbæ in Christu credentium, multi ceterus in cœnobijis siue xenodochijs sub sacra professione degentium; sed in multitudine horum pauci sunt qui operantur, id est, qui ad illum peruenerint profectum, ut eis secure cura uel providentia cõmitti possit infirmiorum. **Q**uid ergo faciatis, cui credita est dispensatio siue procuratio messis eiusmodi? **R**oget utique dominum messis, ut mittat operarios in messem, id est, omni instantia postulet à deo, quatenus in pluribus subditorum multiplicet gratiam spiritualem, imitatus primum procuratorum talium, scilicet sanctum & fidelem Moysen. **C**ur (inquit ille ad dominum) affixisti seruum tuum? **Q**uare non inuenio gratiam coram te? **E**t cur imposuisti p̄ os uniuersij huius populi super me? **N**unquid ego concepì hanc multitudinem uel genui eam, ut dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iurauì patribus eorum: **D**enique quid Moyses in uerbis istis intenderit, quid isto tam grandi, tam uehementi gemitu postulauerit, deus exauditor cordis eius, sua responsione manifestum facit. **A**it enim: **C**ongrega mihi septuaginta uiros de senioribus Israel, quos tu nosti quod senes populi sint ac magistrif, & duces eos ad ostium tabernaculi cœderis, & facies ibi stare tecum, ut descendam & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamq; eis, ut sustentent tecum onus populi, & nõ tu solus graueris. **I**gitur quisquis procurator est dominicæ messis, secundum hoc exemplum fidelis Moysi roget supplementum, & dabitur illi ita duntaxat, ut ab omni sinistra æmulatione sit immunis, itidem secundum exemplum Moysi. **C**um enim cucurrisset puer, & nuntiaffet Moysi, dicens, **H**eldad & Medad prophetant in castris, statimq; Iosue filij Nun, minister Moysi & electus è pluribus, dixisset, Domine mi Moyses, prohibe eos: **Q**uid, inquit ille, æmularis pro me? **Q**uis tribuat ut omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritum suum? **N**otandum inter ea, quod cum apud alium euangelistam dicat, **R**ogate ergo dominum messis ut mittat operarios: hic apud hunc euangelistam uehemētius dictum est, ut eijciat operarios in messem. **Q**uid enim est dicere, ut eijciat, nisi quia libenter otiosi sunt, etiam illorum quamplurimi, quibus creditum est talentum operationis, & interdum quasi specie sanctitatis atq; perfectionis uolunt secretius uiuere soli sibi metipsis, cum prodesse possint & alijs: **E**ijciat dominus qui eiusmodi sunt, scilicet conueniendo conscientias eorum, & redarguendo quod damnose abscondant talentum sibi creditum. **E**ijciat (inquã) ut operentur, quia reuera est eijci, optatam quietem relinquere præ timore domini. **L**Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eijcerent eos, & curarent omnem languorẽ & omnẽ infirmitatem. **D**uodecim autem apostolorum nomina sunt hæc: Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus Zebedæi & Iohannes frater eius, Philippus & Bartho-

Comiseratio Christi erga oves, quibus lupi pro pastoribus erant, & nunc sunt. **E**zec. 34.

Operarij pauci.

Num. 11. Moyses obsequio prælati imitatus ut exemplar.

Moyse ab obsequio similitudine sinistra immunis. **L**uc. 10. **U**t eijciat operarios in messem.

CAP. X.

Iomæus, Thomas & Mattheus publicanus, & Iacobus Alphaei, & Thaddæus, Simon Chananeus, & Iudas Iscariotes, qui tradidit eum. **A**puđ Lucam iam conuocatis ac denominatis duodecim apostolis, missurus & alios ad prædicandum dominus, hæc uerba dicit, quæ hic eum, antequam istos duodecim conuocaret, dixisse legis, Messis quidem multa, operarij autem pauci, &c. **C**ausa ista recte animum quaestione pulsaret, si prius constans existeret, quod dominus prædicans euangelium regni, nunquam uel nusquam unum eundemq; sermonem, nisi semel & uno loco dicere debuisset. **S**ed quis hoc à prædicatore exigat, ut quod uno in loco uel tempore dixit, non repetat aut dicat locis uel temporibus alijs, præsertim cum nec oēs uno in loco adesse, nec oēs equaliter semel audita perpetua memoria possint retinere: **N**ic & in isto opere faciem dominantis uigilanter attende. **C**onuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eijcerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem. **S**i paulo ante, ubi eijcto demone loquutus est mutus, merito miratae sunt turbæ, & ueraciter dixerunt, **N**unquam sic apparuit in Israel, quanto magis de isto quod talem discipulis suis dedit potestatem, mirentur omnes & dicant, nunquam sic apparuit in Israel? **N**unquid talis Moyses: nunquid sua potestate ranas produxit & muscas, aut alicui potestatem hanc dedit, ut produceret eas? **I**gitur hic deus noster est, & non æstimabit aliud ad eum, qui non qualescunq; ranas aut muscas, sed principes muscarum, id est, sordium demones & ipse sua potestate eiecit, quod neq; Moyses, neq; alius fecit. **E**t hominibus, quibus uoluit, eijcendi potestatem dedit. **P**rimus (inquit) apostolorum Simon, qui dicitur Petrus. **E**t hoc ipsum nomen quod est Petrus, ab ipso domino impositum est ei, cū diceretur Simon, **N**am alius euangelista, uidelicet Marcus, cum dixisset, & dedit illis potestatem curandi & eijcendi demonia, protinus hæc ipsa duodecim apostolorum nomina præscribens, Et imposit, inquit, nomen Simoni Petrus. **Q**ui huic unum ex omnibus in nouo testamento commutauit, ut qui uocabatur Simon, uocaretur Petrus ipse est, qui similiter unum in ueteri testamento nomen commutauit, ut qui uocabatur Iacob, uocaretur Israel. **I**pse est enim scriptor nominum, qualia ipse nouit dignatus sit, & habet librum conscriptum ex nominibus splendentissimis, quem sciens Moyses, dixit: **A**ur dimitte populo hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quæ scripsisti. **C**ui respondit dominus: **Q**ui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. **S**ubauditur, & non te. **N**am postmodum, inuenisti enim, ait, gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. **N**ec ab re est, quod & illius in ueteri, & huius in nouo testamento nomen commutauit, sed si prudens inspector adit, pulcherrimum est mysterium huiusce commutationis, quia uidelicet hoc agebatur, ut fieret quod per prophetam dictum est: **E**t seruos meos uocabo nomine alio, in quo qui benedictus est, benedicetur super terram. **E**orum uidelicet seruos dei multorum, ille secundum carnem ipse autem dominus noster Iesus Christus secundum spiritum pater est. **V**nde & pulcherrimum hoc est in mysterio spectaculum: quia pater ille secundum carnem principium multitudinis, duodecim filios, hic autem secundum spiritum principium Christianitatis, duodecim genuit apostolos: & sicut illi patri secundum carnem, sic nõ sibi met qui dem pater iste sp̄ualis, sed primo uicario suo pristinum commutauit nomen. **I**nterpretatur autem Simon obediens, Petrus à petra dictus est, ipse nomine suo soliditatem ecclesie uel fidei catholice prælagiens, quam ipse insigniter ita edixit, tu es Christus filius dei uiui. **S**aul quoq; commutatum est nomẽ, ut uocaretur Paulus, sed differt cõmutatio hæc, quia uidelicet nõ ipse dominus illi ore suo commutasse legitur. **A**ndreas, decorus siue resplendens. **I**ohãnes, in quo est gratia uel domini gratia, & frater eius Iacobus, ambo Boanarges, id est, filij tonitruu, nominati, uidelicet ex firmitate uel magnitudine fidei. **Philippus**, os lampadis. **Bartholomæus**, filius suspendentis aquas. **Thomas**, abyssus uel geminus, unde & Græce *Didymus* appellat. **Mattheus**, donatus, & **Leui**, uidelicet à tribu ex qua ortus fuit. **Iacobus Alphaei**, ob distinctione prioris cognouatus, qui dicitur Zebedei, sicut iste filius Alphaei, **Simon Chananeus** ad distinctione Simonis Petri, de uico Galilee Chana, ubi aquas dãs in uinũ conuertit. **Thaddæus**, & **Iudas Iacobi**, subaudit frater, qui alibi appellat **Lebbeus**, figuratũ nomẽ habes à corde, quod nos diminutue corculũ possumus appellare. **Iudas Iscariotes**, uel à uico in quo ortus est, uel ex tribu Isachar, uocabulũ sumpsit, quodã præfatio futuri in cõdemnationem sui. **Isachar** enim interpretatur merces, ut significaretur pretiũ proditiõis, quo dominum uẽdidit. **Q**uare autem (inquis) dominus talem nõ solum ad discipulatũ, uerum etiam ad apostolatũ admisit? **N**unquid nesciuit? **A**d hæc breuiter dicendum, quia fecit hoc ob consolatione nostrã, ob consolatione ecclesie future, uel eorum maxime qui ecclesijs præsent, ut quũ eis aliq; perierit, respõdeant derogantibus, dicant insulcãtib; **N**e miremini, & Christo accidit. **L** Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis & dicens: **I**n uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel. **E**untes autem, prædicare, dicentes quia appropinquabit regnum cœlorum. **I**nfirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, demones eijcite. **G**ratias accepistis, gratias date. **N**on, ut plerique arbitran-

Luc. 10.

Christus eundẽ sermonem quõq; sepius dixit.

Quãto maior præter Christũ Moysi.

Marc. 5.

Gen. 31.

Exod. 32.

Exo. 33.

Esai. 65.

Interpretatio nomĩ XII. apostolorũ **M**att. 16.

Marc. 3.

Iudas Iscariotes.

Qñ ordina-  
ri & sacrati  
sunt apli.  
Heb. 9.  
Iohā. 20.  
Matt. 28.

tur, tunc duodecim apostolos dominus ordinavit, quādo taliter eos conuocavit, & talem ei potestatem dedit, sed tantummodo elegit, & numerum eorum duodenarium præfixit. Non idem est eligi quod & ordinari siue sacrari. ¶ Quādo ergo illos ordinavit siue sacravit: Nimirum quando sanctus officio suo magnus ipse sacerdos, introiit in sancta per suum sanguinē, tunc eos sacravit, & tūc resurgens a mortuis, plenam atq; perfectam potestatem dedit eis, in hæc uerba: Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Itemq; Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Hæc namq; summa est apostolica potestatis atq; uirtutis, remittere peccata per gratiam spiritus sancti, baptizatis in nomine patris & filij & spiritus sancti, quam uidelicet potestatem seu uirtutem, neq; presenti loco, neq; usquam in toto euangelio, ante passionem suam dedisse illis reperire poteris. Siquidem hic illum dixisse legis, ut prædicarent, infirmos curarent, dæmones eijcerent, mortuos suscitarent, leprosos mundarēt: sed non etiam hoc, ut baptizaret & peccata remitterent. Baptizauerunt quidem aliquando, scilicet quum impleret cursum suum non dum traditus Iohannes, sed non baptizauerunt ab ipso domino iussu, imō tātm exemplo uel baptismo Iohannis, cuius & pleriq; illorum erant discipuli. ¶ Quare autē duodecim mittens & eos instituens, in ipso institutionis initio dixit, In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: Nimirum quia necdū tempus erat, neq; hoc, ut iam fieret, diuinæ rationis aut euangelicæ prædicationis ordo posebat. Quid enim iam tunc prædicare tur gentibus: Vt circunciderentur: an ut baptizarentur: Sed profecto circūcisio iam in Christo finem accipiebat, baptisimi autem sacramentum necdum conditum erat. Hoc namq; sacramentum in Christi passione uel morte conditum est. Hinc Apostolus: Quicumq; ait, baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus &c. Bene igitur, In uiam gentium, inquit, ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. ¶ Sed qd: Poti⁹, ait, ire ad oues quæ perierunt domus Israel. Deniq; ad illud quod tunc præsentialiter agendum instabat negotium, permittebat ire tantummodo ad oues quæ perierant domus Israel, oues pastorē nō habentes, homines uexatos atq; iacentes: quippe quibus neq; dux, neq; princeps, neque rex erat, neq; pontifex: sed sub nomine pastorum lupos habentes, lupos graues, lupos rapaces et indeperentes. Et quid faciemus ad illas oues: Euntes autem, inquit, prædicate dicētes, quia appropinquet regnum cælorum. Nimirum quod pertinet ad rationem ouium, appropinquare regnum cælorum, hoc est aduenisse iam pastorem magnum ouium, ad uisitandū oues suas, sicut per prophetam Ezechiel prædixit. Ecce, inquit, ego ipse requiram gregem meum de manu eorū. Item: Ecce ego ipse requiram oues meas, & uisitabo eas sicut uisitat pastor gregem suum in die quando fuerint in medio ouium suarum dissipatarū. ¶ Et quia nec oues ipse omnes uisitationem suam uel pastorem suum cognoscere habebāt, imō & hircinis cornibus pleræq; illarum percussuræ erant oues optimas, occidendo, crucifigēdo, flagellando, & de ciuitate in ciuitatem persequendo. Item postmodum dicit: Ecce ego iudico inter pecus et pec⁹, arietem & hircum. Et rursum: Ecce ipse iudico inter pecus pingue & macilentum, pro eo qd lateribus & humeris impingebatis, & cornibus uestris uētilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras. Huiusce iudicationis consummatio tunc erit, cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eoitunc sedebit super sedem maiestatis, & cōgregabunt ante eū oēs gētes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis, & statuet oues quidem à dextris, hœdos autem à sinistris. Hoc erit regnum cælorum, missis hœdis in ignem æternum, transire oues in uitam æternam. Et inducam eas, (inquit) in terram suam, & pascam eas in montibus Israel, in riuis & in cunctis sedibus terræ, in pascuis uberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascuæ eorum, & ibi requiescent. Hoc, in quā, est regnum cælorum, & quia pastor iste, iam uenit, propterea dico uobis nunc, ut euntes ad oues, quibus hoc per scripturam prophetam promissum est, prædicetis, dicentes quia appropinquet regnum cælorum. Et quia difficile est ut credant, me esse ipsum dominum deū uisitantem oues suas, sicut uisitat pastor gregem suum, facite quæ dico. Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, dæmones eijcite. Hæc facite in testimonium, ut de uisitacione sua gaudeant quidem oues, sint autem hircini excusabiles. In his autem omnibus aliena sit intentio cupiditatis ab operatione uirtutis. Gratis enī accepistis, & iccirco gratis date. Quis enī uestrum mihi prior dedit, & retribuetur ei: Potestas ista, quam dedi uobis, non est alicuius dati uestri retributio, sed est omnino spontanea & gratuita donatio. Non solum autem uos, uerum etiam ante uos, & propheta & patriarche, & alij, quicumq; dicunt, & ueraciter dicunt, de plenitudine eius nos omnes accepimus, quamcumq; operationem uirtutum, qualemcunq; gratiam acceperunt, gratis acceperunt. Et uos igitur gratis date. Etenim quicumq; gratis nō dedit, non erit, quemadmodum illi grati & gratiosi. Exempli gratia, quemadmodum Heliseus, qui Naaman Syro, quem à lepra sua mūdauerat, dicenti sibi obsecro ut accipias benedictionem à seruo tuo, Viuit, ait, dominus ante quem sto, quia non accipiam. Cum q; uim face-

In liā genti-  
um ne abi-  
eritis.

Rom. 8.

Ire ad oues  
q; pi. do. Ibr.

Magn⁹ pa-  
stor ouium  
Christus.

Ezec. 34.

Iudiciū de  
ouibus.

Ibid.

Matt. 25.

Ezec. 34.

1. Cor. 4.

Iohā. 1.

4. R. g. 5.

ret, tunc dominus meus Syro isti, ut non acciperet ab eo quæ attulit. uiuit dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid. Curre et accipit, & cum reuersus esset, lepra Naaman adhæsit ei. L. Nolite possidere aurum, neq; argētum, neq; pecuniam in zonis uestris. Non peram in uia, neq; duas tunicas, neq; uirgam. Dignus est enim operarius cibo suo. In quamcumq; ciuitatem aut castellū intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeat. Hæc est illa ordinatio domini, cuius A postolus, ad Corinthios scribens, ita meminit: Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt: Qui altari deseruiunt, cum altari participant. Ita & dominus ordinavit his, qui euangelium annuntiant, de euangelio uiuere. Ad quid enim neq; aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis, neq; peram habeant prædicatores euangelij, nisi quia neq; necesse est, neq; expedit: seminantes enim sua spiritalia, iure illorum quibus seminant, metere debent carnalia, secundum istam sententiam à iustissimo prolatam domino. Dignus est enim operarius cibo suo. ¶ Est autem hic aliquid querendum, quia cum apud hunc euangelistam ita scriptum sit, neq; duas tunicas, neq; uirgam, apud alium euangelistam ita scriptum est, & præcepit eis ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantum. Et quidem si unam tantum uirgam sciremus, difficilis ista quæstio solueretur. Nunc autem duæ uirgæ sunt, altera regum gentium, alia discipulorum Christi. Virga regum gentium, uirga est dominationis: uirga discipulorum Christi, uirga dilectionis, uirga pastoralis officij, super curā animarum sollicitæ uigilantis. Illa uirga, quæ dominationis est, non est concessa ministris euangelij pacis, & illa inter dicitur hic, dicendo, neq; uirgam, amplius autem illic, Reges gentium non dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. uos autem non sic. ¶ Porro uirgam disciplinæ, uirgam pastoralis sollicitudinis ac uigilantiæ, non solum nunquā interdixit, uerum etiam ab initio iussit, ab initio inquam, id est, ex quo primū pastores animarum mittere cepit. Talium namq; primi fuerunt Moyses & Aaron. Illis utiq; quum mitteret eos, non præcepit dominus, ut quicquam tollerent in uia, nisi uirgam tantum. Quid est (ait ipse ad Moysen) quod tenes in manu tua: Respondit: Virga. Ait: Projice eā in terram. Projecit, & uersa est in colubrum, &c. Et subinde: Virgam quoq; hanc fume in manu tua, in qua factus uersus est signa. Quid aliud præcepit huic uel fratri eius Aaron, ut tollerent in uia, nisi uirgā tantum illam: Sic nimirū euangelistis omnibus, cunctis euangelij prædicatoribus, nihil aliud præcepit in uia sua tollere, nisi uigorem pastoralis curæ, nisi legem uitæ ac disciplinæ, & pro huius rei signo interdum uirgam quoque materiale manu gestare. ¶ Porro uirgam dominationis (sicut iam dictum est) apud istum euangelistam interdicit. Quod sciens apostolus Petrus, dicit: Neque dominationes in clero, sed forma facti gregis. Et Paulus ad Corinthios: Parcēs, inquit, uobis non ueni ultra Corinthum: non quia dominamur fidei uestre, sed adiutores sumus gaudij uestri. Nam fide staretis. Quid, si non fide staretis: Vtique tūc in uia uenire ad uos, nunc autem in spiritu mansuetudinis. Quid igitur euangelistæ sunt uel erant facturi, si neque aurum, neque argentum possidere concessum est eis, neq; pecuniam in zonis: Ait: Dignus est enim operarius cibo suo. Et continuo subiungit: In quamcumque ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeat, edentes & bibentes quæ apud illos sunt, sicut Lucas manifestus meminit. Hac fiducia neque aurum, neque argentum, neque zonas ære fecundas admittunt, aut admittere debēt suo comitatu ministri uerbi domini: quia debitor est illis omnis auditor eiusdem uerbi domini, ut illum os impleat cibo corporali, de quo uerbum uitæ accipit, qui cibus est spiritalis, ut confidenter dicat: Si nos uobis nostra spiritalia seminauimus, magnū est si uestra carnalia metamus: Nutri- quid aliquem unquam omnij potentis uernulam uerbi spes ista frustrauit: Imō & si totus fere mundus aliquando efuriat & pane indigeat, iustum illum, cuius in corde dometicum, cuius in ore familiare est dei uerbum, non uidebis derelictum: & uerū est quod scriptura dicit, non interficit dominus fame animā iusti. Exempli gratia: Cū reges & principes esurirent in Israel, & Helias fortissim⁹ uerbi dei minister super esset, nec haberet qui eū pasceret, Recede hinc (ait dñs) & abscondere in torrente, & ibi de torrente bibes, coruisq; præcepi ut pascant te. Rursum, cū post dies sic: atus esset torrens, non em pluerat super terrā, Surge, inquit, & uade in Sarepta Sidoniorū, & manebis ibi, præcepi enim ibi mulieri uiduæ ut pascat te. Sublata est igitur omnis cupiditatis uel miseræ solitudinis occasio, ut sit euangelistarū liber animus, & non ipsi aurum dominetur, sed ipse auro & omnibus quæ possidēt homines dominetur, & de omnibus nihil nisi uictū & uestitum accipere dignetur. Quomodo aut quiscumq; audeat illis hæc, scilicet uictū & uestitum, subtrahere aut inuidere: Reuera nullo modo, nisi semetipsum iudicare uelit indignū eterne uitæ. Nam hæc est ipsius sententia uerbi, ministros suos in suum opus emittentes: In quamcumq; ciuitatem aut domū intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeat. L. Intrares autem domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus digna, ueniet super illam pax uestra. Si autem non fuerit digna,

ret, penitus non acquieuit: sed erit quemadmodum Giezi, qui dixit: Pepercit dominus meus Syro isti, ut non acciperet ab eo quæ attulit. uiuit dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid. Curre et accipit, & cum reuersus esset, lepra Naaman adhæsit ei. L. Nolite possidere aurum, neq; argētum, neq; pecuniam in zonis uestris. Non peram in uia, neq; duas tunicas, neq; uirgam. Dignus est enim operarius cibo suo. In quamcumq; ciuitatem aut castellū intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeat. Hæc est illa ordinatio domini, cuius A postolus, ad Corinthios scribens, ita meminit: Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt: Qui altari deseruiunt, cum altari participant. Ita & dominus ordinavit his, qui euangelium annuntiant, de euangelio uiuere. Ad quid enim neq; aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis, neq; peram habeant prædicatores euangelij, nisi quia neq; necesse est, neq; expedit: seminantes enim sua spiritalia, iure illorum quibus seminant, metere debent carnalia, secundum istam sententiam à iustissimo prolatam domino. Dignus est enim operarius cibo suo. ¶ Est autem hic aliquid querendum, quia cum apud hunc euangelistam ita scriptum sit, neq; duas tunicas, neq; uirgam, apud alium euangelistam ita scriptum est, & præcepit eis ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantum. Et quidem si unam tantum uirgam sciremus, difficilis ista quæstio solueretur. Nunc autem duæ uirgæ sunt, altera regum gentium, alia discipulorum Christi. Virga regum gentium, uirga est dominationis: uirga discipulorum Christi, uirga dilectionis, uirga pastoralis officij, super curā animarum sollicitæ uigilantis. Illa uirga, quæ dominationis est, non est concessa ministris euangelij pacis, & illa inter dicitur hic, dicendo, neq; uirgam, amplius autem illic, Reges gentium non dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. uos autem non sic. ¶ Porro uirgam disciplinæ, uirgam pastoralis sollicitudinis ac uigilantiæ, non solum nunquā interdixit, uerum etiam ab initio iussit, ab initio inquam, id est, ex quo primū pastores animarum mittere cepit. Talium namq; primi fuerunt Moyses & Aaron. Illis utiq; quum mitteret eos, non præcepit dominus, ut quicquam tollerent in uia, nisi uirgam tantum. Quid est (ait ipse ad Moysen) quod tenes in manu tua: Respondit: Virga. Ait: Projice eā in terram. Projecit, & uersa est in colubrum, &c. Et subinde: Virgam quoq; hanc fume in manu tua, in qua factus uersus est signa. Quid aliud præcepit huic uel fratri eius Aaron, ut tollerent in uia, nisi uirgā tantum illam: Sic nimirū euangelistis omnibus, cunctis euangelij prædicatoribus, nihil aliud præcepit in uia sua tollere, nisi uigorem pastoralis curæ, nisi legem uitæ ac disciplinæ, & pro huius rei signo interdum uirgam quoque materiale manu gestare. ¶ Porro uirgam dominationis (sicut iam dictum est) apud istum euangelistam interdicit. Quod sciens apostolus Petrus, dicit: Neque dominationes in clero, sed forma facti gregis. Et Paulus ad Corinthios: Parcēs, inquit, uobis non ueni ultra Corinthum: non quia dominamur fidei uestre, sed adiutores sumus gaudij uestri. Nam fide staretis. Quid, si non fide staretis: Vtique tūc in uia uenire ad uos, nunc autem in spiritu mansuetudinis. Quid igitur euangelistæ sunt uel erant facturi, si neque aurum, neque argentum possidere concessum est eis, neq; pecuniam in zonis: Ait: Dignus est enim operarius cibo suo. Et continuo subiungit: In quamcumque ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeat, edentes & bibentes quæ apud illos sunt, sicut Lucas manifestus meminit. Hac fiducia neque aurum, neque argentum, neque zonas ære fecundas admittunt, aut admittere debēt suo comitatu ministri uerbi domini: quia debitor est illis omnis auditor eiusdem uerbi domini, ut illum os impleat cibo corporali, de quo uerbum uitæ accipit, qui cibus est spiritalis, ut confidenter dicat: Si nos uobis nostra spiritalia seminauimus, magnū est si uestra carnalia metamus: Nutri- quid aliquem unquam omnij potentis uernulam uerbi spes ista frustrauit: Imō & si totus fere mundus aliquando efuriat & pane indigeat, iustum illum, cuius in corde dometicum, cuius in ore familiare est dei uerbum, non uidebis derelictum: & uerū est quod scriptura dicit, non interficit dominus fame animā iusti. Exempli gratia: Cū reges & principes esurirent in Israel, & Helias fortissim⁹ uerbi dei minister super esset, nec haberet qui eū pasceret, Recede hinc (ait dñs) & abscondere in torrente, & ibi de torrente bibes, coruisq; præcepi ut pascant te. Rursum, cū post dies sic: atus esset torrens, non em pluerat super terrā, Surge, inquit, & uade in Sarepta Sidoniorū, & manebis ibi, præcepi enim ibi mulieri uiduæ ut pascat te. Sublata est igitur omnis cupiditatis uel miseræ solitudinis occasio, ut sit euangelistarū liber animus, & non ipsi aurum dominetur, sed ipse auro & omnibus quæ possidēt homines dominetur, & de omnibus nihil nisi uictū & uestitum accipere dignetur. Quomodo aut quiscumq; audeat illis hæc, scilicet uictū & uestitum, subtrahere aut inuidere: Reuera nullo modo, nisi semetipsum iudicare uelit indignū eterne uitæ. Nam hæc est ipsius sententia uerbi, ministros suos in suum opus emittentes: In quamcumq; ciuitatem aut domū intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeat. L. Intrares autem domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus digna, ueniet super illam pax uestra. Si autem non fuerit digna,

1. Cor. 9.

Quæstio.  
Marc. 6.  
Responso.  
Duplex uir-  
ga, una reg-  
um, alia  
pastorū.

Luc. 22.

Exod. 4.

1. Pet. 5.  
2. Cor. 1.

1. Cor. 4.

Luc. 10.

1. Cor. 9.

Psal. 56.  
Prou. 10.

3. Reg. 17.

pax

pax uestra ad uos reuertetur. Et quicumq; non receperit uos, neq; audierit sermones uestris, exeuntes de domo uel ciuitate, excutite puluerem de pedibus uestris. Amen dico uobis, tolerabilis erit terra Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicii, quam ciuitati illi. Hoc est quod gaudere grati, quod timere debent ingrati. Discernunt enim grati ab ingratis, recipientes a non recipientibus, iudicio mirabili, iudicio terribili. Nam super illos requiescit pax, super illos coelestis secundum exemplum Sodomorum & Gomorrhæorum irruit ira. ¶ Reuocemus ad memoriam illam in Sodomis rem gestam, & secundum illius similitudinem clarius animaduertere poterimus præsentem rei ueritatem. Missi Sodomam uenerunt uespere duo angeli, sedente Loth in foribus ciuitatis. Non expectauit ille, uidelicet Loth, ut illi hospitium postularent, aut interrogaret qui in domo eius essent digni hospitibus tantis, sed obuiam uadens & adorans, obsecrauit & obsecrando compulit ut ad eum diuerteret. Et quia ingressus domum suam fecit conuiuium, coxit azyma, & comederunt, uenit super domum illam pax eorum, ut diceret ad eum Surge, tolle uxorem tuam & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Salua animam tuam, noli respicere post tergum &c. Simul hæc dicentes, apprehenderunt manum eius & manum uxoris eius ac duarum filiarum eius, eo quod parceret dominus illi, & eduxerunt eum, posueruntq; extra ciuitatem. Ita super eum pax quædã requieuit, super Sodomam autem & Gomorrhæam ira uenit, scilicet ignis & sulphuris pluuia, quæ illos subuertit. ¶ Iuxta hanc similitudinem si fuerit domus digna, inquit dominus, euan gelistis suis, super eos ueniet pax uestra: si autem non fuerit digna, exeuntes (ait) excutite puluerem de pedibus uestris, & tolerabilis erit terra Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicii quam ciuitati illi. Vt dictum, ita & factum est. Etenim super ecclesiam gentium, quæ apostolos Christi recepit, & alacriter (ut dignum erat) respondit dicentibus, Pax huic domui, pax apostolica, pax ipse Christus, quem admodum dicunt, ipse est pax nostra, uenit & requieuit. ¶ Illi autem ciuitati terrena: Hierusalem, imò Sodomæ atq; Gomorrhæ, quæ pacem istam nõ receperit, nec solum nõ receperit, uerum etiam crucifixit, qualiter iam acciderit, totus orbis audiuit, & in die iudicii nulli est dubium, quin iudicandum sit peccatum eius intolerabilius peccato Sodomorum, quem admodum & Hieremias in lamentationibus dicit: Et maior effecta est iniquitas filiarum populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus. Quid enim de illa Sodomæ dictum est, & non ceperunt in ea manus, nisi quæ uoluerunt quidem illudere uiros Sodomitæ, qui introierant ad Loth, sed in ea (uidelicet Sodomæ) nullus fuit, cuius manus caperent illos. Nam domum quidem circumdederunt, sed manus eorum uiros illos nõ ceperunt. At illa, quam dicit idem propheta filiam populi sui, domum ipsum & armis circumdedit & manibus cepit, atq; comprehendit, illufit, conspuit, flagellauit, crucifixit, occidit. Reffissime igitur tolerabilis erit in die iudicii Sodomæ & Gomorrhæ, quam ciuitati illi & omni genti, quæ secundum exemplum illius misisset se ministros salutis non receperit. ¶ Et nota uehementiam separationis & horre di anathematis, in eo quod dicit, exeuntes de domo uel ciuitate illa, etiam puluerem excutite de pedibus uestris, quod eos fecisse Lucas in Actibus apostolorum manifestissime meminit. Ecce ego mitto uos, sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt uos, & ad præfides & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis & gentibus. ¶ Propterea supra dixit, & quicumq; non receperit uos, quia sciebat quod non essent ab omnibus recipienti, imò à quàm pluribus eijciendi, & ad mortem tradendi. Et ipse quoq; primus erat eijciendus, & ad mortem tradendus. Quomodo eijciendus; qualiter tradendus: Sicut ouis (ait Isaias) ad occisionem ducetur, & sicut agnus coram tonante se obmutescet, & nõ aperiet os suum. Sed & Iohannem Baptistam dicentem audierant: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. ¶ Multis in locis euangeliorum, nominibus utitur huiusmodi, scilicet pastoris & ouium atq; agnorum, pastoris non regis, ouium non militum. Sed & seipsum pastorem, non regem, suos discipulos oues, non militem nuncupans. Quod cum ubiq; diligenter animaduertendum sit, illic maxime delectabile est, ubi cum illi de regio nomine calumnia strueretur à dicentibus, Quousq; animam nostram tollis: si tu es Christus, dic nobis palam. Christus quippe regium est nomen, & hoc iccirco dicebant, ut in isto nomine captum possent accusare apud Cæsarem, aut etiam secure inuadere tanquam propter Cæsaris fidelitatem: taliter euasit sapiens corde, taliter eludit superbos & inuidos mitis & humilis corde: Loquor, ait, uobis: & opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me, sed uos nõ creditis, quia nõ estis ex ouibus meis. Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam æternam do eis, &c. usq;. Ego & pater unum sumus, quod utiq; non minus est, quam si palam dixisset eis, ego sum Christus. ¶ Igitur & hic cum dicit, ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum, & ubiq; se pastorem profiteretur, suosq; sequaces nuncupat oues, duplicem affert utilitatem, quia & illos informat ad mansuetudinem, ut discat ab eo q; fit mitis & humilis

Pax super Loth, ira super Sodomam. Gene. 17.

Pax euangelistis super recipientes eos.

Eph. 7.

Thre. 4.

Gene. 19.

non redum anathema. Act. 13.

Isai. 53.

Iohan. 1.

Iohã. 10.

Discipuli Christi sicut oues in medio luporum.

lis corde, & cum omnibus hominibus pacem studet habere, ut nullam habeat aduersus eum occasionem iustæ querelæ. Exitus probauit, quàm ueraciter ob hoc prædictum fuerit, Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum, Vbi enim exequabantur suæ missionis officium, diuersis in locis ab hominibus impijs tanquam oues à lupis inuasi sunt, lacerati sunt: & quum male tractarentur, non aperuerunt os suum, inter omnes & apud omnes ita prudentes sicut serpentes, ita simplices sicut columbæ. ¶ In quo prudentes sicut serpentes: In eo nimirum, quod cum flagellarentur, occiderentur, lapidarentur, & de ciuitate in ciuitatem dispellerentur, cautiissime ac uigilantissime agebant atq; patiebantur, tradentes quidem lupis rapacibus corpora sua, custodientes autem deo creatori suo corda sua, secundum similitudinem serpentis, qui dum percuitur, totum percipienti obijcit corpus, maxime pro capite sollicitus, ut quoniam uulneribus carere non potest, saltem caput in quo sibi uita est, utcumq; protegatur. Nõne caput huiusmodi ouium est agnus dei Christus: Pro quo dum corpora sua tradidit ad supplicia, & dispendium uitæ præsentis sustinuit, ut Christum lucrentur, profecto prudentes sicut serpentes inueniuntur. ¶ In quo autem simplices sicut columbæ: In eo uidelicet, quod nihil eorum faciunt, quæ corui solent facere: corui in quâ id est, homines mali, rapaces, cupidi, pro mundo uel pro his quæ mundi sunt, litigantes, inuicem mordentes, inuicem laniantes. Ita fit, ut dum nihil rapiunt, nullius rem concupiscunt, & omnia innocenter aspiciunt oculis simplicibus, oculis columbarum, nec solum non rapiunt, uerum etiam derelinquunt, dando in usus pauperum, quem admodum oues & lac suum & lanam suam capientibus non contradicunt, & insuper corpora sua percipientibus exponunt, solum custodientes caput suum Christum. Ita (inquam) fit, ut & lupis & leonibus & urfis nulla sit occasio porrecta lacerandi eos, flagellandi eos, occidendi, & de ciuitate in ciuitatem persequendi eos. ¶ Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt uos, & ad præfides & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis & gentibus. Hic est effectus similitudinis serpentium, quem dixit, Estote ergo prudentes sicut serpentes, scilicet cauere ab hominibus, ut subaudias uel subintelligas, ne homines percuciant caput, totumq; obducite, & percipienti exponite corpus, secundum similitudinem serpentis, de quo iam supra dictum est. Nam hoc est cauere ab hominibus, scilicet intentos esse & ualde sollicitos, ne fiat quod homines moluntur, ne uos aut terroribus concutiant, aut blandimentis seducant, ut negligatis, metu mortis, Christum qui est caput uestrum. ¶ Terribile ualde est, si rite perpendas, quod cum dixisset, & in synagogis suis flagellabunt uos, & ad præfides & ad reges ducemini propter me, addidit, in testimonium illis & gentibus, Cuiusnam rei in testimonium: & quo in tempore reuelandum est testimonium: Nimirum in die iudicii, quando faciendum erit, ut (quem admodum supra dixit) tolerabilis sit terra Sodomorum & Gomorrhæorum illi ciuitati, quæ uos (inquit) non receperit. Quale enim erit in illa die huiusmodi testimonium contra se uidere, ut nõ se possint excusare & dicere, Domine, quando missisti nuntios tuos ad nos, qui prænuntiarent de iudicio isto, & non receperimus eos? Diceret enim illis rex sedes super sedem maiestatis suæ: Amen dico uobis, ecce isti sunt quos misi ego in medio uestrum, sicut oues in medio luporum, & ecce cicatrices flagellorum, quibus flagellastis eos in synagogis uestris: imò ecce signa clauorum in manibus & pedibus meis, quibus me confixistis. Vnde & nunc scio reprobare malum & elingere bonum, certum habens tam ex me ipso, quàm ex istis, quos sicut me & propter me occidistis & persecutistis, contra uos testimonium, atq; in de est irreprehensibile iudicium. L. Cui autem tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Nõ enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. ¶ Sicut cauere ab hominibus, ut supra dixit, prudentiæ serpentine est, ita quod nunc dicit, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, simplicitatis est columbine. Simplicitas eius modi socia est ueritatis, angulum non quærentis, dum foris pulsata quæstionibus, statim respicit intus, nec aliud scit aut uult eloqui, nisi quod in conscientia: suæ libro scriptum inuenit, scribente (id est, suggerente) spiritu dei, qui & ipse ob significandam simplicem suam ueritatem super dominum nostrum in specie columbæ apparuit. Simile quid & nobis agendum est, tanquam si hic idem optimus informator dicat nobis, ¶ Cum autem accessit ad tractandum uerbum dei, nolite præcogitare qualibus uerborum phaleris sanctæ scripturæ sensum exornetis, dabunt enim uobis uerba sponte uenientia, de spiritu patris uestri, quæ utique quanto magis sponte uenient, tanto & uobis minus fatigationis, & audientibus siue legentibus plus afferent delectationis. O quàm dulce, quàm præclarum est, ea quæ loquor aut scribimus, talia esse, ut ea prudens auditor siue beneuolus lector, nequaquam dignetur ascribere nobis, dicatq; non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. ¶ Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & consurgent filij in parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. ¶ Sicut hic audiimus prædictum, ita & uidimus factum, ut confi

Estote prudentes sicut serpentes.

Simplices sicut columbæ.

Quid est cauere ab hominibus?

In testimonium illis & gentibus.

Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini.

Luc. 1. Iohan. 1. Absq; phaleris uerborum tractanda scriptura.



Dolores sic pariter in martyribus.

Psal. 47.

Iohā. 16.

Psal. 109.

In persecutio nibus non occurrēdum, sed fugiendū est. Eccl. 9.

Rom. 9.

Matth. 26.

1. Reg. 18.

Hebr. 11.

Consolatio seruatorum Christi.

Nō est discipulus sup magistrū.

Ne ergo timueritis eos.

denter dicamus. Sicut audiimus, sic uidimus in ciuitate domini uirtutum. Nam quod premi fit illi, ibi dolores ut parturientis, maxime sanctos martyres respicit, quorum dolores fuere non parui, tunc precipue, quando frater fratrem, & pater filium in mortem tradidit, & filij in parentes confurrexerunt, & morte eos affecerunt propter nomē Christi. Reuera ibi dolores magni, ueruntamen non qualescūq; sed ut parturientis. Nam qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit, & salus sic eum faciet dolorum omnium obliuisci, sicut filius natus mulierem quæ peperit. Cum enim pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Magnus igitur etiam in doloribus istis dominus & laudabilis nimis, magna gloria & magnus honor huius filij hominis: quia sicut de seipso spiritus sanctus prædixerat, De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput, ita & ipse suis prædicit futuris militibus, quod bibituri sunt similiter, propinquantibus cognatis & amicis & parentibus, & propterea suum in salutem debeant exaltare caput. ¶ Quid si non ualeant aliqui teneriores eiusmodi sustinere dolores? At: Si autem persequerentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico uobis, non consummabitur ciuitates Israel, donec regnum dei ueniat. ¶ Ergo quisquis es & prudens & simplex prædicator siue auditor euangelij, prudens ut serpens, simplex ut columba, non sic præsumas de spiritu fortitudinis, ut obliuiscaris huiusce consilij. Vnde enim scis, utrum uere habeas spiritum fortitudinis: imò unde scis, utrum amore an odio dignus sis? Non ergo nimis cito temetipsum præcipites in caminum tentationis, sed timens ne forte martyrio dignus non sis, cum te persecuti fuerint in una ciuitate, fuge in aliam: quia nō est uolentis neque currentis, sed miserentis dei, & iustus necessitas quam uoluntas coronā parit. ¶ Veruntamen si expertus es ueraciter, quod donum uel gratiam habeas supernæ fortitudinis, & hoc tibi spiritus sanctus aliquo modo reuelauit, pulchrum est, laudabile est, ut uexillum crucis uestro arripas, & percurras contra hostem in prædicatio fidei, confirmes infirmos, & sperandæ a deo fortitudinis exemplum illis præbeas. Alioqui tutius est ut fugias in spiritu humilitatis, in spiritu timoris domini: quia Petrum quoque apostolorum principem, cum sibi uideretur fortis, ancilla ostiaria terruit. ¶ Forte dicis: Quid fugiam? Quam ciuitatem adeam? Nunquid nobis fugientibus multæ aperientur ciuitates? Ad hæc ille: Amen dico uobis, non consummabitur ciuitates Israel, donec regnum dei ueniat. Ac si dicat: Haecenus pauca fuerunt ciuitates Israel, ita ut cunctas olim una possideret mulier Iezabel, quæ regnauit in Samaria est filia sua Anthalia impissima, quæ regnauit in Hierusalem. Tunc ita pauca fuerunt ciuitates Israel, ut cum occiderentur prophete in una ciuitate, non haberent aliam in quam fugerent, sed circuibant in melioribus, in pellibus captiuis, egentes, angustiati, afflicti, nisi quod Abdias, secundum nomen suum seruus domini, pauit ex eis centum uiros, quinquagenos & quinquagenos in speluncis. At nunc tot erunt ciuitates Israel, tot erunt per orbem terrarum ciuitates siue ecclesiarum meo nomini dicatæ, qui sum uerus Israel, ciuitates hospitales, ecclesie pauperum fidelium suscipientes, ut non possit quiuis consummare illas, donec regnum dei ueniat. Nemo quippe tam diu in ista peregrinatione uiuit aut uiuet, ut fugiendo prætransire possit omnes, quæ in me credituræ sunt, ciuitates, tales fugitiuos libenter suscipientes, consolantes, honorificantes, & me in illis recipere non uane existimantes. ¶ Nō est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius, & seruus sicut dominus eius. Si patrem familias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. ¶ Quo respectu uel qua intentione dixerit, nō est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum, sufficit discipulo ut sit sicut magister eius, & seruus sicut dominus eius manifestat, subdendo, si patrem familias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius? Sufficientia hæc cunctos discipulos ueritatis, omnes seruos altissimi suauissime consolatur, dum traduntur in concilijs, dum flagellantur in synagogis, dum ducuntur ad reges & præfides, & odio sunt omnibus, & morte afficiuntur propter nomen domini. Amplius querere non debet, ne forte fiat discipulus contrarius magistro, aut seruus in contrarium dissimilis domino suo: quia nil magis contrarium, quam ut discipulus superior magistro, seruus maior esse uelit domino suo, quod est uelle ab hominibus glorificari, & beneficium uocari, cum ille tatus dominus ab hominibus reprobatur, & Beelzebub uocatus fuerit, uelle per delicias in regnum dei, cum ille magister humilitatis per mortem, mortem autem crucis, in regnum suum peruenerit. Hoc sibi met sufficere iudicet perfectus discipulus & fidelis seruus, ut sit sicut magister & dominus suus: qui inde magister, quod homo in deo dominus, quod deus est. Et secundum hoc iudicium respondeat aduersario, si forte insultans in tribulatione dixerit, ubi est deus tuus, aut certe nō curat de te deus tuus. Ne ergo timueritis eos. ¶ Nihil enim opertum quod non reuelabitur, & occultum quod non scietur. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. ¶ Ne inquit timueritis eos, ne timueritis eorum iudicium male de uobis iudicantium, dum odio uos habent propter nomen meum, & eiiciunt nomen uestrum tanquam malum. Quid autem esset timere eos siue iudicium eorum, nisi spe

spere de prouidentia dei, quod non curet aut non dignetur respondere pro humilibus seruis suis, & bonæ illorum conscientie uerum perhibere testimonium? Timore huiusmodi omnino ne timueritis eos. Nihil enim opertum, quod non sciat. Veniet dominus, inquit Apostolus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique a deo. ¶ Nam de malis quidem electorum actibus non nihil opertum, non nihil remanebit occultum, quum scriptum sit, Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. & Sapientia dicat deo, Dissimulans peccata hominum propter penitentiam. Quod dicto fati inuit misericordem deum uelle aliquid de peccatis nostris sibi met ipsi quodammodo esse occultum, sed de bonis cuiuscumque actibus, siue de conscientijs honorum hominum, quas ignorantes homines, plerumque de bonis male sentiunt, & indiscretum super eos præcipitant iudicium, de bonis (inquam) nihil omnino est opertum quod non reuelabitur, & occultum quod non scietur. ¶ Quod autem in præfenti quoque uita reuelauit, & sciri fecit deus circa suos electos, etiam ipsis non uolentibus, dum propter humilitatis custodiam semetipsos abscondunt, & opera sua uideri cauent ab hominibus. Nouit ipse quos quomodo & quorum propter utilitatem oportet reuelari, uel sciri etiam nunc, ante illam illuminationem siue manifestationem uniuersalem, quam Apostolus (ut iam dictum est) expectandam pronuntiauit, nolite, inquit, ante tempus iudicare, quoad usque ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Beatum Iob reuelatum esse & sciri uoluit, quam esset simplex & rectus ac timens deum, & recedens a malis: & sanctos innumerabiles, qui per humilitatem apud semetipsos latere uoluissent, non solum cognosci fecit ex operibus bonis, uerum etiam non nunquam uerbis ipsorum secreta cordis eorum utiliter reuelauit, ut faceret quod hic continuo subiunctum est. ¶ Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Quid enim ipse dicit in tenebris, & quid in aure loquitur uerbum dei, deus ipse Iesus Christus, nisi reuelationes dei, quas in occulto quasi in tenebris, ubi homines non uident, quod uult & prout uult, per spiritum sanctum immittit? Et hoc bonum quidem per humilitatem abscondere, & occultum tenere, uidelicet quando & quomodo gratiam, qua illustratus est, quis acceperit, optimum autem reuelare pro gloria & honore dei, dum utilitatis causa exposcit, aut iusta necessitas exigit. ¶ Nam exempli gratia, nullatenus quisquam tam utiliter secretum dei donum qualiter acceperit, silentio premit, quam utiliter Paulus uas electio nis prædicauit, scribens Corinthijs inter cetera de semetipso, quod usque ad tertium coelum siue in paradysum raptus, audisset arcana uerba, quæ non licet homini loqui. Nonne talia scribens dixit in lumine, quod sibi dictum fuit in tenebris: & quod in aure audierat, super tecta prædicauit. Nempè & si non omnia dixit aut scripsit, quæ in celo illo tertio, in illo paradiso audiuit, quoniam audiuit (inquit) arcana uerba, quæ non licet homini loqui, attamen hoc ipsum quod illuc usque raptus est, recte in tenebris dictum, & in aure auditum recte animaduertis, quia raprum eum illuc fuisse, & arcana uerba audisse nullus mortalium uidit, nullus audiuit, neque audire poterat, nisi de semetipso enuntiaffet ipse qui uidit & audiuit. Ecce ergo dixit in lumine, quod sibi dictum est in tenebris, & prædicauit super tecta, quod in aure audiuit. Imitantur autem illum, quicumque prædicant gratiam sibi datam, exigente causa iusta necessitatis, procul absente uento miseræ uanitatis. ¶ Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. ¶ Hic recte dicat quis: Da domine quod iubes, & iube quod uis. Ecce iubes ut nō timeamus eos qui occidunt corpus, & ratio consentit, eum potius esse timendum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Sed quæ caro non timeat occidi? Petrus apostolorum primus timuit, & mori timens, uitam negauit. Cur hoc, nisi nondum illi de deo non timeret, qui nisi seras ut nō timeret? Postquam illi dedisti, potuit facere quod iussisti. Esto igitur fortitudo nostra, & fac in nobis quod tu nos facere uis. ¶ Veruntamen hoc primum debet scire fides, quod docet de iubes, & iubet de doces: & deinde spes orare, charitas imperare, ut des ipse quod iubes. Oportet autem sicut ueram fidem, ita & firmam habere spem, ut nō pute quod quamuis exiguus, quod ab altissimo non sit requirendus, eo quod paruus sibi uideatur & abiectus, cum scriptum sit: Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum. Item: Quoniam non in finem oblitio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. Sequitur ergo: Nonne duo passeret asse uenunt? & unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. Vestri autem & capilli capitis, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis uos. ¶ Ecce quam fortiter humilitati huic maiestas ueritatis occurrit. Nonne, inquit, duo passeret asse uenunt? Vera propositio, quia & fere omnibus notum est, quia duo passeret pro uili dantur pretio, & longe uiliores sunt corpore & anima, quibus ex duobus consistit siue subsistit unus rationalis homo, & unus ex illis (inquit) non cadet super terram sine patre uestro. Assume & hoc, quicumque es uel esse cupis discipulus tati magistri. ¶ Sed forte titubas & dicis: Quomodo unus passer sine patre non

1. Cor. 4.

Psal. 31. Sap. 11.

1. Cor. 4.

Iob. 1.

Quod dico uobis in tenebris, scilicet per reuelationem.

Reuelationes Pauli, 2. Cor. 12.

Officium fidei, spei & charitatis.

Psal. 9.

Obiectio: 2. stro

RVPERTI IN MATTH. CAP. X.

stro in terram non cadit, cum nec de boue, qui utiq; maior est passere, deo cura non sit? Denique Apostolus cum dixisset, scribens Corinthiis, Scriptum est enim in lege Moyfi, Nō alligabis os boui trituranti, protinus ait: Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos hæc dicitur? Vtiq; propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipere dicitur. Quomodo ergo unus ex passeribus nō cadit in terram sine patre uestro, si nec de bobus tāto maioribus, quā sunt passeres, cura est deo? Ad hæc inquam? Apostolus de lege scripta loquebatur, & hic est eius sensus, quod non fuisset deo cura, ut de bobus irrationalibus lex scriberetur. Porro hic filius dei de providentia dei loquitur, quod ipse provideat, unde & quomodo det escam omni carni, ut non solum educat de terra panem homini, uerum etiam animantibus terræ & uolucris cæli escam provideat competetem illis, iuxta illud Davidicum: Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorū in uocantibus eū. ¶ Proinde assume & hoc, & unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro, simulq; qd subiungit, uestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt, quia uidelicet Christiana fides ex polcitur, ut non dubites resurrectionē futuram, non solum cum omnibus membris corporis, uerum etiam & cum palpebris siue supercilijs, & cum omnibus capillis suis. Cū hoc ut Christianus homo assumpseris, statim fortissimo syllogismo suauiter stringeris, inferēte illo: Nolite ergo timere, multis passeribus melioris estis uos. Melioris, in quā, id est, maioris pretij estis uos. Rationalis enim creatura est homo, & uita eius longiturnior est præsentī seculo, quā non moritur homo, sed solum corpus & ipsum resurrecturum, ac sine fine cum anima semper uiuētū est. L. Omnis ergo qui cōfitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cælis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cælis est. ¶ Ergo, inquit, quoniam unus homo multis passeribus melioris est, nos non dubitantes curā de uobis esse deo, nolite (ut iam dictum est) timere eos qui occidūt corpus, sed cōfitemini me coram uestris interfectores quia tale iudicium erit super hoc, ut qui me cōfessus fuerit, ego confitear eum, & qui me negauerit, negem & ego eum coram patre meo. Profectio gloria erit ei, quem talis in illa die confitebitur: cōfessio autem illi, quem negabit, siue confundetur, quod apud alium euangelistam legimus, id est, erubescet cōfiteri quos uos sit. ¶ Huius rei Apostolus magnifice meminit, dicens ad Hebræos de sanctis patribus: Id eorum non confunditur deus, uocari eorum deus, uidelicet quia confessi sunt qd peregrini & hospites essent super terram, manentem hic non habentes ciuitatem, & meliorem appetētes, id est, cœlestem. Profectio dum de illis negatur, simul de oppositis, id est, de infidelibus affirmatur, quia confundetur deus uocari eorum deus, & uae illis, quorum deus esse, quos cōfiteri & saluare ipse, saluo honore suo, non poterit. ¶ Nolite arbitrari quia uenerim pacem mittere in terram. Non ueni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & nurum aduersus socrum suum, & inimici hominis, domestici eius. ¶ Cum dicit, Nolite arbitrari quod uenerim mittere pacem, subaudiendum est, quomodo mundus dat, qualem mundus pacem mittit, qualem requirit. Nam & alibi, quum dixisset, Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis, protinus ait: Non quomodo mundus dat, ego do uobis. Est ergo pax mundi, quā iste dominus & princeps pacis mittere non uenit. Est enim illa contraria paci dei, de qua Apostolus ad Galatas: Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax. Item: Est pax dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra & intelligentias uestras. Huius pacis princeps ipse est, & hanc mittere uenit, primo pacificans per suum sanguinem omnia, quæ in cælis & quæ in terra sunt, & deinde euāgelizans (ait Apostolus) pacē uobis quæ longe fuisse, & pacē his quæ ppe sunt. Pax ista remissio peccatorum est, sed mundus in maligno posuit, istā nō quærit, sed qualē tūc habebat illa uallis uisionis, scilicet Hierusalē, cui dicebat iste pacificus uerus: Et quē in hac die tua quæ ad pacē tibi. Hæc pax erat & hoc gaudiū & hæc letitia (ait Esaias in one re eius dē uallis uisionis) occidere uitulos & iugulare arietes, comedere carnes & bibere uinum. Comedam? & bibam? cras enim moriemur. Nō, inquit, ueni mittere pacē eiusmodi, sed gladiū. i. separationē filiorum pacis dei à filijs illius nō pacis, sed iniquitatis, quæ admodū ibidē cōtinuo subiunctū est: Si dimittetur iniquitas hæc uobis, donec moriamini, dicit dñs exercitū. Quis nescit, quod non audiuit, pax pe factū esse uel fieri, quod hic se facturū præ dixit, ueni enim separare hominem aduersus patrem suū, & nurum aduersus socrum suū. ¶ Simulq; nota qd pulchre, qd conuenienter discipulos suos ad prophetiam auctoritatē mittit, ut cognoscant, qd antiqua ueritas huius cōstantia sit, dicēdo, & inimici hominis domestici eius. Sic enim in Michea præ dictum fuerat: Nolite credere amico, & nolite confidere in duce. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui, quia filius contumeliæ facit patri, filia cōfurgit aduersus matrem suam, nurus cōtra socrum suū, inimici hoīs domestici eius. Cōmemorandā hæc uelut propheti sententiā, & inimici hoīs domestici eius, profecto prophetiā ipsam pulchre innuit testimoniū ferre dictis suis, nec posse aliter scripturas impleri, nisi faciat ipse quæ admodū dicit, nō pacē, sed gladiū mittere ueni. Et quidem sunt aliæ quoq; affinitates, quas interdiuidit gladius euange

1. Cor. 9. Deut. 25. Solutio. Psal. 135. 103. Psal. 145. Heb. 11. Gal. 5. Philip. 4. Esai. 9. Colos. 1. Eph. 2. Luc. 19. Mich. 7. Inimici hominis, domestici eius.

lij, sed ex multis istæ duræ sufficiūt, quarum altera, scilicet hominis & patris sui, de maioribus, altera, uidelicet focrus & nurus suæ, de minoribus affinitatibus est, adeo ut rara inter focrum & nurum concordia sit. Vnde apud Comicum quædam focrus, dum apud nurum suspectam se huius uitij persentiret, scilicet excusare intēderet, Non, inquit, facile est excusatu. Ita animum induxerunt, focrus omnem esse iniquas. Dum ergo dicit, ueni enim separare hominem aduersus patrem suum, & nurum aduersus socrum suū, idem est ac si dicat: Omnes omnino tam maiores quā minores affinitates separare ueni, demonstrando rumpēdam esse pacem malam, & tolerandam carnis discordiam propter dei concordiam. ¶ Qui amat patrem aut matrem plus quā me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. ¶ Ecce gladius separatis, ecce separatio propinquitatis. Ecce diuisio, quæ unum eūdemq; hominem cōtra semetipsum diuidit. Nō est me dignus, ait, qui patrem aut matrem, qui filium aut filiam diligit plus quā me, non est me dignus, qui crucem suam accipit ut sequatur me. Hoc uerbum iudicantis, gladius est separantis. Quis enim habens cor carneum, quis non habens cor lapideum, ac quantum iter patitur, nō est me dignus? Valeat potius pater siue mater, ualeat potius filius siue ego d. Christe dignus te non sum. ¶ Itaq; omnem propinquum & omnem amicum relinquit, & semetipsum contemnit, ubi nihil horum se posse retinere perdidit, salua dignitate discipularus Christi. Nunquid mandatum hoc nouum est? Nonne est mandatum uetus, quod ab initio audiuimus? Ait enim Moyses in benedictione Leui: Qui dixerit patri suo & matri sue, nescio uos: & fratribus suis, ignoro uos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua d. Iacob, & legem tuam d. Israel. Ponent thymiam in altare suo, & holocaustum super altare tuum. Quod deinde sequitur, benedic domine fortitudo dñi eius, & opera manū illius suscipere recte de fortitudine ista intelligas, quæ hic exigitur, dicendo: Et qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Accipere namque crucem & sequi Christum, siue in persecutione tradendo corpus suum ad supplicia propter deum, siue in pace frangendo desideria carnis, seu propter metum gehēnæ, siue propter uitæ æternæ desiderium, fortitudo magna & opus est magnum, fortitudo benedicenda, opus actione domini dignum. Qui hoc non facit, non solum gloriam non amittit, uerum etiam poenam incurrit. Sequitur enim: ¶ Qui inuenit animam suam, perdet eam. ¶ Quis enim est qui inuenit animam suam, nisi qui non uult tollere crucem suam, ne non suauiter trahat, lucrum istud faciat, quatenus in corpore retineat, quam persecutoris gladius extrudere poterat, animam, ex abundanti est astruere, quod æterna perditione perdat illam. Et conuerso: ¶ Qui perdidit, ait, L. animam suam propter me, inueniet eam. ¶ Nō indiget Christiana fides assertionē illa, ut demonstraret sibi ueram hanc esse sententiā, quia ualde certum est, qd pius martyr perdens animam suam, in fasciculo uiuentium custoditam inueniet eam. ¶ Quid tandem superest pupillis & orphanis istis, cum propter euāgelium patrem aut matrem amiserint: siue orbatis istis, cum filium uel filiam propter Christum dereliquerint? Quid, inquit, nisi ut Christus ipse sollicitus sit pro illis: Non enim fallitur quisque talium, cum in psalmo dicit: Ego autē mendicus sum & pauper, dominus sollicitus est mei. Nonne hic protinus adfuit uerba illius sollicitudinis? Sequitur enim: ¶ Qui recipit uos, me recipit. Et qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete, mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicumque dederit potum uni ex minimis istis calicem aquæ frigide, tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem suam. ¶ Quantos putas futuros esse sciebat, qui ipsum recipere cuperent, qui mercedem prophetarum atq; iustorum accipere optaret? Multos ergo receptores sollicitus dominus, hoc dicendo, preparabat illis, quos uidebat patrem aut matrem amissuros causa sui, quatenus posset quisq; illorum etiam hoc dicere, Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. ¶ Ut dictum, ita uidemus & factū, quia plures sunt receptores talium, scilicet prophetarum & iustorū, quos patres & matres dereliquerunt, quā ut uincantur multitudinem eorum. Nam ut taceam de cæteris recipiēdi modis, tot cœnobita, tot xenodochia receptionis eorum preparauerunt, ut deficientibus iustis eiuismodi, in quibus fateretur Christus se recipi, plerisq; in locis res siue fundi pro talib; deo oblatis, ad usus secularium patres & matres, filios & filias habentium, & Christum non sequentiū, magna ex parte redierint. Nunc ipsa uerba perpende: Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Hoc ipsum apud alium euangelistam hoc modo edicit: Amen amen dico uobis, qui accipit si quem misero, me accipit. Qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Ergo ueri adoratores non superflue agunt, quando superuenientes hospites ita suscipiūt, ut prout in terram adorēt, Christus enim in eis adoratur, qui & suscipitur. Dicam adhuc: De-

In Her. 1. ra cretiana. Madatū autem de patre & matre filijs prelinquendis. Deut. 32. Quid est in uenire animam suā. Sollicitus est dñs suorum. Psal. 39. Receptacu la pauperu. Iohā. 12. Chrs, imo totā trinitas adorant.

Inceptis  
hospiti-  
bus ei?

Esai. 43.

Gen. 18.

Gene. 19.

Quanta mer-  
ces recipi-  
ti um hospi-  
tes Chrii.

Iohā. 14.

us & pater domini nostri Iesu Christi & spūs sanctus in eis adoratur, qui & suscipit. Nam cum dixisset, qui recipit uos, me recipit, ne quē forte cogitatio sua illo tēpore pulsaret, dicens, quid magnū est istum recipi, hominē mortalem, qui & iniurijs affici possit & crucifigi: protinus ad didit: Et qui me recipit, recipit eum qui me misit. Et q̄s est qui istū misit, nisi deus pater & spiritus sanctus: Licet enim istud apud nos testimonio iam pene nō indigeat, sic ipse in Esaiā loquitur: Accedite ad me, & audite hoc. Non à principio in abscondito locutus sum, ex tempore autem requisierent, ibi eram. Et nunc dñs deus misit me & spūs eius. Quod idē est ac si diceret: In principio deus eram, & hominibus loquens non in abscondito, sed magnis cum signis & prodigijs uenturus: me testificatus sum, & ego qui loquebar, quisq; ibi eram, scilicet apud deum, ecce adsum, factus homo, mittente dño patre meo, mittente & cooperante per uerū uirginis spūs sancto. Igitur in illis qui mittuntur, recte ipse, qui mittit eos, deus adoratur. ¶ Nunquid autē hoc sine exemplo uel autoritate antiqua facimus? Aut nunquid hoc facientes, tanq̄ creaturā adorantes culpamur? Cum staret Abraham ad radices Mābræ, apparuerunt ei tres uiri stantes propter eum. Quos cum uidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit & dixit: Dñe, si inueni gratiam in oculis tuis, &c. Item scriptura dicit: Veneruntq; duo angeli Sodomam uespere, sedente Loth in foribus ciuitatis. Quos cum uidisset, surrexit & abiit obuiam eis, adorauitq; pronus in terram. Nunquid non angelica, & que ut humana, substantia creatura est. Sed deus in illis adorabatur, qui & suscipiebatur. Propter hoc & ille coram tribus adorans, uni loquebatur: Domine, inquitens, si inueni gratiam in oculis tuis, ne trāseas seruum tuum, & iste coram duobus adorās, quēso domine mi, quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, &c. ¶ Quæ tandem pro hac receptione merces erit? Ait: Qui recipit prophetam in nomine prophete, mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Ergo & deus qui recipitur, & eius qui recipit, una eademq; merces erit. Non enim dixit mercedem de propheta, siue mercedem de iusto, sed mercedē prophete, mercedem iusti accipiet. Magna retributio, larga re compensatio. Quænam est merces prophete siue merces iusti, qui ut propheta ret, siue regnum dei annuntiat, quiq; iustitiam dei custodiret, non patrem aut matrem, non filium aut filiam plus q̄ illos omnes amauit, & tollens crucem suam, Christum secutus est, non timens perdere animam suam propter iustitiā? Quæ (inquam) merces talium, nisi ipsum manifeste uidere Christum? Hoc enim pro summa mercede promisit diligentibus se. Qui diligit me, ait, diligitur à patre meo, & ego diligā eum, & manifestabo ei meipsum. ¶ O igitur receptor prophete, &ceptor iusti, in nomine prophete, in nomine iusti, id est, propter hoc ipsum q; prophetam uel iustum esse animaduertisti, tanta tibi mercede proposita, hilariter age quod agis, bona uolūtate porrige, quod porrigitis, da quod habes, siue paruum, siue multum sit. Non enim perdes mercedem tuam, etiam si non plus q̄ calicem aquæ frigidæ dare possis. Quod si nec illum in tempore possis, saltem uoluntas nō desit, quia pax in terra hominibus bonæ uoluntatis.

Libri VIII. finis.

# RVPERTI ABBA

TIS TVITIENSIS, OPERIS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER IX.

CAP. XI.

Quæstio super  
interrogatione  
Iohannis.



Actus.

Responsio.

**F**ACTVM est, cum consummasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde, ut doceret & prædicaret in ciuitatibus eorū. Iohannes autē cum audisset in uinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Iohannes propheta & plus quam propheta erat, sicut de illo in hac eadem lectione dominus ipse testat̄ est. Quid (inquit) existis uidere? Prophetam: Etiam dico uobis, & plus q̄ prophetam. Quis autē propheta sciuit aut tacuit passurum esse Christum? Omnes sciuerūt, omnes prænuntiauerunt, & hodie legitibus clarum est, scripturas eorū fere per omnem seriē significare salutarium sacrosanctę passionis eius sacramentum. Hinc Petrus in Actibus apostolorū: Deus autem, qui prænuntiavit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, impleuit sic. Istud enim ignorare, illos erat, qui prophetas aut non legerant, aut non intellexerant. Quomodo ergo in propheta, ne dicam plus q̄ prophetam, diceretur aut esse? ¶ Cum per huiusmodi rationē adducti, recte senserimus, quia Iohannes, sicut cetera Christi sacramenta, ita & hoc ipsum sciebat qd interrogabat, restat ut queramus, quid interrogauerit dicēdo, tu es uenturus es, an alium expectam? & qd opus fuerit ut hoc interrogaret missis discipulis duobus.

¶ Sto

Sto hoc interrogauit, utrum ipse esset Messias, id est, Christus, qui utiq; expectabatur uenturus, ita ut mulier quoque Samaritana dixisse legitur: Scio quia Messias uenit, qui dicitur Christus. Cum ergo uerit, ille nobis annuntiabit omnia. ¶ Nec mirum quod hic in una eademq; re circa unam eandemq; personam, presentem simul & futuro tempore usus est, dicendo, tu es qui uenturus es. Nam & turbæ, quas pauerat de quinq; panibus & duobus piscibus, ita dixerunt: Quia hic est uere propheta, qui uenturus est in mundū. Et hic & illic quod dicitur uenturus, id est, ac si diceretur, de quo scripturæ siue prophete testati sunt, quod esses uenturus. Hoc igitur, ut iam dictum est, interrogauit, utrum ipse esset Christus, an alius hoc nomine esset expectandus. ¶ Cum autem hoc interrogauit eum, quem ipsum esse, propter eandem, baptizando, ostendendo, clamauerat: Vtiq; magnam ob causam, quam euangelista non præterit, præmittendo, cum audisset Iohannes in uinculis opera Christi, Quidnam sibi uult dici Iohannis, id est, audisse Iohannem in uinculis opera Christi, & iccirco missis duobus discipulis interrogasse illum interrogatione huiusmodi: Nonne idem Iohannes, ante quam missus fuisset in carcerem, audierat opera Christi, quorum illud pulcherrimum fuit, quod inuitatus ad nuptias, aquam in uinum conuertit? Nonne & uocem audierat patris de cælo super eum dicentis, tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui? Si interrogatio opus erat, cur nō illis prioribus signis commonitus interrogauit? Perpendenda igitur subtilius est causa, quam (ut iam dictum est) euangelista significauit, præmittendo: Iohannes autem cum audisset in uinculis opera Christi, Nimirū hoc uult intelligi, quia cum opera eius uerera essent opera Christi, id est, talia opera, qualia nemo alius facere potuisset, nisi solus ipse Christus filius dei inter ipsa tamen opera, Christum se esse, palam non dicebat, imō & discipulos suos hoc dicere prohibebat. Exempli gratia: Cum interrogasset discipulos suos dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis, ac subinde, in quo mihi bene complacui? Respondente Petro, tu es Christus filius dei uiui, illum quidē beatificauit pro cognitione & confessione ueritatis, sed prohibuit eos dicere in uulgus, sicut protinus referit euangelista: Tunc, inquitens, præcepit discipulis suis, ne cui dicerent, q; ipse esset Christus. ¶ Causam quoq; propter quam istud præcepit, ex his quæ continuo sequuntur, promptū est agnosci. Exinde, inquit euangelista, cepit Iesus ostendere discipulis suis, quia oportere eum ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotum & occidi & tertia die resurgere. Deniq; per occasionem, siue accusationem regij nominis, scilicet Christi, futurum erat ut traderetur gentibus à Iudeis dicentibus: Omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari. Si hunc dimittis, non es amicus Cæsari. Maxime hanc ob causam ita præcepit. ¶ Ergo ne hoc dicimus, quod mortem resurgere uoluerit, & iccirco mortis occasione, scilicet regij nomen tacuerit, & discipulis suis, ut de hoc taceret, præcepit? Nequaquam, sed sicut mortem eius oportebat non multum differri, ita profecto expediebat nō nimis accelerari. Prius oportebat condi euangelium, & tantisperi quantafacta sunt, quorum pars aliqua conscripta, sufficientibus testimonijs probare posset Christianæ fidei sacramentum. Vbi tempus fuit, postq; & docuit, & signa sufficientia fecit, tunc (quod ualde notandū est) non solum neminē prohibuit uerum etiā turbam multā & pueros multos admitti sibi ad publicā acclamationem regij nominis, dicētes: Osanna, benedictus qui uenit in nomine dñi, benedictum qd uenit regnum patris nostri David, benedictus qui uenit rex in nomine dñi, pax in cælo & gloria in excelsis. ¶ Demonstratū est, quia dñs non steter ante tempus suæ passionis, licet filiū dei se esse edixerit, & operibus cōprobauerit: tamen regij nomen, qd est Christus, quia nimis inuidiosum foret, nō solis Iudæis uerum etiā Romanæ potestati, & ipse tacuit, & discipulis suis ut de hoc taceret præcepit. Hoc iccirco demōstrauimus, ut cōsequenter elucescat, qualis esse potuerit sollicitudo Iohannis, qui cum audisset in uinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? ¶ Qualis ergo sollicitudo eius fuit? Pro qua re sollicitus fuit? Auribus nostris audiuius, audiendo experti sumus, etiā adhuc dicere Iudæos aduersarios nominis huius. Vos dicitis, discipuli eius dixerūt, ipse tamē nō dixit, quod ipse esset Christus, quod ipse esset Messias quē nos expectamus. Putas ne quod & discipuli eius dē Iohannis, qui æmulantes pro magistro suo, nonnunq; talia loquebātur: quale est illud: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonij perhibuisti, ecce hic baptizat, & oēs ueniunt ad eum, putas ne, in quā, quod aliquando etiam istud dixerint: Rabbi, tu illū Christū esse dixisti, ipse autē Christū se esse, nō dicit: Volens igitur ipsius ex ore audita esse, quod Christus ipse esset, & sciens, quia ille fidelis permanet, negare seipsum nō potest, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? ¶ Et respondens Iesus, ait illis: Euntes, renuntiate Iohanni, quæ audistis & uidistis: Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem ab eumisibus, cepit Iesus dicere ad turbas de Iohanne: Quid existis in desertum uidere? Narundinem uento agitatum? Sed quid existis uidere? hominem mollius uestitum?

Iohan. 4  
Tu es qui uenturus es.

Iohan. 6

Causa, cur sic interrogauit Iohānes.

Iohan. 2  
Matth. 3

Matth. 15  
Lucæ 9

Iohan. 19

Matth. 23  
Marci 11  
Lucæ 19

Qualis fuit sollicitudo Iohannis.

Iohan. 2

2. Timot. 3

Malach. 3. Ecce dico uobis & plus quam prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit uiam tuam ante te. Diligenter animaduerte, dilector siue auditor, qualis, quam rei uel temporis congrua fuerit responsio hęc. Denique in Malachia, ubi scriptum est illud quod edixit: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit uiam tuam ante te, continuo sequitur: Et statim ueniet ad templum sanctum suum dominator, quem uos quæritis, & angelus testamenti quem uos uultis. Ecce uenit, dicit dominus exercituum. ¶ Forte optares, si tu quicumque es discipulus Iohannis, discipulus gratiæ domini, necdum tamen perfectus ad cognoscendum, in quo sit constans illud quod habes in psalmo toties decantatum: Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum: optares, inquam, ut ad interrogationem istam, tu es qui uenturus es, an alium expectamus, responderet, ego sum, nec alius est expectandus. Effet quippe responsio hęc eloquium castum, argentum uerum: sed apud homines non uideretur eloquium castum, non æstimaretur argentum igne examinatum: quippe quorum iudicatio tam est iniqua, ut ipse sciens & prouidens diceret, maxime pro sua persona: Amen dico uobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Sapiens igitur & ipsa sapientia, inde protulit suæ responsionis eloquium castum, ubi nihil est dictum uel scriptum quod non sit argentum igne examinatum, nec audeat dicere quisquam, nisi impius, quod non sit irrefragabiliter uerum. ¶ Nunc igitur quoniam & nos discipuli sumus gratiæ domini, & dominus Iesus ad turbas loquitur de Iohanne, syllogismum amabilem perficiamus. Proponit ipse Christus: Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit uiam tuam ante faciem tuam. Assumamus nos: Sequitur autem protinus in eodem propheta: Et statim ueniet ad templum sanctum suum dominator, quem uos quæritis, & angelus testamenti quem uos uultis. Concludant omnes turbę Christianorum: Igitur iam non est expectandus alius, certissime enim iam uenit, qui expectabatur uenturus dominator quem uos quærebatis & serui domini angelus testamenti quem uolebatis & uos quibus & testamentum creditum fuit & promissio, eius spem in testamēto ipso iste magni cōsiliij angelus cōfirmauit. Iam, inquam, uenit, statim quippe illum secundum ueritatem scripturę uenire oportuit, ubi missus est iste angelus ad hoc destinatus, ut pararet uiam ante faciem eius. ¶ Si autem de facie dominatoris huius dubitatis & dicitis, ubi est ille uel quis est ille qui iam uenit, si uobis nō sufficit index digitus dicētis: Ecce agnus dei, accipite aliud testimonium, quod huic testimonio scripturę præmissi: Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizant. Hoc testimonium operum, quæ utiq; sunt opera Christi, quæ Iohannes in uinculis audiuit, quæ nemo alius nisi Christus facere potuit. Hoc, inquam, testimonium cum illo testimonio scripturę collatum, ad quod misit nos dicendo de Iohanne: Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, non sinit ignorare, nisi eum, qui uult istum Iesum a Nazareth, qui putabatur filius Ioseph, illum esse dominatorem & angelum testamenti quem quærebatis, quem uolebatis. ¶ Hoc plane Iohannes quondam nesciebat, uel dicit quis homo, quali facie uel habitu inter homines ambularet, apud quos siue inter quos nutritus esset is qui rex Christus dici uel esse deberet, à quo mundum uniuersum & ipsum Iohannem baptizari oporteret. Sciebat tanquam propheta quod iam uenisset, sed nesciebat quis nam, ubi nam ille esset, prius quam spiritus sanctus demonstraret eum, descendens sicut columba, & manens super eum. Hinc ipse dicebat: Et ego nesciebam eum, sed ut manifestaretur in Israël, propterea ueni ego in aqua baptizans. Item: Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. ¶ Hoc nimirum pro synceritate testimonium sui dixit, uolens scire auditores, quod non pro fauore humano testimonium illi perhiberet, testimonium esse designans eum, qui in testificando non personam attendit, sed causam, ut ipse, qui in testimonio suo, cum sciret causam, nondum sciebat personam. Hoc, inquam, nesciebat, & salua prophetiæ gratiæ magnitudine, nescire poterat quis homo, quali facie uel habitu esset Messias, id est, Christus, quem uenisse constabat. Sic Samuel sciebat quid de filiis Isai electum iam esset regem, locuto ad se domino, prouidi enim mihi in filijs eius regem, sed quis filiorum eius esset dei electus, nesciebat intantum ut diceret uiso Hebraicis: Num coram domino est Christus eius: Similiter in ceteris filijs ita suum executus est officium, & domini expectauit indicium, ut cum tandem ungeret Dauid, reuera dicere posset, & ego nesciebam eum. ¶ Ecce quod quærebatur Iohannes interrogando dicens, tu es qui uenturus es. Hoc enim ille fidelis amicus quærebatur, hoc intendebatur, ut non contentus filius dei testimonio Iohannis, maiori testimonio manifestaret se, testimonio dei patris sui, quem admodum apud alium Euangelistam ipse dicit Iudæis: Vos misistis ad Iohannem, & ille testimonium perhibuit ueritati. Ego autem ab homine testimonium non accipio. Item: Ego autem habeo te,

Deo testimonium maius Iohanne. Opera enim, quæ dedit mihi pater ut perficam ea, ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater me misit. Et cætera usq; scripturamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habere, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Quæ nam sunt opera quæ dedit pater in testimonium huic filio suo Iesu Christo, nisi ista quæ nunc dicit, cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur? Et quæ uel quales sunt scripturæ, quas scrutari præcipiens, & illæ sunt, inquiens, quæ testimonium perhibent de me: nisi quales hic degustare potes in isto capitulo? Hic est enim de quo scriptum est, ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit uiam tuam ante te: si tamen se quæntia perlegas. ¶ Ecce igitur, quod cupiebat Iohannes ex ore ipsius auditum esse testimonium maius Iohanne, imò testimonia, de quibus recte dixerit Psalmista: Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Sunt enim duo testimonia hic, alterum mirandorum operum, alterum in declaratione scripturarum. Vere mirabilia testimonia hęc, & ideo scrutari ea debet anima nostra. ¶ Primum ita scrutandi est, ut nō solummodo respiciamus cæcos illos, qui tunc corporaliter illuminati uiderunt, claudos illos qui tunc corporaliter ambulauerunt, leprosos illos qui tunc corporaliter mundati sunt, surdos illos qui tunc corporaliter audierunt, mortuos illos qui tunc in corpore resurrexerunt, ibi namq; nō perfectio sed initium erat operum quæ dedit mihi pater, ait, ut perficam ea. Vbi ergo uel quādo perfecit ea? Nimirum in morte & resurrectione sua, quando mortem nostrā moriendo deuicit, & uitā resurgendo reparauit, ita ut iam nō moriatur, mors illi ultra nō dominetur, quod & de nobis nō incerti speramus. Et nūc dato spiritu sancto proficit opera ista, quia uere cæci uident, claudi ambulant, qui nimirum cæci, qui claudi, qui leprosi, qui surdi, qui mortui, qui pauperes nos eramus, & hoc nobis multum debet ualere ad testimonium huius respondentis pro se, quia per fidem eius uidemus, ambulamus, uel dati sumus, audimus, à morte peccati innumerabiles secundum exemplum Marię resurreximus & ita euangelizati sumus, ut qui pauperes eramus, diuites in uerbo & scientia facti sumus. Prout potuit animus fidelis, limare atq; polire conatus est aurum loci præsentis, quatenus & intentionem Iohannis interrogantis, & maiestatem Christi ad interrogata respondentis, ex uerbis ipsis dilector siue auditor, splendidius apparentē agnoscere possis. ¶ Nunc illud non præterire libet, quia testimonium testi suo Iohanni pulchra uicissitudine reddens iste testis fidelis, ualde congruum secundum rem ipsam initium sumpsit. Quid, inquit, existis in deserto uidere? Sciedum quippe, quia cum diceret, tunc neq; Iohannes in deserto, sed in carcere erat, neq; Christus ipse in deserto, sed in qualibet ciuitate loquebatur ad turbas, de Iohanne. Sic enim præmissum est, quia præcipiens apostolis suis duodecim, transiit ut doceret & prædicaret in ciuitatibus eorū. Ergo ad illum exitū turbas respexit, & illius exitus turbas memores esse uoluit, de quo Marcus ita præscribens, initium sancti euangelij Iesu Christi filij dei, statim subiunxit. Sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit uiam tuam, Vox clamantis in deserto, parate uiam dñi, rectas facite semitas eius. Fuit Iohannes in deserto baptizans & prædicans baptismi poenitentię, in remissionem peccatorum. Et egrediebantur ad illum omnis Iudææ regio, & Hierosolymitæ uniuersi, & baptizabantur ab illo in Iordane flumine, cōfidentes peccata sua. Memorabiles illos exitus turbas ipsa Iohannis uerba nobis fecerunt: inter quæ illud maximum fuit, quod existimante populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de eo, ne forte ipse esset Christus, confessus est & non negauit, & cōfessus est quia nō sum ego Christus. Propterea testis iste fidelis, qui testimonium reddidit, uisus est omnibus in die iudicij, & pro merito suo singulis: harundinē, inquit, uerō agitatum existis uidere? Nō utiq; quia nō flexus est, non inani glorię cessit, & pro nihilo habuit popularē auram siue uentum tantæ existimationis. ¶ Aliud fuit, quod hominibus placere nō curans, ipsum Herodem arguit, non licet, inquiens, tibi habere uxore fratris tui. Propterea subiunxit: Sed quid existis uidere? Hominē mollibus uestiti? Non utiq; quia ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt: Iohannes autem non in domo, sed in carcere regis est. Homines mollibus uestiti, id est, adulatores, qui regum suorum adulantur peccatis, tractabiles atq; suaues dominatoribus tanquam beneficijs, cum sint iniqui, sicut Herodes patrator adulteri, ecce in domibus cōuiuij circa latera regalia comedunt & bibunt. Iohannes autem spinosus, & aspero uestitu armatus, ita ut palpari non possit, iuxta illud: Verba sapientium, quasi stimuli, & quasi clauis, in altum defixi. hic talis extra conuiuium in carcere clausus est: nec aliter admittitur in illas domos regum, nisi ita, ut afferatur caput eius in disco, saltatricis præmium, saltationis prætium. ¶ Duæ istæ interrogationes, quibus singulis sine dubio subiungitur, non audirent attentum fecerunt ad interrogationem tertiam, cui ipse qui interrogat subiungit hoc etiam modo: Sed quid existis uidere? Prophetam? Etiam dico uobis, & plus quam prophetam. Et ita esse, ratione subiuncta protinus probat. Hic est enim, ait, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit uiam tuam ante te. Attentis namq;

Iohan. 5. Iohan. 4. Roma. 6. Lucæ 7. i. Cor. 1. Apocal. 1. Marc. 1. Esaiæ 40. Iohan. 1. Matth. 12. Marc. 6. Eccl. 12. Iohannes propheta & plus q; propheta. Malach. 3.



nancq; auribus hic opus erat, ut audito hoc scripto, non solæ quæ tunc præsentés aderant turbæ, uerum etiam omnes populi siue gentes quæ hoc erant audituræ, oculos aperirer, circumspicerent, & perlegendò sequètia capituli huius quorum supra iam meminimus, scirent quid uel quatum esset responsum ad intentionem interrogationis huius, tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Et quid uel quantum hoc est? Nimirum hoc tale uel tantum est, ac si diceret Iohannes ante faciem meâ officii angeli, qd uidelicet officium angeli, quantum distet ab officio prophetæ, debet scriba doctus quærere & proferre de scripturis sanctis. Quibus requisitis, audire & dicere poterit. ¶ Angelorum officium est, non solum res uenturas siue iam instantes pronuntiare, uerum etiam ad certas mitti personas, per quas oporteat administrari res ipsas, & eorum corda præparare colloquij sui præparatione, qui digni sint operatione diuinitatis, quam oportet fidem, per quam iustus uiuit familiariter peruenire. In hoc officio primi, post uerbum promissionis, fuerunt illi tres angeli, qui apparetés Abraham in figura sanctæ trinitatis, hospitio eius fuerunt recepti, loquente in ipsis domino, ac dicente: Reuertens ueni- am ad te tempore isto, uita comite, & habebit filium Sara uxor tua. Nouissimus angelorum, qui eiusdem promissionis administratorij fuerit, Gabriel ad Mariam missus est uirginem, ut præparabilem eius mentem præpararet annuntiatione ista: Ecce concipies & paries filium. ¶ Porro prophetarum officium fuit, promissionem eandem siue aduentum eius, absq; certis pronuntiare personis, Exempli gratia: Audite ergo, ait Esaias, domus David: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel. Neq; iste, neq; quicumq; alius propheta- rum, ad certam aliquam personam missus est, ut tale quid euangelizaret, nisi iste plus quam propheta Iohannes, qui ad hoc missus est, ut præsentem Christum hominibus digito demon- strans, uiam ante faciem eius ipsa demonstratione præpararet. Pro hac excellentia Iohannes, plus quam propheta, & angelus est. Vnde adhuc testis iste fidelis, Iesus Christus, clarissima testificatione intonat. Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptista. Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo. ¶ Nota & orbi uniuerso cele- bris atque clarissima sententiâ hæc, hoc solo indiget, ut intentio quoq; tanti testimonij nota sit, id est, ut sciatur, quæ causa fuerit, ut eo potissimum loco uel tempore de præcuratore suo domi- nus testimonium proferret tantæ magnitudinis. ¶ Quam ergo putamus fuisse causam, nisi ma- gnâ humilitatem beatissimi Iohannis? Ille namq; plus quam propheta, sciens sese nō esse ser- uandum tempori illi, quo palam prædicari deberet mysterium sacrosanctæ incarnationis Ie- su Christi filij dei, hoc ipsum ascribebat suæ indignitati, ita ut diceret, prius quam in carcerem missus fuisset. Qui post me uenturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceameta por- tare. Nonne hoc ipsum dicebat apud se quando tenebatur in uinculis occidendus, & sic ad tē- pus illud non peruenturus? Nimirum fidelis amicus sponsi, beatus & omni honore dignos existimabat illos, quibus contingeret calceamenta illa portare, id est, incarnationis illius my- sterium tempore oportuno palam omni mūdo prædicare, licet nullus ad plenum, sicuti est, tantæ rei sacramentum potuerit aut possit euoluere; seipsum autem illis beatis longe impar- em, longe minorem, propter hoc ipsum, quia morte præueniente futurum erat, ut non posset illa calceamenta portantium, hoc euangelium prædicantium, socius aut uiator existere. Con- solatur igitur illum existimare consolatione magnificentie huius, quia profecto, si non inter- natos mulierum, nec inter apostolos siue euangelistas, qui utiq; nati mulierum sunt, surrexit quisquam maior Iohanne Baptista. ¶ Quis tandem ille est minor in regno cœlorum, qui maior est illo? Putas ne angelus minoris meriti, quo omnes angeli, quantumcumq; diuersi sint meriti aut ordinis, maiores sunt eo, quod ille minimi sit meriti? Sed illum nescimus, quis sit. Neq; em̄ scriptura de eiusmodi quicumque nobis annuntiauit. Nunquid uero regnum cœlorum de so- lis angelis, & non etiam de hominibus consistit? Solet etiam regnum cœlorum ecclesia præ- sens intelligi, ut illic: Mittere filius hominis angelos suos, & colligat de regno eius omnia scan- dala. Neq; enim in illa ecclesia celesti scandala erunt, quæ possint auferri. Ergo ne quisquis in isto regno cœlorum minimus, uel minimi est meriti, maior Iohanne erit? Nimirum iuxta hunc sensum contraria sententiâ obueniet, ut conueter dicatur inter natos mulierum non surrexit minor Iohanne Baptista. Quæ rē dū est igitur ille minor in regno cœlorum, quis sit, & cito inuenitur, quia in ueritate ipse est qui hæc loquitur, Christus Iesus filius dei, minor uel minimus omnium nostrum, minor cunctis paruulis, humilior humilibus cunctis, miro mo- do ministras ut minimus, regnans ut maximus, quemadmodū dicit: Qui maior est uestrum, erit minister uester. Item: Nam quis maior est, qui recumbit, aut qui ministrat? Nonne qui re- cumbit? Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Et ego dispono uobis, sicut di- sposuit mihi pater meus, regnum, ea uidelicet dispositione, ut ibi tanto quisq; sit maior, quan- to apud se est minor, id est, humilior. ¶ Diceret aliquis: Vbi est illud regnum? Aut quando ue- niet illud regnum cœlorum? Ait ergo, La diebus autem Iohannis regnum cœlorum uim pa- titur, & uiolenti rapiunt illud. ¶ Apud alium euangelistâ interrogatus idem dominus a pha- risæis,

Angelorum officium.

Gene. 15. 17 Ibidem. 18

Lucæ 1. Prophetarum officium. Esaiæ 7.

Magna humilitas Iohannis.

Matth. 3.

Matth. 13.

Ille minor in regno cœlorum Christus est.

Matth. 20. Lucæ 22.

risæis, quando uenit regnum dei, dixit eis: Non uenit regnum dei cum obseruatione, neq; di- cent, ecce hic aut ecce illic. Ecce em̄ regnū dei intra uos est. Plus aliquid hic dixit, attamen ad idem respicit. Cum enim prædicaret dicens: Pœnitentiã agite, appropinquet enim regnū cœlorum, profecto nescientes mysterium regni dei, sæpe quærebant, sapius inter se confere- bant, ubi nam esset aut quādo ueniret illud regnum dei. ¶ Proinde ipse uolens eos scire, quia regnum dei præsentia esset aduentus ipsius regis Christi, & quod in illud regnum introire, hoc esset pœnitentiã agere secundum prædicationem uel testimonium Iohannis Baptistæ & illic interrogatus a pharisæis, dixit: Ecce enim regnū dei intra uos est, & hic cogitationibus turbatum respondens, a diebus autem, inquit, Iohannis Baptistæ regnum cœlorum uim pati- tur, & uiolenti rapiunt illud. Ac si diceret: Non sicut olim, ita & nunc, regnum dei siue regnū cœlorum de longinquo uenturū expectatur, sed iam uenit, iam intra uos est, ita ut apprehēdi possit, iamq; manu apprehēditur, manu rapitur, uim patiens a uiolētis, id est, a peccatoribus pœnitentibus, & hoc a diebus Iohannis Baptistæ, nam ante illum non ita erat, Ante eius dies prænuntiabatur, & nondum uenerat. Hoc est quod continuo sequitur. Omnes enim pro- phetæ, & lex usq; ad Iohannem prophetauerunt. Et si uultis recipere, ipse est Helias qui uen- turus est. Qui habet aures audiendi, audiat. ¶ Prophetauerunt, id est, uenturum fore Christū, prænuntiauerunt. Iohannes autem post omnes illos ueniens, non prophetat, ut illi, aut præ- nuntiat, sed digito demonstrat. Statim ut ille uenit, uenisse constat regnum dei, secundum su- pra memoratam propheticam ueritatē, ubi præmissio ecce ego mitto angelum meum, & præ- parabit uiam ante faciem tuam, continuo sequitur, & statim ueniet ad templū sanctum suum dominator, quem uos queritis, & angelus testamenti, quem uos uultis. ¶ Itaq; sicut iam dictū est, omnes prophetæ & lex usq; ad Iohannem prophetauerunt, subauditur de primo aduentu Christi siue regni dei, a diebus autem eius usq; nunc, id est, q̄ diu dicitur nūc, siue, ut Aposto- lus dicit, dum dicitur, hodie si uocem eius audieritis, scilicet ab illis diebus Iohannis usque ad consummationem seculi, iam non prophetatur aut non prænuntiat, sed præsens adest reg- num dei, & uiolenti scilicet peccatores, qui propter peccata sua nihil iuris haberēt in regno dei, fortis facti per spiritum humilitatis, qua Moyses homo mortalis uolentem irasci deum, te- nere potuit: rapiunt regnum dei pie uiolenti, & ipsum regnum dei uim patitur, & non quo- modocunq;, sed libenter patitur uim eiusmodi, & hoc fit usq; nunc, id est, usq; ad consumma- tionem seculi. Ita se habet res a diebus Iohannis. ¶ Et si uultis, ait, recipere, si uultis scripturam siue prophetiâ spiritualem spiritualiter intelligere, dicentē: Ecce ego mitto uobis Heliam pro- phetam ante quam ueniat dies domini magnus et horribilis, & cōuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorū, ne forte ueniam & percutiam terram anathemate. Si, inquam, uultis recipere, ipse est Helias qui uenturus est, id est, de quo legitis quia uenturus est. Helias utiq; non proprietate personæ, sed spiritu & uirtute. Magnum sacramentum, magnum my- sterium. Propterea dicit: Qui habet aures audiēdi, audiat. ¶ Hic iam forte quærat aliquis, qui- cunq; est ille qui audiuit. Et si in cæteris Iohannes spiritum & uirtutem Helis habuit, nonne multum dissimilis uenit illi, saltem in zeli magnitudine? Helias namq; zelo zelatus sum, ait pro domino deo exercituum, interfecerat enim gladio prophetas Baal, quadringentos & quin- quaginta uiros, & ita non solum uerbo redarguit, uerum etiam ferro persecutus est impieta- tem regis Achab, & uxoris eius Iezabel. Iohannes nihil tale fecit. Nam uere quidem sicut de Helia dictum est, ita & de Iohanne dicere conuenit, quia surrexit sicut ignis, & uerbum ipsius quasi facula ardebat. Verbi gratia, ut diceret: Genimina uiperarum, quis ostendit uobis fuge- re a uentura ira, facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, iam enim securis ad radicem arborū posita est, & his familiaris sed neq; securi neque gladio materiali quencumq; percussit, imō ipse gladio caput amittit in carcere Herodis & Herodiadis. Helias autem furorem Achab & minas Iezabel curru igneo subleuatus euasit. Nonne ergo uel in hoc magna est dissimilitudo isto- rum scilicet Helis & Iohannis? ¶ Ad hæc ut breuiter respondeam, dicendum in primis, quia si- cut dominus noster hic elocutus est, dicens: Omnes enim prophetæ & lex usq; ad Iohannem prophetauerunt, subauditur Christi aduentum, iam uero non est prophetandum, quia uenit quem prophetabant uenturum ita ueraciter dicas, quia non solus Helias, sed & omnes sancti & iusti usq; ad Iohannem, recte & necessario sese gladijs accinxerunt, in gladio percusserunt, & sicut ante nos dictum est, uerberauerunt tyrannos, sacrilegos interfecerunt. A diebus au- tem Iohannis, nec ipsi Iohāni, nec alicui uiro spiritualis propositi cōceditur euaginare gladi- um. Sed cōuerte, ait dñs, gladium tuum in locum suum, & qd uni Petro dixit, omnibus dicit, satis est, finite usq; adhuc. Et est sensus: ut oēs expectatores regni dei, quoniam nō dum uenerat materialibus uerentur gladijs ob defensionē generis sui, cuius de carne iuxta promissionem oportebat uenire regnū dei: quod uidelicet genus eorū, si, ut uole- bat diabolus, fuisset a genibus extirpatū, nō esset unde impleant promissiones: sicut succisa arbore unde fructum speres. Itaq; usq; huc, ait, subauditur, gladij necessarij fuerūt, iam finite,

Lucæ 17

Matth. 4

Regnū dei intra uos est.

Malach. 3

Regnū cœlorum uim patitur. Hebræo. 4.

Exodi. 32

Malach. 4

Quæstio. 3. Reg. 19

Ecc. 48. Matth. 3

Marci 6. 4. Reg. 2

Responso de ulu gladij.

Matth. 26. Lucæ 22

Lego. Huc. Addo. fuit.

fatis

fatis est. Igitur partem istam spiritus Helic, quæ est zelo bono in gladio percutere, non requiritur in Iohanne, imò gaudemus in eo defuisse: quia temporis alterius, Iohannes initium fuit, ita ut tempus superius respiciens, recte dicas pro causa quam dixit: Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus belli, & tempus pacis. Hactenus iuxta intentionem interrogantis Iohannis respondens summa sapientia peroravit, & responsio eius per istam uiam, qua gradimur, lucem sparfit, ut uideamus, & non ignoremus illud, quod Iohannes discipulos suos scire uoluit, mittens illos ad interrogandum, tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Tandem opere pretium est scire conclusionem huiusce orationis, qualis sit. Ait. **L** Cui autem simile existimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coram qualibus dicunt: Cecinimus uobis, & non saltastis, lamentauimus, & non planxistis. Venit enim Iohannes, neq; manducans neq; bibens, & dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis, manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo uorax & potator uini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filijs suis. **S**ensus iste est: Dixi uobis de Iohanne, quia angelus, quia Helias est, angelus non societate nature, sed officij dignitate. Helias non proprietate persone, sed spiritu & uirtute. Et si habetis aures audiendi, consequenter audire & intelligere debuitis, quia ego sum dominator quem uos queritis, & angelus testamēti quem uos uultis, & nunc ueni pro salute generis humani, antequam ueniet dies meus, dies iudicij magna & horribilis. Vos autem neq; præcursionem eius neq; aduentum meum suscipere parati estis, aut parari uultis, contra uosmetipsos diuisi, & imparati sitis finis utriusq; probabit, finis meus finis Iohannis. **C**ui ergo simile dicam generationem istam: cuius tempore & Iohanne quasi angelus præuenit, & ego dominator statim ueni, triginta annos & paulo plus uobiscum morati, qui sunt dies unius generationis? Similis est pueris sedentibus in foro, & cetera. Quam boni pueri, qui dicunt, cantauimus, lamentauimus: quam mali & quam stulti pueri, quibus dicunt, non saltastis, non planxistis. **P**uerorum cantantiū primus & præceptor optimus erat ipse dominus noster Iesus Christus, de quo deus pater in Esaiâ loquitur: Ecce puer meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit ualde. Et alibi puer idem ipse dicit: Ecce ego & pueri quos mihi de dit deus. Huiusmodi puerorum cantatio fuit, quam puer iste primus sic incepit, ut cum publicanis & peccatoribus manducaret, quatenus per hanc benignissimam condescensionem beneuoli redderentur ad audiendum bonum nūtiū, scilicet parati sibi esse remissionem peccatorum. Ad huiusmodi cantationem Iudæi non saltauerunt, non exultauerunt, non in bonis operibus sese excitauerunt, imò cātanti huic & pueris eius, scilicet Apostolis, inuiderunt, & ipsum maxime blasphemauerunt. Propterea dicit: Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo uorans, & potator uini, publicanorum & peccatorum amicus. **P**uerorum lamentantiū primus uel maximus erat Iohannes, qui peccatis arguens asperissimis: Genimina, inquit, uiperarum quis ostendit uobis fugere à uentura ira. Erat autem uestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius, & locustas & mel syluestre edebat. **H**oc totum lamentatio erat. Ad huiusmodi lamentationem non planxerunt quia poenitentiam non egerunt, imò & uelut insanum detestati sunt. Propterea dicit: Venit Iohannes neq; manducans, neq; bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Nonne ergo inexcusabilis est generatio hæc? Plane inexcusabilis, ut stulti pueri, Deus autem uel sapientia dei non est unde arguatur, ita ut constanter dicere possit, Quid ultra debui facere tibi & nō feci? Propterea dicit: Et iustificata est sapientia à filijs hominis. Iustificata ueraciter iustificatione illa, quam Psalmista desiderans dicebat: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Vere magna & gloriosa iustificatio, cuius Apostolus hoc modo meminit: Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Est autem deus uerax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, ut iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris. Poterat ergo dicere sic, & iustificatus est in sermonibus suis deus, fideliter adimplēdo, quod patribus promisit, proximus factus per assumptionē carnis generationi huic ingratae & mendacis: sed quia de pueris similitudinem proposuerat, dicit maluit & iustificata est sapientia à filijs suis: quia uidelicet pueri qui dicunt, cantauimus, lamentauimus, ipsi sunt filij sapientiae, & ipsorum cantare siue lamentari est, iustificari, laudare & glorificare sapientiam dei, cuius summum opus est incarnatio siue aduentus filij dei. **T**unc cepit Iesus exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes, quia non egissent poenitentiam. **V**æ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida. Quia si in Tyro & Sydone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. Veruntamen dico uobis, Tyro & Sydoni, remissus erit in die iudicij quàm uobis. Et tu Capharnaum, nunquid usque in cælum exaltaberis? Usque in infernum descendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem. Veruntamen dico uobis, quod terra Sodomorum remissus erit in die iudicij quàm tibi. **M**iro modo post illam sententiam, quam dixit, & iustificata est sapientia à filijs suis, ita subiunctum est, tunc cepit Iesus exprobrare

brare ciuitatibus illis. **¶** Nam uere capitulum hoc magnum est, & à sanctis patribus scrupulose tractatum, qui utique sapientia: filij, sapientiam eandem in omnibus iustificare studuerunt. Ecce enim quasi oppositum. Si, inquit, in Tyro & Sydone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. Si in Sodomis factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in te & Capharnaum forte mansissent usque in hanc diem. Cur ergo illuc uel illuc prædicatores non misit. Cur uirtutes, quatenus fierent in eis, non procurauit? Itaque consequens uisum est, quod illos saluos fieri noluerit: & deficiente ratione hoc solum sufficere nobis uoluerunt, quia cuncta dei iudicia iusta sunt, & quia nemo potest uniuersum eorum iudicium dei penetrare profundum. **¶** Sed nos excitati quorundam modernorum importunitate, qui sentire nisi sunt contra illam Apostoli sententiam: Qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionē ueritatis uenire: anima duerimus, non consequi, quod illos deus saluos fieri noluerit, scilicet Tyrios & Sydonios atque Sodomitas, per quas ad poenitentiam agendam excitarerunt, non procurauit. Hoc potius consequenter intelligi debet, quod de illorum poenitentia non curauit. Nunquid enim quæuis poenitentia curæ esse debet deo altissimo? Non utique, sed poenitentia illa quæ est secundum deum, qualem tunc ipse prædicare incipiebat, dicens: Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. **¶** Est autem alia poenitentia secundum seculum, qualem agere potuit impius Achab, scindens uestem suam, & operiens cilicio carnem suam, ieiunansq; & dormiens in sacco & ambulans demisso capite propter sermones Helicæ quos dixerat, si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum uolucres cæli. Nunquid iste poenitentiam egit propter regnum cælorum? Non utique, sed propter regnum terrenum, propter uitam præsentem, & ne inpulsum proijceretur contra honorem regium. **¶** Similiter Niniuicæ nunquid poenitentiam egerunt propter regnum cælorum? Non utique, sed propter hoc tantum, ne subuerteretur illa Niniuæ. Nunquid uero poenitentiam pro causa huiusmodi agere, id est, quod saluum fieri, uel saluum esse? Illa nanque poenitentia salutem affert quæ secundum deum est, quæ pro spe agitur seculi uenturi, pro metu gehennæ, pro amore uitæ æternæ. **¶** Vnde diligenter notandum, quia non dixit, si in Tyro & Sydone, si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, salui fuissent: sed olim, ait, in cilicio & cinere poenitentiam egissent, & forte mansissent usque in hanc diem, quorum neutrum idem est ac si diceret, salui fuissent. **V**t igitur in isto non solum fideliter, uerum etiam scienter iustificata sit sapientia à filijs suis, querenda erat diligentius intentio presentis capituli, & deo dante, citius occurrat. **¶** Intendit enim demonstrare dicendo hæc dominus noster. Iudæos cunctis gentibus, scilicet & temporale excidium loci uel gentis, quod futurum erat, & factū est à Romanis: & æternam penam gehennæ ignis, quæ in die iudicij parata est diabolo & angelis eius, & hominibus impijs. Cum utrunque prædicaret Iudæis, poenitentiam non egerunt. Vnum uerbum si fuisset prædicatum Sodomitis, Tyris, ac Sydonijs, cum testimonio tatarum uirtutum, scilicet temporale exterminium, quod passuri erant, poenitentiam egissent sicut & prophetis dominus dicere solebat. Exempli gratia: Et si ad illos mitterem te ipsi audirent te, domus autem Israël nolunt audire te, quia nolunt audire me. Et hoc in Niniuicis probatū est. **¶** Porro alterum, si tunc prædicatum illis fuisset regnum dei, non credidissent neque poenitentiam egissent. Vnde nec fuisset salui, & iccirco prædicatores eis mittere non curauit. His dictis pro quaestione difficili, nunc ipsa scrutemur uerba presentis capituli. **¶** Væ tibi, inquit, Corozaim, uæ tibi Bethsaida. Quoniam Corozaim interpretatur hoc mysterium meum, pulchre per hoc ipsum uocabulum commonemur, in his uerbis sensum sequi mysticam, incipientes ab interpretatione nominum. Corozaim ergo, cui uel interpretatur, ut iam dictum est, hoc mysterium meum, generationis illius, contra quam maxime loquitur, significat superbiam, siue sapientiam uanam, cui dum absconduntur hæc, ut postmodum dicitur est, nimirum quoddammodo dicitur hoc mysterium meum uobis absconditum, non uobis, sed paruulis reuelandum. Bethsaida, cui similiter uel interpretatur domus frugum, siue domus uenatorum, & illorum significat auaritiam, quos eniciens, scriptum est, ait, domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam latronum. Capharnaum, cuius exaltationem percutiens: Descendens, ait, usque in infernum, interpretatur uilla consolationis: & eos omnes denotat, qui ab isto seculo capiunt consolationem. Exempli gratia, ut ille diues, qui dicebat animæ suæ, anima habes multa bona posita in annos plurimos, re quiesce, come de, bibe, epulare, & his dictis quasi exaltatus in cælum, eadem nocte descendit usque in infernum. Talium quales istis tribus nominibus denotantur, notissimi generationis illius pueri fuerunt, quia non per ignorantiam, sed per superbiam & per inuidiam saltare noluerunt, & propter auaritiam plangere noluerunt ad euangelicæ prædicationis cantum siue lamentum. **¶** Et contra gentes, quæ ignorabant & errabant & audito euangelio uisig; uirtutibus credituræ erant, per hæc

Eccl. 1  
Pueri stulti, Iudæi.  
Puerorum cantantiū primus, Christus.  
Esaiæ 52  
Esaiæ 5  
Lege uorax.  
Luce 3  
Matth. 3  
Psal. 50  
Roma. 3  
Psal. 94

Locus diffilis.  
Roma. 11  
1 Timot. 3  
Addo x dñi in eis fieri uirtutes.  
Matth. 4  
Reg. 21  
Iudæi cunctis gentibus deteriora.  
Ezech. 3  
Iona 3  
Corozaim  
Bethsaida.  
Matth. 21  
Iohan. 2  
Capharnaū  
Luce 13

nomina mystice designantur, Tyrus, Sydonem & Sodomam. Tyrus namque angustia, Sydon uenatio, Sodomam muta siue silens pecus interpretatur. Talis erat gentilitas. Erat enim angustia, uidelicet, sicut Tyrus mari, ita profundo ignorantia circumdata. Erat uenatio, scilicet malignorum spirituum, quasi deorum, ut putabat, laqueis irretita. Erat muta uel quasi pecus silens, quia sola quae carnis sunt sapiens, ea quae sunt spiritus, cogitare aut loqui nesciebat. ¶ Talium ante aduentum Christi nonnulli, scilicet Niniuita, poenitentiam egerunt pro solo metu temporalis exterminij; post aduentum uero eiusdem Christi, quam multae gentes pro solo auditu iudicij uel seculi uenturi, iudicis in incredulitate perseuerantibus, cum utrunque (ut supra iam dictum est) praedicatum fuisset eis. In his & in caeteris huiusmodi iudicij iustificatur sapientia a filiis suis, & non a semetipsis, sed ex reuelatione supernae gratiae hoc habent, ut eam iustificare norint. Vnde protinus euangelista subiungit: In illo tempore respondens Iesus dixit: Confiteor tibi pater domine caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniam scit fuit placitum ante te. ¶ Ad ea, quae sibi in scripturis dici nouerat, qualium unum est illud, quod supra demonstrauit, ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit uiam tuam ante te: respicebat ut diceret: Confiteor tibi pater domine caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et iccirco pulcherrime atque sanctissime dictum est, in illo tempore respondens Iesus. De his maxime scripturarum uocibus, quae ex persona patris ad filium uel de filio proferuntur, illud sciendum, quia tanta tamque gloriosa continent sacramenta, ut pro ipsis confessione, id est, laudatione, merito respondere debuissent ipse filius. Exempli gratia, ut est illud: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Huic dicto ex persona patris respondens filius: Exurgam, inquit, diluculo, statimque sequitur: Confitebor tibi in populis domine, & psallam tibi in nationibus. Et in alio psalmo dicitur: Propterea confitebor tibi in nationibus domine, & nomini tuo psallam dicam. Praemiserat autem de paruulis quidem, quibus haec reuelanda erant, populus quem non cognouit seruiri mihi, in auditu auris obediuit mihi de sapientibus autem & prudentibus, quibus haec abscondita & abscondenda erant, filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inuenerunt, & claudicauerunt a semitis suis. Igitur secundum scripturas ueritatis loquens & confitens, id est, laudans, postquam contra superbos dixit, cantauimus uobis & non saltastis, lamentauimus & non planxistis, quasi consolatus consolatione, quam per prophetam praedixit hoc modo: Heu, consolabor super hostibus meis & nindicabor de inimicis meis: quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et repetens appellationem reuerentem pro rei magnitudine, ita inquit pater, quoniam scit fuit placitum ante te. Vtque haec dicens & ita confitens, facit ipse primus & princeps quod dixerat, & iustificata sapientia a filiis suis, iustificata est assumptus homo in iudicij suis. ¶ Et notandum, quod deum creatorem omnium, patrem suum, caeli autem terrae dominum uocat. Eius enim solius natura deus pater est, caeli autem & terrae, id est, omnium uisibilium atque inuisibilium dominus est. Sequitur: Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Quorsum tendit haec summa enuntiatio? Ed nimirum ut animaduertent audientes, quod non esset ipse, ut putabatur, filius Ioseph, imò esset filius omnipotentis, omnia in potestate habentis dei, & poterat quidem dicere sic, non sum filius Ioseph, sed sum filius dei: sed inuidiam maiorem excitaret hic modus locutionis. ¶ Maluit ergo dicere, omnia mihi tradita sunt a patre meo. In quo dicto sonus suauior, & sensus idem est: Nemo enim, nisi solus deus omnia tradere potest filio suo. Hoc ipsum autem cum autoritate scripturae dicit. Exempli gratia: Aspicebam, inquit Daniel, in uisu noctis, & ecce in nubibus caeli quasi filius hominis ueniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi, tribus, & linguae ipsi seruiunt. Amplius autem ex eo, quod sequitur, demonstrat longe supra esse, si esset, ut putabatur, filius Ioseph. Et nemo, inquit, nouit filium, nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Nonne hominem illum, qui haec loquebatur, se nosse arbitrabatur? imò nimirum illum se nosse putabant, maxime homines patriae eius, unde & postmodum scriptum est: Et ueniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur & dicerent: Vnde est huic sapientia haec, & uirtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicit Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas. Et sorores eius nonne apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scilicet dicitur in eo. A deo totum se nosse illum putabat, & male putabat. ¶ Opportune ergo ipse qui, sicut Apostolus ait, si nos negauerim eum, fidelis permanet, negare se ipsum non potest, oportuit, inquit, & in omni mundo necessarium erat, confiteri quia filius dei sit. Nam uere illi, quae auras illas quas ista diciturus requirebat dicens, qui habet aures audiendi, audiatur: Confessio ista confessio magna est, quia sicut de Iohanne narrat euangelista, dum interrogaret, tu quis es & confessus

confessus est & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus: ita & secundum confessionem istam ubi hic interrogatus, tu es qui uenturus es, an alium expectamus? confiteor, inquit, tibi pater, & caetera recte dicitur prudens auditor, quia confessus est & non negauit, & confessus quia ego sum Christus filius dei. ¶ Nec uero sensus iste priorem destruit, quo cum dicimus confessionem pro laude accipi, solemus uti testimonio uerbi praesentis, quo dixit, confiteor tibi pater, quia uere laus est ei confessio ueritatis, quam in illo tempore confiteri cepit, confitendo se esse filium dei uerbis istis, omnia mihi tradita sunt a patre meo, & nemo nouit filium, nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et in confessione hac perseuerauit usque ad mortem, ubi coram Pilato dixit: Ego in hoc nomen sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Et coram principe sacerdotum, dicente: Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis si tu es Christus filius dei. Respondit: Tu dixisti. Pro hoc nomine martyrizatus est ipse testis fidelis, clamantibus Iudaeis ad Pilatum: Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori, quia filium dei se fecit. Et ne quis dubitet testimonium illud recte confessionem dici, Paulus apostolus ad Timotheum dicit: Praecipio tibi coram deo, & qui uiuificat omnia, Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serues mandatum. Vere bona confessio, quae ueritas in carnata simul utrunque asserit, uidelicet, quod ipse Iesus Christus filius dei sit, & quod utraque scilicet diuina patris & humana, non duae personae, sed una persona sit. Non enim dicit, omnia mihi tradita sunt a patre uerbi mihi insiti, sed a patre meo, inquit, cum utique confiter, quia diuina Christi natura, uerbum deus nihil unquam non habuerit, sed humana tantum naturae traditum sit, quod ante non habuerat, scilicet omnis potestas in caelo & in terra. ¶ Interea sciendum, quia sicut, ubi dixit, neque patrem quis nouit, nisi filius, subiunxit, & cui uoluerit filius reuelare: ita ubi praemisit, & nemo filium nouit, nisi pater, subiunxit oportet, & cui uoluerit pater reuelare. Nam sicut de reuelatione, qua patrem reuelat filius testimonium hoc habemus: Pater manifestauit nomen tuum hominibus quos dedisti mihi, & caetera huiusmodi ita de reuelatione, qua filium reuelat pater testimonium illud habemus: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in caelis est. Ipsius autem reuelationis operatio, sancti spiritus aspiratio est, per quem cognoscitur filius, cognoscitur pater, cognoscitur & ipse qui unus amborum spiritus est. In qua reuelatione quanta diuinitas, quanta consolatio sit, ex uerbis sequentibus uult intelligi. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. ¶ Quam uera sint ista, ille scit qui experiri meruit, qui postquam laborauit & oneratus fuit, ex uerbis inuitantis, & refectus est. Exempli gratia: Paulus apostolus, qui dixit, quia scriptum est quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus his qui diligunt illum, statimque subiunxit, nobis autem reuelauit deus per spiritum suum, ipse expertus est. Laborauerat enim in eo maxime quod adhuc spirans minarum & caedis in discipulos domini, persequeretur eos usque ad mortem, aligans & tradens in custodias uiros ac mulieres, & oneratus fuerat non solum onere peccatorum, uerum etiam onere quod portare contentebat ceremoniarum carnalium, quod neque patres nostri, ait Petrus apostolus, neque nos portare potuimus. Audiuit beatam inuitationem hanc, & uenit, & refectus est. Non quidem iam tunc pleno conuiuio satiatus est, sed paruo interim gustu refectus, donec ueniret quod perfectum est. Quid putas illa perfectio uel quantum habet suauitatis? Quantum reficit? Paruus iste gustus, uere fateor & non incertus credo, quia nullo potest exprimi eloquio. Sentiri potest, edici non potest. Quanto magis illa perfectio? Et quoruscumque est, qui illud quoque quod sequitur, digne possit appendere: ¶ Tollite, ait, iugum meum super uos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde. Iugum enim laborantes, & onerati, qui cum iugo peccati & onere mortalitatis, quod commune est humano generi, regum quoque uel dominorum dura imperia sustinueritis, quales potius ferre quam homines merentur dici, sicut haec tenus apud Daniele per signatum per quatuor facies ferarum, leonae & ursi, pardis & illius sine nomine bestiae terribilis, dentes magnos, dentes ferreos habentis, & uos, inquam, defessi ac detriti iugo dominorum huiusmodi, uenite, ait, ad me, & ego reficiam uos. Ecce facies mea facies est hominis, & ecce ego sum ille filius hominis, qui post illas feras ueni in nubibus caeli, & usque ad antiquum dierum perueni, antiquum dierum patrem meum, cui nunc confitens dico, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Non sum ut feræ illae, sed homo sum, mitis & humilis corde. Sub iugo illorum, non hominum, sed ferarum, laborastis & onerati fuistis: sub iugo meo inuenietis requiem animabus uestris, quia iugum meum suauis est, & onus meum leue: ita ut scienter dicatis, quia nosse me uiuere, & mihi seruire regnare est. ¶ In illo tempore: Abijt Iesus sabbatho per sara: Discipuli autem eius esurientes, coeperunt

Malach. 3  
an illo tēpo respondēs Iesus.  
Psal. 95  
Psal. 107  
Psal. 17  
Ierem. 17  
Luce 3  
Oia mihi tradita sūt.  
Daniel. 7  
Matth. 11  
sona & oportuna confessio Christi de seipso.  
a. Timot. 2

Iohan. 1  
Iohan. 18  
Matth. 26  
Iohan. 19  
I. Timot. 6  
Addo \* natura.  
Et pater reuelauit & filius.  
Iohan. 17  
Matth. 16  
I. Cor. 13  
Acto. 19  
Acto. 17  
Iugum dñi suauis & onus leue.  
Daniels 7  
CAP. XII.

uellerē spicas & manducare. Pharifæi autem uidentes, dixerunt eis: Quid discipuli tuis faciunt quod non licet eis facere sabbathis. At ille dixit eis: Non legitis quod fecerit Dauid, quando esuriit, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus: Aut non legitis in lege, quia sabbathis sacerdotēs in templo sabbathum uiolant, & sine crimine sunt: Dico autem uobis, quia templo maior est hic. Si autem sciretis, quid est misericordiam uolo & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Dominus est enim filius hominis etiam sabbathi. O uos paruuli, quibus pater ista reuelauit, quid uobis per istam rem gestam reuelatione dignum emicuit? Multa enim alia fecit dominus Iesus, quæ scripta non sunt, & si scriberentur per singula, nec ipsum, ait euangelista Iohannes, arbitror mundum capere eos, qui scribendi sunt libros. ¶ Quare ergo de multis quæ scripta non sunt, inter pauca istud cōscribit dignum fuit, quod abiit dominus Iesus sabbatho per sata, & discipuli eius esurientes, coeperunt uellerē spicas & manducare: Pharifæi autem uidentes, dixerunt ei, ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbathis: Quare, inquam, nisi quia responsio quam respondit eis, multum pertinet ad uenerabilem confessionem illam, qua ut iam dictum est, confessus est se esse filium dei, sic incipiens, confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Dixit enim: Dico autem uobis, quia templo maior est hic. Item dixit: Dominus est enim filius hominis etiam sabbathi. Nobis scire hæc expediebat, & iccirco scripta sunt, & scribi debuerunt tanta hæc maiestatis eius præconia. ¶ Quantum enim hoc est quod ait, dico uobis, quia templo maior est hic: Nam propter honorem nominis diuini, magnum quid est templum, ita ut reuerentiam debeat templo quicumque cupit esse subditus, & reuerentiam præstare deo. Nimirum cum dicit, templo maior est hic, nec altare excipit, quo procul dubio nihil maius est quam deus, cuius altare est. Nam propter nomen domini, cui specialiter altare dicatum est, omni creaturæ ipsum altare reuerendū est. Ergo dum dei filium sese hoc dicto confitetur, qui ueraciter templo uel altari iccirco maior est, quia deus. ¶ Cum item dicit: Dominus est enim filius hominis etiam sabbathi, profecto omnium dominium & deum sese esse uenerabiliter astruit. Nullus est enim dñs sabbathi, nisi deus ipse, qui sabbathum constituit. His dictis pro gloria illius iam dictæ confessionis, consideranda sunt duo hæc argumenta innocentiae, quibus discipulos defendit, dicens: Si autē sciretis quid est, misericordiam uolo & non sacrificium, nunquā condemnassetis innocētes. ¶ Primum est quod ita dicit: Nō legitis quid fecerit Dauid, quādo esurijt, & qui cum eo erāt, quomodo intrauit in domum dei & panes propositionis comedit, quos nō licebat ei edere, neq; his qui cum eo erant, nisi sacerdotibus solis. Duo tūc Dauid fecisse legitur quos in altero sacerdotē, qui panes propositionis esurienti dedit, misericordia iustificat: eum, qui comedit, necessitas excusat. In altero autemetipsum Dauid idē iure accusat, dicēs ad eum qui res idus erat, scilicet Abiathar: Sciebam in die illa, q̄ cum ibi esset Doech Idumæus, procul dubio annuntiarer Sauli: Ego sum & uos omnium animarum patris tui. Fefellerat eum enim dicens: Rex præcepit mihi sermonē & dixit: Nemo sciat rem propter quam à me missus es, & cætera. Hæc iccirco dixerim, ne non satis congruum uideatur, induxisse sermonē pro argumento innocentiae discipulos: spicas sabbatho uellerēt & manducantū. Nam dñs quid in illa re historica suo iudicio defendit, satis indicat dicēdos: Si autē sciretis, quid sit, misericordiam uolo & non sacrificiū, nunquā cōdemnassetis innocētes. Quæ sententia de propheta Osee sumpta, sicut illum sacerdotem de misericordia iustificat, qui melius existimauit esurienti laico dare panes propositionis, q̄ obseruare ritum illius sacrificij: sic e contra de inclementia condemnat pharifæos, qui mallēt discipulos Christi fame perire, q̄ spicas sabbatho uellerē concedere. ¶ Secundū siue alterū innocentie discipulorum eius argumentum hoc est. Aut non legitis in lege, quia sabbathis sacerdotēs in templo sabbathū uiolant, & sine crimine sunt. Violant, ait, uidelicet secundū aulum præiudicij uestrī. Nam reuera nō uiolant in priori tabernaculo semper introeuntes & sacrificiorū officia cōsummantes. Per singulos dies, ait lex, iugiter agnos anniculos duos, unum mane agnū, & alterum uespere decimā partem simlæ: consperse oleo tuso, quod habeat mensuram quæ tam partem Hin, & uinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno uno. Alterum uero agnum offeres ad uesperam, iuxta ritum matutinæ oblationis. Hoc agentes sabbatho æque ut prima uel secunda sabbathi profectio sabbathū uiolant si omne opus absq; ulla exceptione sabbathi uiolatio est. Quid enim operosius est, spicas uellerē, an duos agnos anniculos dare & pelles eorū detraxere, & eos cum libamētis suis offerre mane & uespere: ¶ Sed ita demū sabbathum uiolatur, si quis faciat seruire opus. Seruile operis diffinitio uera, est: præcepti cōtempus. Exēpli gratia: Cum essent filij Israël in solitudine, & inuenissent hominē colligentē ligna die sabbathi, obtulerūt eum Moyfi & Aaron & uniuersæ multitudini. Qui recluserūt eū in carcere, nesciētes quid super eo facere deberēt. Dixitq; dñs ad Moysem: Morte moriāf homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Cumq; eduxissent eum foras, obruerunt lapidibus &

1. Reg. 21

Exodi 29

Osee 6

Iohan. 21  
Quæstio.

Responso.

Templo maior est hic.

Dñs est filius hominis etiam sabbathi.

Excusatio discipulorum q̄ factū Dauid in No. be.

1. Reg. 21

Osee 6

Iuge sacrificiū p̄ singulos dies in lege.

Exodi 29

Quō uiolat sabbathū.

Numeri 15

bus & mortuus est, sicut præceperat dominus. Opus illius hominis non ex ignorantia, non ex infirmitate, sed ex superbia uenit, & peccatum eius contemptus fuit. Recte ergo tanquam sabbathi uiolator mori debuit, secundum sententiam hanc ibidem præscriptam. Anima uero quæ per superbiam aliquod commiserit, siue cuius sit ille siue peregrinus, quoniam aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim domini contempsit, & præceptum illius irritū fecit, iccirco debetur & portabit iniquitatem suam. ¶ Diceret aliquis illorum: Ille circo sacerdotēs sabbatho hæc facientes sine crimine sunt, quia faciunt in templo domini, ex præcepto eius qui dominus est etiam sabbathi. Ad hæc ille: Dico uobis, quia templo maior est hic, & dominus est filius hominis etiam sabbathi. Quibus uerbis si non credis, o tu quisquis es, operibus crede. Sequitur enim. ¶ Et cum inde transisset, uenit in synagogam eorum: Et ecce homo habens manum aridam. Et interrogabant eum dicentes, si licet sabbathis curare, ut accusaret eum. Ipse autē dixit eis: Quis erit ex uobis homo, qui habet ouem unam, & si ceciderit hæc sabbathis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue? Itaque licet sabbathis benefacere. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit. Et restituta est sanitas sicut altera. ¶ Si, inquam, uerbis non credis, o tu quisquis es sapiens uel prudens, paruulus nondum esse didicisti, qualium supra in cōfessione sua meminit iste filius dei, iste maior templo, & dominus etiam sabbathi, operibus crede. ¶ Nunquid enim sic & sic operaretur, si in cōfessione ista fuisset mentitus: Confiteor tibi, inquit, pater & omnia mihi tradita sunt à patre meo, & templo maior est hic, & dominus est filius hominis etiam sabbathi: Ille qui semetipsum mendaciter magnificauit, qui (sicut per Ezechielem expresserat) eleuās cor suum dixit: Deus ego sum, & in cathedra dei sedi, & ego feci memetipsum, quia mentitus est, iccirco tanquam superbus iudicatus est, & nihil unquam diuinum, nihil utile fecit. Veniam ad homines quorum extollētia de scripturis nota est. Maria prophetes, soror Moyfi & Aaron, quia locuta est contra Moysem dicens, num per solum Moysem locutus est dominus, & nobis similiter locutus est: non impune trāsit, sed tanquam superbe locuta, confusibilem poenam recepit, operuit enim eam cadens lepra quasi nix. Amplius autem Chore, Dathan atq; Abyron in superbiam erecti & sacerdotium uendicantes sibi, poenam terribilem receperunt, alij cœlestis igne consumpti, alij uiui à terra absorpti. Saul quoque rex quōdam electus dei, propter superbiam proiectus, & maligno spiritui traditus est. ¶ Iste maiora de semetipso confitens, quam aliquis illorum hominum peccatorum, maiora & maiori cum potestate fecit opera, quam aliquis hominum iustorum, ut est illud, quod protinus, cum dixisset, dominus est enim filius hominis etiam sabbathi, transiens & ueniens in synagogam ipsa die sabbathi, homini manum habenti aridam, non precem fundendo, ut quiuis sanctus homo, sed imperando ut deus, dixit, extende manum tuam, & extendit. Igitur & ex hoc & ex cæteris operibus, quæ post tantam confessionem illam fecit, qualia nemo alius fecit, uobis & sapientibus & prudentes, constans esse debuisse, quia dei filium & etiam sabbathi dominum se esse confitendo, non mentitus est. Sed quid sequitur? Leuntes autem pharifæi, consilium faciebant aduersus eum, quomodo eum perderent. Ergo causa absconsonis, quam supra dixit, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, inuidia ipsos fuit. Superati enim, & ueritate sermonis & potentia uirtutis, atque ideo de ignorantia in excelsis, consilium faciebant, quomodo eum perderent: nec destiterunt eiusmodi sapientes & prudentes, à uera sapientia, deinceps magis ac magis superati, & operibus bonis irritati, donec eum perderēt ut eis usum est. Iusto igitur iudicio abscondisti, inquit, hæc à sapientibus & prudentibus. Quam uidelicet absconsonem continuo uerbis insinuauit mysticis sapientia iustificata & iustificanda à filijs suis. Sequitur enim: Iesus autem sciens, recessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit omnes, & præcepit eis, ne manifestum eum facerent. Nisi enim mysterium intelligas in illa præceptione, qua præcepit eis ne manifestum eum facerent, contrariū uidebitur ei quod sequitur: Tunc oblatus est ei demonium habens cæcus & mutus, & curauit eum, ita ut loqueretur & uideret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Nunquid hic est filius Dauid? Pharifæi autem audientes, dixerunt: Hic non eijcit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Ergo in præceptione huiusmodi mysterium est. Nimirum forma serui homo exterior, consilio uel iudicio subseruiens in sita sibi diuinitatis, ita locutus est, ita præcepit: Consilium hoc erat, iudicium istud erat, recedere ab inuidentibus & blasphemantibus in dænis, præcipere apostolis uel prædicatoribus suis, ne apud illos docerent aut prædicarent, iuxta illud per Esaiam dictum: Et nubibus mandabo ne pluam super uineam meam imbrem. Ad hoc pertinens, propheticum subiungit euangelista testimonium. ¶ Vt adimpleret quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem: Ecce puer meus quem elegi. Dilectus meus in quo complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, iudicium gentibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis uocem eius. Harundinem quassatam non confringeret, & linum fumigans non extinguet, donec eijciat ad uictoriam iudicium, &

Ibidem.

Obiectio.

Solutio.

Exech. 28

Numeri 12

Numeri 16

1. Reg. 16  
Chri cōfessio omnium maxima.

Cur Iesus de recessit.

Esaiæ 5

Esaiæ 48



& in nomine eius gentes sperabunt. Si enim in eo, quod precepit eis, ne manifestum eum facerent, nihil aliud attendas, nisi quod litera sonare uideatur, quomodo per hoc adimpletum est illud, quod hic in testimonio prophetico inter cetera dictum est, & iudicium gentibus nuntiabit, & in nomine eius gentes sperabunt. Sed profecto in preceptione mysterium est mandati illius, quo, ut iam dictum est, mandare habet nubibus ne plueret super uineam suam in brem, id est, Apostolis suis, ne illis impenderent Euangelicam predicationem, & excusso puluere pedum in eos, conuerterentur ad gentes, quod & factum est, & hoc factum nimirum iudicium gentibus nuntiavit, & in nomine eius gentes sperabunt. Quam ob causam taliter mandare debuit, ne apud Iudaeos predicarent aut docerent? Ut adimpleret quod dictum est de hoc puero domini, de hoc electo & dilecto, bene seruiente in forma serui. Non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis uocem eius. Plane hoc nos intelligere uult, quod plena contentio, plena clamoris predicatio est, ubicunque Christus praedicatur Iudaeis. Nolunt enim audire, sed uerba uerbis contraria reddere, & sine sensu clamare, ut uel clamando uideantur uicisse, aut rationem habere cur euangelio non debeant cedere. Ergo non contendat, ait, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis uocem eius, id est, mandabit de se non predicari illis, quia communiter contentiosi sunt & clamosi, iuxta illud: Ne effundas sermonem, ubi non est auditus. Hinc est illud Apostoli ad Titum: Stultas autem quaestiones & genealogias & contentiones & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles & uanae. Item ad Timotheum: Stultas autem & sine disciplina quaestiones deuita, sciens quia generant lites. Seruum autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Quod deinde sequitur: Harundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, circa ipsos Iudaeos sic recte potest intelligi, ut illud: Cum iratus fueris, misericordiam recordaberis. Ecce enim ubi uenerunt Romani, gentemque locum tulerunt, ciuitasque & templum datum est in exustionem ignis, tunc utique harundo quassata est, & extunc linum umigat longa captiuitatis dispersione, palam cunctis exhibens suae calamitatis monumenta. Sed neque harundinem sic quassata confringet, neque linum sic fumigans extinguet, quia ceteras ex parte contingit in Israel, donec plenitudo gentium subintraret, & tunc reliquiae saluae fient. Hoc est quod continuo dicit: Donec enjicit ad uictoriam iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt. Illud namque iudicium, de quo alibi dixit, in iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant, & qui uident caeci fiant: relictis Iudaeis & gentibus in nomine eius sperantibus enjicit, id est, fortiter peruenire facit, & uictoriam, & in hoc ipso multum proficit, quod harundinem, id est, Iudaici populi leuitatem, modo supra dicto quassatam, non omnino confregit, & linum fumigans, id est, eiusdem populi uetus sacerdotium, igne, ut iam dictum est, perustum non omnino extinxit, sed semiuustum nunc usque in dispersione captiuitatis fumigare permittit. Multum, inquam, hoc ad illam uictoriam proficit, iuxta sensum illius uersiculi ex persona huius pueri per Psalmistam prolatus: Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populum meum. Disperge illos in uirtute tua, & depone eos protector meus domine. Tunc oblatum est ei demonium habens, caecus & mutus, & curauit eum, ita ut loqueretur & uideret, & stupebant omnes turbae, & dicebant: Nunquid hic est filius David? Pharisaei autem audientes, dixerunt: Hic non enjicit daemones, nisi in Beelzebub principe daemoniorum. Ordo ueremysticus ac diuinus. Quando dominus Iesus sciens cogitationes eorum, recessit inde, & sequentibus se praecipit ne manifestum eum facerent, tunc oblatum est ei demonium habens caecus & mutus, & curauit eum, ita ut loqueretur & uideret: quia sic futurum erat, & sic factum est, ut quando ex reuelatione spiritus sancti, & autoritate scripturae, relictis blasphemantibus Iudaeis, conuerterunt ad gentes, tunc gentes audientes gauderent, seque ultro offerrent: quare omnis multitudo, quoniam a principe huius mundi diabolo possidebatur, idola colens, & creatoris suum nec nominare sciens, & quo ducebatur nesciens: recte per hominem designata est demonium habentem, caecum & mutum. Futurum autem hoc erat, ut propter eandem gentium conuersionem, Iudaei magis ac magis blasphemarent, mira infania gentibus inuidentes, gentium salutem odientes, ita ut ne audire quidem paterentur hoc ipsum, quod de gentibus deo cura esset. Exple gratia: Cum Paulus ad plebem rationem reddens, illuc usque narrasset, & dixit ad me, uade quoniam ego in nationes longe mittam te, audiebant autem eum, ait scriptura, usque ad hoc uerbum, & eleuauerunt uocem suam dicentes: Tolle de terra huiusmodi, non enim fas est eum uiuere. Vociferantibus autem eis, & proijcientibus uestimenta sua, & puluere iactantibus in aera, iussit tribunus induci eum in castra, & flagellis caedi & torqueri, ut sciret propter quam causam sic acclamarer ei. His atque alijs modis futurum erat, ut contra diceret his quae ab Apostolis dicerentur blasphemantes. Tantae blasphemiae initium simul & prodigium fuit, quod pharisaei audientes dixerunt: Hic non enjicit daemones, nisi in Beelzebub principe daemoniorum. Et quia propter huiusmodi blasphemias & perseuerantem impietatem futurum erat, ut contra semetipsos diuiderentur in quandam similitudinem demonum, quorum participem in diuisione ipsorum sacrilegi dicere aui sunt

Math. 10 Actoꝝ 13

Esai. 42

Iudaeoꝝ clamata. Ecc. 32

Tit. 3 2. Timot. 2

Harundine quassatam non confringet. Abacuc 3

Roma 11

Iohan. 9

Psal. 58

Ceꝝ et meus daemones, gentes designat.

Inuidia Iudaeoꝝ contra conuersionem gentium. Actoꝝ 12

Initium blasphemiae.

sunt filium dei, uenerabilis mysterij pulcherrimus ordo continuatur sic: Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit: Omne regnum diuisum contra se, desolabitur. Et omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit. Et si satanas satanam enjicit, aduersus se diuisus est. Quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in Beelzebub enjicio daemones, filij uestri in quibus enjiciunt? Idem ipsi iudices uestri erunt. Si autem ego in spiritu dei enjicio daemones, igitur peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiat? Sciens, inquit, cogitationes eorum, uidelicet quod non per ignorantiam errarent, sed per inuidiam blasphemarent, quum aliud posset, istud in primis dicere maluit: Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur, & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit: sententiam utique ueram, cuius ueritate in semet ipsis experiri erant. Futurum namque (ut iam dictum est) hoc erat, & factum est, ut regnum eorum & ciuitas praecleara ac distissima Hierusalem, deforis Romano exercitu circumdata, in tres triplici diuisione contra se diuideretur, principibus diuisionum, Iohanne, Eleazar & Simone, summa & media & inferiora ciuitatis loca tenentibus, & mirabili infamia contra semetipsos de bacchantibus tam atrociter, ut ipsi hostes, scilicet Romani, duros infidelium casus miserarentur, qui inter illorum furias latronum nulla pace intercurrente, consumebantur. Plane diuinitas, cui omnia praesentia sunt, hoc futurum tanquam praesens iam uidebat: imo ut fieret, & quifimo iudicio decerneret, quoniam sic dicebant & sic existimari uolebant de ipso dei filio, quod cum Beelzebub principe demonioꝝ pactum habens, quod auditu quoque nefas est, concordia operatione per eum daemones enjiceret. Et ut iustissimum iudicium intelligas, percontatur, dicens ad eos: Et si ego in Beelzebub enjicio daemones, filij uestri in quo enjiciunt? Ac si diceret: Et si uos nunc contra me tale uerbum dicitis, quid facietis aut dicetis, cum filios uestros, scilicet apostolos, postquam glorificatus fuero, daemones enjicere operatione spiritus sancti, non solum de corporibus obsessis, uerum etiam de templis uel delubris, in quibus coluntur pro dijs: Quid tunc dicetis? Utiq; dicetis quia in Beelzebub facit haec. Si enim patrem familias Beelzebub uocastis, quanto magis domesticos eius? Huiusmodi percontatione praemissa, statim subiugit: Ideo ipsi iudices uestri erunt. Nam reuera, si finem fecissent blasphemandi, saltem ubi clamauerunt, reus est mortis, & non solummodo uerbum huiusmodi dixerunt contra filium hominis, uerum etiam expulerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, & ad ultimum crucifixum praetereuntes, blasphemabant eum: si, inquam, saltem tunc finem fecissent blasphemandi, & non etiam post resurrectionem & ascensionem eius, missum de caelo & in apostolis loquentem spiritum sanctum, ac predicantem poenitentiam & remissionem peccatorum similiter blasphemassent, non fuissent iudicati, non iudicarent eos filij ipsorum apostoli. Verbi gratia, ut dicerent excutientes uestimenta sua, Sanguis uester super caput uestrum, mundi nos ex hoc ad gentes ibimus. Nec uero totum iudicium, sed iudicij fuit initium, diuisio illa regni sui ciuitatis eorum. Perfecit & plenum tunc erit iudicium illorum, quando iudices illi, de quibus ait, Ideo ipsi iudices uestri erunt, se debunt super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, ita ut terrae Sodomorum remissus debeat esse quae illis, scilicet in die iudicij. Nunc pendere liber, ad quid inueniendum siue comprobandum summa sapientia fecerit syllogismum hunc, id est, argumentationem ex tribus partibus constantem, propositione, assumptione, conclusione. Praemisso namque, sciens cogitationes eorum, sic illum euangelista proposuisse narrat: Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur: & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit. Propositioni huic, uellent nollent, audientes consentire oportebat. Sequitur assumptio, quam itidem, uellent nollent, uera esse concederent, scilicet satanam esse diuisum contra se, quoniam ipsorum erat sententia, in Beelzebub principe demonioꝝ enjicit daemones. Proinde assumens dicit, Et si satanas satanam enjicit, aduersum se diuisus est. Statim concludit: Quomodo ergo stabit regnum eius? Quid sibi uult huiusmodi argumentatio? Nonne hoc manifeste innuit, quod sciret cogitationes eorum tales esse, ut propositum haberent in regno satanae contra spiritum sanctum stare? Incredibile hoc uidebatur illi, cuius sensus non recipit uel non credit, quod nullus unquam homo fecerit cum diabolo pepigerit. Porro Esaias de istis prophetauit: Propter hoc audite uerbum domini, uiri illudores, quod dominamini super populum meum qui est in Hierusalem. Dixistis enim: Percussimus foedus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, & c. usque, & delebitur foedus uestrum cum morte, & pactum uestrum cum inferno non stabit. De istis (inquam) hoc Esaias prophetauit. Nam de eo quod postmodum dicit, & dixit dominus, eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est a me, & timuerunt me ma dato hominis & doctrinis: ipse dominus in hoc eodem euangelista taliter contra eos mentionem facit: Hypocrite, bene prophetauit Esaias de uobis, dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eius longe est a me. Sine causa autem colunt me, docetes doctrinas & ma data hominum. Miro igitur modo blasphemiam illorum assumpta, duabus iustis & cunctis sententijs, ita proponens: Omne regnum contra se diuisum, desolabitur: & omnis ciuitas

Regni Iudaeoꝝ in se diuisum.

Filij uestri enjiciunt.

Matt. 26. 27

Actu. 18.

Matt. 19.

Syllogismus perfectus christi contra Iudaeos.

Iudaei conuenerunt diabolo.

Esai. 28.

Iudaei appropinquabant deo, non corde, sed labijs tantum.

Matt. 15. Esai. 29. Iudicium contra blasphemiam.

Mat. 23.

tas uel domus diuisa contra se, non stabit: qua sententia illud intendebat, ut iam dictum est, qd in obsidione Romanorum contra semetipfos forent diuidendi, sicq; caluri ac desolandi. Et ita concludens, quomodo ergo stabit regnum eius: qua sententia terribilior eisdem percutit, ca- suros cum diabolo in die iudicij. Quidnam est percontari, quomodo stabit regnum eius, nisi ac si diceret, quomodo stabit illud quod pepigitis cum morte siue cum inferno, id est, cum di- abolo, pactum uel fcedus: Non enim fcederatis suis, ut uos estis, pactum custodire uel parce- re poterit mors siue infernus, flagellum inundas, id est, diabolus, ¶ Vane dixistis: Flagellum inundans cum transierit, non ueniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Cum ita secundum prophetiam ueritatem speretis in protectio- ne mendacij, quasi in protectione stantis regni hoc dicitis contra me, dicitis odio mei, quia me agente satanas satanam eijcit, quod repugnans est eidem uestrae spei. Stulti & caeci, si satanas satanam eijcit, quomodo satanas parceret uobis hominibus fcederatis sibi: Nō ita, sed flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem. Quandocunq; pertransierit, tollet uos, q̄ niam mane diluculo pertransibit, in die & in nocte, & tantummodo sola uexatio intellectum dabit auditui. Istud bene & ueraciter de uobis prophetauit Esaias. Flagellum enim inundas, id est diabolus, utiq; mors super peccatores inundans, cum transierit, eritis ei in conculcationem: quando pertransierit, tollet uos. ¶ Duo dicta sunt: Cum transierit, conculcabit; quando pertransierit, tollet uos. Ecce transibit iudicio praesenti, de quo nunc dico, Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi eijcietur foras, & tunc conculcabit uos. Cum enim resurrexero a mortuis, quod est illum foras mitti siue transire, tunc uos conculcabit conculcatione ex- ercitus Romani. Quādo aut uenero in nubibus caeli ad iudicandū uiuos & mortuos, & ille uidentibus cunctis precipitabitur, quod erit illi pertransire, tunc tollet uos, ut neq; ipse, neque uos amplius sitis, aut scandala regna dei faciatis. Illo iudicio manifesto in aeternum pertransi- bit, & iccirco sic dictum est, mane diluculo, in die & in nocte pertransibit. Omni enim aeterni- tate cessabit, & tantummodo sola uexatio intellectum dabit auditui, quia ante illam praeci- pitationem non intelliget fcederati eius, quam stulti sint uel fuerint.

Duplex ul- dicta in lu- 24os. Iohā. 12.

Tob. 40.

Esai. 25.

Libri IX. finis.

RVPERTI ABBA- TIS TVITIENSIS, DE GLORIA ET HONORE FI- LII HOMINIS, LIBER X.

Propositi- auctoris in hoc opere.



Facies qua- tuor unius animalis.

PROPOSITI modum supergressus esse uideo, reuerende mi Cu- no, praesul ecclesiae Ratisponensis, in opere isto de gloria & honore filij hominis, qd tu a me magno charitatis imperio, quo circa me uti so- lebas, ut scriberem, uehementer exegisti. Proposueram quippe in isto libro generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham, siue in hoc eu- angelio Matthaei, facies quatuor unius eiusdemq; animalis contem- plari, faciem hominis, faciem uituli, faciem leonis, & faciem aquilae uolan- tis, id est, quatuor sacramenta hęc, quae Christiano ignorare nō licet, incarnationem, passionem, resurrectionem atq; ascensionem, unius eiusdemq; Iesu Christi. Hoc (inquam) proposueram, quoniam pertinet ad intentionem operis consideratio hęc, & prefi- xo congruit titulo, De gloria & honore filij hominis. Nec erat in intentione, totum peragra- re profundum huius pelagi, totum continua expositione per tractare textum huius euange- lij. Ecce autem cum ita proposuissem, uolumen extendi, seriemq; euangelicam magna ex par- te transegi, atq; ita, quasi agente spiritu uehementi, qui non longe a portu nauigare decreue- ram, fere usq; ad medium pelagi mea propelli uela permisi. ¶ Reuocabo igitur sermonis cur- sum, modumq; tenere curabo: & omisso tractatu eorum, quae in euangelio sequuntur, post il- la quae prout potui domino adiuuante, dixi haecenus in contemplatione faciei hominis, acce- dam ad contemplandam faciem uituli, dignum aliquid fari desideras promisso uel titulo, cu- ius tu mihi auctor extitisti, amator gloriae & honoris filij hominis. ¶ Vere fidelis dominus in uer- bis suis, ueraciter dixit: Sed quicumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem conte- mnunt me, erunt ignobiles. Veritatem huius dicti, in te quoq; apparere nūc gloriamur. Nam quia tu eius gloriam desideranter quaesisti, de cuius desiderij fonte processit istud quoq; ut di- ceres, scribe mihi opus de gloria & honore filij hominis: uestem sanctam, uestem pontificalem in gloriam & decore ipse tibi fecit, cuius gratiae finis iste fit, ut illic te inuenias in ordine sacer- dotum, ubi (sicut dicit Apostolus) uniuersusq; in suo ordine resurgit, primitiue Christus. ¶ Fa- ciem uituli sacramentum esse dominicae passionis, ex hoc accipimus, quod (sicut in exordio

De facie ui- tuli tractan- diū erit de- inceps.

Psal. 144. s. Reg. 2.

1. Cor. 15.

meminimus huius operis) sacra & mystica lex uitulum in figura eius pro peccato iussit offer- ri. Si (inquit) sacerdos peccauerit, delinquere facies populum, uel si omnis turba ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum domini est, offeret pro peccato uitulū im- maculatum domino, & caetera quae miro modo & ordine uere sacro & mystico figurat sacra- mentum passionis Iesu Christi, cuius sanguis, secundum quod ritus ille significat, emundauit conscientiam nostram (ait Apostolus) ab operibus mortuis. In initio quoq; quando Moyses ascendens in montem, & tabulas erat accepturus lapideas, dicente domino: Ascende in mon- tem & esto ibi, dabo q; tibi duas tabulas lapideas legē ac madata quae scripsi, ut doceas filios Is- rael, sacrificium obtulit huiusmodi, scilicet uitululus duodecim. ¶ Et quidem alia quoq; anima- lia iussu est offerri, scilicet hircum de capris siue capram, agnum siue arietem, quae omnia sa- cramentum mystice spirabant eiusdem sacrosanctae passionis, praecipueq; agnus ille qui im- molabatur ad uesperam, quartadecima die mensis primis ed omnium illorum maximum est uitululus, quorum pro hoc mysterio fundebatur sanguis, & iccirco recte pro omnibus hic in my- sterio una ponitur facies uitulū. Aspectus faciei huius ab eo nobis incipit, quod dixit dñs Ie- sus discipulis suis: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifi- gatur. ¶ Nemo uere qui nesciat pascha illud fuisse immolationem agni, ad uesperam quarta- decima die mensis primi, statutumq; fuisse Iudaeis, ut per singulos annos eodem ritu celebra- rent, secundum haec uerba domini: Habebitis autem diem hanc in monumentum, & celebra- bitis eam solennem domino in generationibus uestris cultu sempiterno. Item: Hanc obserua- re debent omnes filij Israel in generationibus suis. Hoc tamen intererat, quod cum lex ita di- xisset, Mense primo quartadecima die mensis ad uesperam Phase domini est, & quintadeci- ma die mensis huius solennitas azymorum domini est. ¶ Interdum non ita fiebat, neq; anno illo ita factum est. Nam inter traditiones plurimas, quas seniores Iudeorum superstatuerant traditionibus dei, istud quoq; statuerant, ut si diem ante sabbatum, quam sextam feriam di- cimus, contingeret esse quintadecimam mensis, nō celebraretur solennitas, sed differretur in diem sequentem sabbathi difficile & incommodum esse dicentes, duo sabbatha continu- are, id est, duobus diebus uacare ab omni opere, multas ob causas, quarum ex praecipuis una erat, qd cadauera suorum non nunquam usq; in quartam diem insepulta, foetoris molestia ge- nerarent. ¶ Traditio hęc cognita, magnam soluit questionem ei, qd forte dicat: Cū Iudaei quar- tadecima die ad uesperam pascha celebrando, agnū comēdissent, & sequenti die, quoniam gn- tadecima erat, solennitate celebrare & secundum legem uacare debuissent, q̄modo illis iudi- cia tractare licuit, quibus tunc totum diem insumperūt in cōdemnatione domini, & eorū q̄s cum illo crucifixi erunt. Hanc (inquam) questionem cito soluit illius iam dictae tradi- tionis, quia traditum illis fuerat, differre solennitatem, quum euenisset ante sabbatum lega- le q̄ntadecima dies mensis, ut per duobus sabbathis unū celebrare sabbathū magnum, solen- nitate duplici. Vnde qd dixisset euangelista, Iudaei ergo, quoniam pasche erat, ut non rema- nerēt in cruce sabbatho corpora, causam istā subiūxit: Erat em̄ magnus dies ille sabbathi. Hīs dictis pro traditione seniorū, quā obseruantes serui peccati, tunc in q̄ntadecima die mēsis qua- si licitū habuerunt operari, & male operati sunt. Nunc redamus ad rem. Scitis (inq; quia post biduū pascha fiet, & filius hominis tradet ut crucifigatur. Et quidem sciebant quia pascha fie- ret, sed hoc nesciebant, qd in illa paschali uespera tradēdus, & die sequenti crucifigēdus esset. ¶ Ipse autem nō solum sciebat, uerū etiam ab initio taliter fieri praedestinauerat, quatenus si- nem accipere pascha ueteri, id est, legalis agni immolatione, cōfestim uerus ipse agnus & pa- scha nouū immolaretur: atq; ita qd eatenus uelut in umbra significatum fuerat, iam in re pro- cederet, figurē trāseunti ueritas pmanens succederet. ¶ Nunq̄d uero uel illud a mysterio ua- care putandū est, qd post biduū hoc futurū esse praedixit: Poterat etiā ante hoc ipsum praedice- re, ita ut diceret, post triduū siue post quadriduū. Ergo nec istud uacare patimur, qd tunc praedi- xit, ex quo post biduū, i. tertia die, erat crucifigēdus. Vnde sciendū quia sicut triduana sepul- tura, ita & triduana fuit passio eius, quae necessariū erat sanctam placari trinitatē, cū tunc trium temporū hominibus salutem hanc expectantibus, scilicet & illis ante legem, & illis q̄ sub lege fuerunt, & nobis qui nūc sub gratia uiuimus. ¶ Hęc eius triduana passio sic discernitur: Qua die dixit hoc discipulis suis, Scitis qd post biduum pascha fiet, uēditus fuit, Iuda traditore lo- quente cō principibus sacerdotū & magistratibus, & illis paciscentibus pecuniā illi dare, qui- bus & spōdit illū tradere. Trāfacto sequenti die, iam ad uesperā plena (i. q̄ntadecima) luna effulgente, pascha de more factū est: & tunc ipse, cum esset nox, Iuda foras egresso ad traden- dum, agonizans & proluxius orans, sudoremq; sanguineū defudans, traditus, comprehensus & ligatus, ad principes sacerdotū adductus est, & die succedente crucifixus est. Nō sic rei ordi- nem ingrediamur. ¶ Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in arri- um principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tene- rent & occiderent. Dicebant autē: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. ¶ Con-

Leuit. 4.

Hebr. 9. Exod. 24.

Exod. 12.

CAP. XXVI

Immolatio agni paschalis. Exod. 12.

Traditio se- niorū de pa- scha.

Questio.

Responsio.

Iohā. 19.

Tēp<sup>9</sup> passi- onis praede- stinatum.

quō passio- nis triduana. Luc. 22.

filii

Iacob Fuldit hoc cōsiliū facer-dorum. Gen. 49.

Ibidem.

Iohā. 7. Gen. 49.

Acceleratio cōsiliij.

Quatuor fa-cies unius animalis. Ezecl. 1. 10.

Apoc. 4.

Duo oculi hic ante & retro.

Elai. 40.

Chs in Bethania añ sex dies paschæ. Iohā. 12.

filium istud erat, quod patriarcha Iacob præuidens dicebat: Simeon & Levi fratres, uasa iniquitatis bellantia. In consilio eorum ne ueniat anima mea, & in cœtu ipsorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt uirum, & in uoluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & in dignatio eorum, quia dura. Nam si tantummodo illud attenderet quod fecerant in Sichem, propter uiolatam sororem suam Dinam, quæ ratio esset, optare de præterito & dicere, in consilio eorum ne ueniat anima mea, & in cœtu ipsorum non sit gloria mea: Simul considerandum, quia dicturus hæc & cætera filijs suis, præmisit, Cōgregamini & audite filij Iacob, audite Israel patrem uestrum, congregamini, ut annuntiem quæ uentura sunt uobis diebus nouissimis. Ergo futuri huius propheticæ erat annuntiatio cōsiliij, quod tunc (ut iam dictum est) congregati fecerunt principes sacerdotum, utiq; de tribu Levi, nec ante desierunt in furore pertinaces, donec morte crucis uirum soluerent, & lancea murum suffoderent, murum tēpli non manufacti, de quo uir ipse dixit: Soluite templum hoc, & in tri-duo excitabo illud. ¶ Propter congregationem eiusmodi, quia tale in concilio congregati sunt, diuidam eos (inquit) in Iacob, & dispergam eos in Israel, quia uidelicet propter scelus illud & pertinaciam indignationemq; duram, id est, inuidiam, qua in crudelitate permissum, ece diuisi sunt in Iacob, & dispersi sunt in Israel, id est, in populis Christianorum, qui supplantauerunt eos, quicq; propter fidei rectitudinem dicuntur & sunt uerus Israel. ¶ Accelerationem illius consilij & intentionem doli per hoc intelligimus, quod euangelista subiungit: Dicebant enim, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Dies festus (ut iam dictum est supra) futurus erat magnus dies ille sabbathi, quem non expectauerunt, sed pridie crucifixi erant illum, nocte, quæ præcesserat, comprehensum. Ergo in hoc fuit consilium, ut anticiparent diem festum, & inter tenebras nocturnas comprehenderent illum, metuentes turbas quæ de ciuitatibus alijs & regionibus ascenderant ad diem festum, & sequebantur eum: quæ & ingredientem ciuitatem Hierusalem glorificauerant, præcedendo & subsequendo cum laudibus & ramis palmarum. Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: Vt quid perditio hæc? Potuit enim istud uenundari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonum operata est in me, nam semper pauperes habetis uobiscum, me autem non semper habebitis. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico uobis, ubicunq; prædicatum fuerit hoc euangelij in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoria eius. ¶ Quoniam hic ad contemplandam (ut iam dictum est) faciem uituli ingredimur, memoriae nō debet abesse, quæ quatuor istæ facies apud Ezechielem ita quatuor dicuntur esse animalia, ut nihilominus dicitur & sit unū animal, quæ pro ubi descriptis ac repetitis quatuor faciebus siue animalibus istis, ita postmodum scriptum est: Ipsum est animal quod uideram iuxta fluum Chobar. Iterum q; præmissio, & eleuantia Cherubin alas suas, exaltata sunt à terra coram me, & gloria domini dei Israel erat super ea, ipsum est (inquit) animal quod uidi subter deum Israel, iuxta fluum Chobar. Paucis q; interpositis, & similitudo (ait) uultuum eorum ipsi uultus, quos uideram iuxta fluum Chobar, & intuitus eorum & impetus singulorum ante faciem suam. ¶ Quorsum ista? Videlicet quia hic iam perspicere libet, quàm ueraciter de huiusmodi animalibus dictum est, quia plena erant oculis ante & retro. Nam ecce in ista facie uituli, in isto sacramento dominicæ passio nis, cum de oculis eius alia quoq; dici possint, & dicta sint, illud maxime delectat, quia clarissime patent duo oculi, misericordie scilicet prospectus & intētio iudicij, ante & retro, id est, tam in initio quàm in fine eiusdē passionis. ¶ Deniq; hic ante, hic in initio duæ sunt personæ, quarum in altera misericordie, in altera prospectus est iudicij, scilicet mulier peccatrix quondā, & Iudas in centor indignationis discipulorum, dicentium, Vt quid perditio ista ungenti? Et retro, id est, in fine passionis, ubi iam expiraturus erat, itidem duæ personæ, quarum in altera misericordie, in altera est intuitus iudicij, uidelicet hinc Iatro qui confessus est, inde Iatro qui in blasphemiam perseverauit. Itaq; faciem istam, faciem uituli, claret ante & retro plenā oculis esse, ut recte dicas, tam de anteriore quàm de posteriore intuitu, quia opus eius coram eo, opus bipartitum, misericordie & iudicij: misericordie hic erga mulierem quondam peccatricem, & illic erga latronem confidentem: iudicij hic super Iudam indignantem & ad phariseos abeuntem, & illic super latronem blasphemum in peccato suo morientem. ¶ De ceteris faciebus siue animalibus, quod & ipsa secundum similem rationem plena sint oculis ante & retro, iam hic præscribere nobis quidem iucundum, sed forte esset legentibus fastidiosum. Suis ergo locis opportunius de singulis erit dicendum. Nunc iam secundum literę seriem, facie huic, facie uituli nã mansuetudinem in passione sacrosancta considerare operæ pretium est. ¶ Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, & c. ut supra. Quoto die ante diem azy-morum hæc facta sint, & qualiter acta sint, Iohannes manifestius exprimit his uerbis: Iesus au-

tem ante sex dies paschæ uenit Bethaniam, ubi erat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnami, & Martha ministrabat, Lazarus uero unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram ungenti nardi pisticæ pretiosi, & unxit caput Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est odore ungenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc ungenti non uenijit trecentis denarijs, & datum est egenis? ¶ Hoc in litera Iohannes à Matthæo & Marco differt, quod Matthæus & Marcus mulierem hanc scripserunt hoc loco super caput, Iohannes autem super pedes eius effudisse unguentum. Et de priore quidem effusione ungenti, quādo uenit ad domum, erat adhuc peccatrix, & mox iustificanda secundum hoc misericordie dictum, Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multū: quod & Lucas plenius narrat, & Iohannes quoq; ante hunc locum, in morte siue resuscitatione Lazari patenter memorat, dicens: Maria autem erat quæ unxit unguento dñm, & extersit pedes ei capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. De illa (inquā) prima effusione ungenti constat, quia facta est tantummodo super pedes domini, neq; em poterat statim capite eius dignam se existimare peccatrix. Nunc autē quā am & Iohannes super pedes, & ceteri euangelistæ super caput eius effusum narrat ungenti, non dubij quin utrumq; scilicet & caput & pedes unxit: & iccirco iam etiam caput, quā iam non peccatrix, sed iam dudū iustificata, dimisit sibi peccatis multis. ¶ Mirum qua intentione uel quo sensu deuota mulier tale obsequium domino præstitit. Neq; enim iam scire uel præscire poterat illud, quod dominus ipse præsciens, mittens em, ait, hæc ungenti hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit: siue (ut alius euangelista scripsit) præuenit ungere corpus meum in sepulturam. Ipse uitalis sacrificij domini, suimet adesse immolationem, & facies talis uitali aram inspiciebat & tabernaculum, cuius ad ostiū ipse immolandus, cuius in interiora de sanguine eius inferendum, cuius in introitu reliquum sanguinis eius secundum mysterij sacrae legis fundendum erat, illa autē nihil horum sciebat, sicut nec ipsi discipuli domini, quoniam nondum sciebāt scripturas, quæ oporteret eum pati & resurgere à mortuis. Quo ergo sensu uel quā intendens, tale obsequium morituro impendit, nisi eodē sensu & eadem intentione, quæ cū primum uenit ad eum, dum rigaret pedes eius lachrymis, & capillis capitis sui tergeret, & oscularetur, ungento etiam unxit pedes eius. Illud autem agendo, utiq; primum poenitentia fructum, congruūq; fecit emendationis initium. Liqueat enim quod illicitis actibus prius mulier intentata, ungentū sibi pro odore suæ carnis adhibuit. Ideo quā sibi turpiter adhibuerat, hoc iam deo laudabiliter offerebat. ¶ Igitur de Anna Samyeis matre scriptum est, Vultusq; illius nō sunt amplius in diuersa mutati, id est, in eadem intētiōe & oratione perseverauit, hoc ista de semetipsa exteriori opere demonstrauit, dum finem obsequij similem initio fecit, imō quæ melior est uel esse debet, sicut orationis, ita & operis, finis quàm principium eius, opus bonum bene inceptum, melius consummauit. Nam (sicut iam dictum est) in initio tantummodo pedes dñi ungento unxit: hic autē, quando ea quæ de ipso erant, prope iam finē habebant, & pedes unxit, & super caput eius unguentum effudit. ¶ Quod autē illa bene exhibuit, hoc dominus ipse melius & ualde rationabilis admisit, certi uidelicet gratia mysterij, de quo postmodum dicendum erit. Aliter uisum est discipulis, qui uidentes indignati sunt, dicentes: Vt quid perditio hæc? maximeq; Iudas proditori, qui non simpliciter indignatus est, ut alij, pro sola quasi perditione ungenti, sed (quod nequissimum fuit) hoc doluit, quia furari consueo, & ad furandū inhiant tam lucrosa res cōmissa non fuit, ut posset furari. Dixit enim hoc, ait euangelista, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebant, portabat. ¶ Quomodo autem dictum est aut dici debuit, Mittens hoc unguentum, ad sepeliendum me fecit, siue præuenit ungere corpus meum in sepulturam, quum illa (sicut iam dictum est) hoc faciens, sepeliendum siue moriturum eum fore nescierit? Sed pro hoc nihil est immorandum, quia pro consuetudine loquendi recte ad sepeliendum hoc fecisse dicitur, quod uisus ad sepulturam eius prouenturum non ignorabatur ab ipso, disponente quicquid boni uel ipsa operata est, uel nos omnes operamur. Sic Iacob ad filios suos loquitur, In meā hoc fecistis miseriam, ut in dicaretis Pharaoni & alium uos habere fratrem, non quod illi hac intētiōe fecisset, sed peruenisse uidebat ad illam, quā patiebatur iam in anima sua miseriam. ¶ Quapropter sciendū, quia non totum, quod habebat in alabastrum, mulier effudit unguentum. Deniq; proditori Iudas dicit, quare hoc unguentum non uenijit trecentis denarijs, & datum est egenis, ita respondit dñs Iesus: Sine illam, ut in diem sepulture meæ seruet illud. Non ergo totū effudit illud, sed reuerat aliquid effundere habebat in die sepulture eius, quādo futurū erat & factum est, ut Ioseph ab Arimathia sepeliret corpus eius cum linteis & aromatibus, Nicodemus quoq; iuxta ferente myrrhæ & aloes quasi libras centū, ubi aderat & ista mulier, sicut euangelistæ testatur. Porro Iudas & quod effusum erat, perditū esse calumniabatur: & quod nō erat effusum, uenundare properabat, ut de pretio furaretur. Falsum locutus est, frustra calumniatus est: quoniam ei qui unguentum admisit, non erat ibi delectatio profusionis, imō meditatio ui-

a. uenidit. Duplex effusio ungenti à Maria facta. Luc. 7. Iohā. 11.

Quæstio sit intentione mulieris ungentis. Matc. 14.

Responsio. Luc. 7.

Bonū intuitum, melior finis huius operis. Reg. 4.

Iniqua indignatio discipulorum.

Iohā. 12.

Ad sepeliendum me fecit

Gen. 43.

Nō totū effusum est unguentum.

Matc. 27. Iohā. 19.

**Hoc fecit in memoria eius.** Cuius mortis, quod notum esse uoluit, dicens: Ad sepeliendum me fecit. ¶ Quod protinus sequitur, Amen dico uobis, ubicunq; predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicitur & quod hæc fecit in memoriam eius, magis ac magis nos excitat ad considerandam hanc faciem uituli huius. Quid enim nobis innuit, uel quod suum hæc facies tendit intuitum, dicendo, Hoc euangelium, nisi in ipsum passionis suæ sacramentum, in quo stabat, & de quo loquebatur paulo ante, sic incipiens, Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur? Ipsam nimirum passionis, sepulturæ & resurrectionis suæ prædicationem, quæ tunc in toto mundo audienda erat, & nunc audita est, uere & fideliter nominauit euangelium, quod interpretatur bonum nuntium. Audiuius, credidimus, propter quod & loquimur, quia uere bonum est nuntium; & ubicunq; predicatur hoc bonum nuntium, dicitur & quod hæc fecit in memoriam eius; & ualde utiliter ex euangelica scriptura dicitur, ut & nos similiter faciamus, nos inquam, omnis ecclesia de cunctis gentibus peccatricibus & iustificatis per gratiam eius. ¶ Cum enim charitatis obsequium quibuslibet ex minimis eius, pro eo quod uult ei fideles, impendunt diuites, dando manducare esuriētibus, dando bibere sitientibus, hospites colligendo, nudos operiendo, infirmos uisitando, & ueniēdo ad eos qui in carcere sunt; nimirum suaue & odoriferum effundunt unguentum super pedes eius, & hoc faciēdo, effundunt etiam super caput eius, dum pro eo quod sic ministrant de rebus temporalibus, nihil omnino uanæ gloriæ suæ laudis humane rescire uolentes, spem suam totā reponunt in celestibus. ¶ Et ut de spiritualibus quibus obsequijs non taceam, quando fidelem & utilem de illo habemus uel facimus sermonem, deum & hominem eum confidentes siue prædicantes, nimis & super caput & super pedes eius unguentum bonum effundimus, & ex huiusmodi odore unguenti domus impletur, totus Christianus conuentus lætificatur. O quoties indignati sunt pro huiusmodi, etiam illorum nonnulli, quos negare non posses discipulos esse domini, & fremuerunt aduersus fidelem animam, ita facientem, componentem optimum unguentum, & effundētem super caput & pedes domini, id est, scribentem scripta fidelia secundum ueritatem sanctarum scripturarum, spirantia ubiq; siue redolentia fidem & confessionem ueræ diuinitatis, & ueræ humanitatis dei & hominis Iesu Christi. ¶ Indignationem eiusmodi in plerisque legimus, & nos ipsi, nostris diebus, nostris pro opusculis, non nihil experti sumus. Verum quomodo illic alij discipuli simpliciter indignati sunt, Iudas uero, qui indignationis illorum fuit incēdium, malitiose & pro cupiditate lucris indignatus est ita extunc & usq; nunc, Iudæi quidem & hæretici malitiose indignantur, nonnulli autem catholici simpliciter indignati sunt, & indignantur aduersum nos, scribentes & studentes in scripturis; & quasi perditionem ungenti existimant, quod scribimus, putantes quod per præsumptionem & pro uana gloria hoc faciamus. Sed tandem loquitur dominus, testis fidelis & conscius cuiusq; intētionis, & dicit: Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonum operata est in me. Deniq; etiam præter commune testimonium, quod perhibebit omnibus, & quo omnes defendet in die iudicij, iam hic nonnullos talium defendit qualibet defensione, ut inter indignationes ipsas perferuere, & opus bonum quod operari ceperint, ualeant perficere. L. Tunc abiit unus de duodecim, qui dicitur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebatur opportunitatem, ut eum traderet. Hoc opus illi operi mulieris oppositum siue contrariū est, ut bono malum. Plane sicut de illa dixit, opus bonum operata est in me, sic e contra de isto dicit dominus, malū opus operatus est in me. Illa enim ad sepeliendum me pretioso ungento unxit, iste ad crucifigendū me uili pretio uendidit. ¶ Nulla tradidit scriptura quempiam sanctorum siue prophetarum, qui multum interfecti fuerant, ita ut aliquando diceret unus ex illis Helias, Relictus sum ego solus, & quærent animam meam, sic uenditum siue emptum fuisse, ut uēditus siue emptus est iste sanctus sanctorum, id est, sic emptum, ut emptores interficerent eum. Ioseph quidem sanctus in typum huius fuit uenditus, sed emptores non iccirco emerunt, ut interficeret eum. Et Aman impiissimus iccirco, ut interficeret, emere uoluit uniuersum genus Iudæorum, in quo utique nonnulli iusti erant, dicens regi Assuerus: Si tibi placet, decerne ut pereat, & decem milia talentorum appendam arcarijs gazæ tuæ. Sed neq; rex accepro argento populum uendidi, neq; Aman placito suo gratis concessum interficere potuit. ¶ Iste unus sanctus sanctorum ad hoc emptus est ut interficeretur, emptus pretio uili, scilicet triginta argenteis, quod pretium uix est unius uituli bruti, quo multo melior erat iste uitulus domini. Quanto melior: Caput eius (ait dilectus in Canticis) aurum optimum, manus eius aureæ penatæ hyacinthis. Venter eburneus, distinctus sapphyris. Crura columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Hic tantus triginta emptus est argenteis, uenditore nimis ultroneo, ponente pretium in arbitrio ementium, ac dicente: Quid uultis mihi dare, & ego eum uobis tradam? Hinc per prophetam Amos dictum est, Super tribus sceleribus Israel & super quatuor non cōuertam eum, pro eo quod uendiderit argento iustum, & pauperem pro calcamentis, Deniq; & si hoc perispe-

Hoc fecit in memoria eius.  
 2. Cor. 4.  
 Matt. 21.  
 Obsequia spiritualia.  
 Indignatio quondam contra studia.  
 3. Reg. 19.  
 Gene. 37.  
 Hester. 3.  
 Vile pretii uenditionis.  
 Cant. 5.  
 Amos. 8.

fecit ille Israel, nos tamen ea tantum attendimus, quæ cognita de scripturis habemus. Primo uendiderunt argento iustum, & pro calceamentis pauperem, quado decem filij Iacob fratrem suum Ioseph uiginti argenteis Ismaelitibus uendiderunt, quo ex pretio quum singulis non plures obuenissent quàm duo argentei, uix inde potuerunt calceari. In illo scelere sic isti mensuram parum suorum impleuerunt, ut triginta argenteis Iudas uenderet, emerent autem principes sacerdotum talem tantumq; pauperem iustum: qui uidelicet duo principes facerem Annas & Caiphas, pompaticæ soliti incedere, ex eodē pretio, cum retulisset eis traditor, uix factis insigniter potuerunt calceari. ¶ Hoc agendo Iudas infelix uere abiit, & ueraciter sic dictū est, tunc abiit unus de duodecim. Abiit enim, & totus recessit ab illis, apostolatium suum dimisit, episcopatum suum alteri dereliquit. Abiit (inquam) in consilio impiorum & in uia peccatorum stetit, & in cathedra pestilentie sedit. ¶ Abiit a deo, stetit cum diabolo; & relatis triginta argenteis, nihilominus in triginta maledictionibus, ore prophetico, in psalmo ceteris modoclarum tricies maledictus, antequam natus. Prima est maledictio, constituitur super eum peccator, Secunda, & diabolus stetit a dextris eius. Tertia, cum iudicaret, exeat cōdemnatus. Quarta, & oratio eius fiat in peccatum. Quinta, fiant dies eius pauci. Sexta, & episcopatum eius accipiat alter. Septima, fiant filij eius orphani. Octaua, & uxor eius uidua. Nona, nutantes transferantur filij eius & mēdicent. Decima, enīciatur de habitationibus suis. Undecima, scrutetur fenecrator omnem substantiā eius. Duodecima, & diripiant alieni labores eius. Tertiadecima, non sit illi adiutor. Quarta decima, nec sit qui misereatur pupillis eius. Quinta decima, fiant nati eius in interitū. Sextadecima, in generatione una deleatur nomen eius. Septimadecima, in memoriam redeat iniquitas patris eius in conspectu domini. Octauadecima, & peccatū matris eius non deleatur. Nonadecima, fiant contra dominum semp. Vicecima, & disperat de terra memoria eius. Vicecima prima, & dilexit maledictionem & ueniet ei. Vicecima secunda, & noluit benedictionē & eligabitur ab eo. Vicecima tertia, & induit maledictionem eius uestimentū, Vicecima quarta, & intrauit sicut aqua in interiora eius. Vicecima quinta, & sicut oleum in ossibus eius. Vicecima sexta, fiat ei uicium uestimentum quo operitur. Vicecima septima, & sicut zona qua semper præcingitur. Vicecima octaua qui insurgunt in me, cōfundantur. Vicecima nona, induantur qui detrahunt mihi, pudore. Tricesima, & operiantur sicut diploide confusione sua. ¶ Quam ergo mala, quam damnosa decimatione miser, nec tamen miserabilis Iudas, illam quam dixerat perditionem ungenti recuperauit? Dixerat enim: Vt quid perditio hæc? Quare hoc unguentum non uenit trecentis argenteis, & datum est egenis? Trecentorum quippe denariorum decimatio sunt triginta denarij, quot uel quibus benedictum uendidit, & triginta maledictiones hæreditate possedit. L. Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicens: Vbi uis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatē ad quendam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit Iesus illis, & parauerunt pascha. L. Prima dies azymorum, quartadecima dies erat mensis primi, cuius ad uesperam pascha erat. i. immolatio agni, dicente domino ad Moysen: Mensis iste principij uobis mensis, primus erit in mensibus anni, & cæ. usq; Septem diebus azyma comedetis, in die primo non erit fermentatum in orationibus uestris. Item: Primo mense, quartadecima die mensis ad uesperam comedetis azyma, usq; ad diem uicesimam primam eiusdem mensis ad uesperam. ¶ Sane primus mensis apud Hebræos Nisan, apud nos dicitur Aprilis, quem ita secundum legem propter rationē paschæ obseruamus, ut lunatio, cuius quartadecima dies in ipso æquinocetio uel post æquinocetium uenerit, ipsa mensis primus habeatur. Ad uesperam illius diei, quado luna plenissima est, agnus mystico ritu immolabatur, & comedebatur cum azymis panibus & lactucis agrestibus. Illa die cum in cunctis domibus immolandum teneretur agnus, a decima die seruatus, ut ad uesperam immolaretur, quare ab Iudas opportunitatē, ut agnū dei traderet, & opportunitas hoc modo quarebatur: Ite, ait dominus Iesus, in ciuitatē ad quendam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meū prope est, & c. Namin ciuitatē, hoc est, in Hierusalē a Bethania uenit, & illuc ueniendo ac diuitius immorādo, traditori opportunitatē fecit. ¶ Sciendū quippe, quæ cæteris diebus cū in templo dormisset, ad uesperā egrediebatur in Bethaniam, & ibi noctibus morabatur, adeo nulli unquā adulatus, ut in tam magna & ampla ciuitate, nec saltem unius noctis unquam habuerit hospitij. Illa nocte, qua tradendus erat, diuitius (ut iam dictum est) immorari uoluit, licet sciens (ut euangelista Iohannes scribit) omnia quæ uentura erant super eum. Non enim deceret principē fortitudinis, quauis nostræ mortalitatis infirmitate circumdatū, quamuis morte instante paueret & tæderet, refugere horā uel tempus suum, redeundo more solito citius in Bethaniam. ¶ Nūquid enim deberet, nunquid iustum aut legitimum esset, aliās q̄ Hierosolymis illud uetus pascha cōsummare, nonnūquid corporis & sanguinis sui sacrificium, q̄d illa nocte fecit, offerre: Caue (inquit lex) ne offeras holocausta tua in omni loco quem uideris, sed in eo quem elegerit dominus, in una tribuum tuarū; offeres hostias, & facies quæcunq; præ-

Gen. 37.  
 Matt. 23.  
 Abiit Iudas  
 Psal. 108.  
 Actu. 1.  
 Psal. 1.  
 Triginta maledictiones in Iudam.  
 Mala decimatione Iudæ al. uendit.  
 Lex de azymis.  
 Exo. 12.  
 Deut. 16.  
 Observatio paschalis temporis.  
 Cur eo uespere diuitius solito immoratur? Iesus in Hierusalē.  
 Iohā. 18.  
 Marc. 14.  
 Deut. 12.



cipio tibi. Factus sub lege, obediētiā legi debebat, ut non in Bethania siue in alio quocunq; loco, sed in loco quem elegerat dominus, scilicet in Hierosolymis, sacrificium suum offerret. Quādo putas locum illum elegit dominus? Putas ne quādo Salomon in ea ciuitate templum condidit? Imō quando pater Abraham filium suum Isaac ibi obtulit, tentante dño ac dicente, tolle filium tuum unigenitū quem diligis Isaac, & uade in terrā uisionis, atq; offer eum ibi in holocaustū super unum montium quem monstrauero tibi. Iam tunc elegerat dñs locum illum sacrificio huic, cuius in typum iusserat dominus Isaac ibidem a patre suo sibi offerri. Nam qd legimus, in terrā uisionis, in Hebræo habet Moria. & est mons, in quo postea templum conditū est, in area Ornan Iebusæ, sicut & in Paralipomenon scriptū est: Et cepit Salomon domū domini in Hierusalē in mōte Moria, q̄ demonstratus fuerat Dauid patri eius, in loco, quem parauerat Dauid in area Ornan Iebusæ. Hęc iccirco dixerim, ne ignorē causam, cur uitulus iste siue agnus immolādus, accedere debuerit ad locū immolationis, scilicet quā factus sub lege, debuit obedire legi. ¶ Tūc de ingressu eius in eandē ciuitatē, quo ingressus est decima die, sentiendū ac dicēdum est. Neq; em̄ (ut nonnulli putāt & dicunt) iccirco cū tanta gloria tunc in ciuitate introiuit, ut eos prouocaret ad interfecōnē suā, sed obediens legi dicēti, Ter in anno apparebit omne masculinū tuum coram dño deo tuo, tribus uicibus per annos singulos ascēdebat, scilicet in solennitate azymoz, in solennitate mensis primitiuoz, & in solennitate tabernaculorum. Populoz autem turbę, quę conuenerant ad diem festū, iccirco cum tanta gloria obuiā ei uenerunt, quia audierant eum fecisse recens illud miraculū, scilicet uocasse de monumento Lazari mortuum quatriuānū. L. Vespere autem factis, discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edētibz illis, dixit: Amen dico uobis quia unus uestrum me traditurus est. Et contritatu ualde, cooperūt singuli dicere: Nunq; ego sum domine? At ipse respōdens, ait: Qui intingit mecū manum in parophide, hic me tradet. Fili? quidem hominis uadit sicut scriptam est de illo, Vā autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respōdens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit, & dedit discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meū. Et accipiens calicē, gratias egit, & dedit illis, dicēs: Bibite ex hoc omnes. Hic est em̄ sanguis meus noui testamenti, q̄ pro multis effundet in remissionem peccatoz. Dico autē uobis, non bibā amodo de hoc genimine uitis, usq; in diē illud, cū illud bibam uobiscū nouum in regno patris mei. ¶ Hic idē narrationis ordo apud Marcum habetur, scilicet inter manducandū & bibendū, dum manducaret uetus pascha, id est, agnum assum cum azymis panibus & lactucis agrestibus, proditor rem fuisse designatū, dicēdos: Amen dico uobis quia unus uestrum me traditurus est, &c. usq; quo ait illi, Tu dixisti. Et tunc demū sacramentum corporis & sanguinis sui dominum tradidisse discipulis suis, ubi iam de traditore illo nulla mētio fit. Porro apud Lucam textus uel ordo literę aliter habet. Prius em̄ utrunq; pascha, scilicet uetus & nouū, continua narratione describit, & tunc demū hęc dñi uerba subiungit, Veritas enim ecce manus tradentis me, mecum est in mensa, &c. ¶ Hęc diuersitas in ordine narrationis, diuersas magnis atq; catholicis patribus de Iuda traditore sentētiās peperit: alij dicētibz de illo, q̄ interfuerit alij astruētibz, q̄ iam exisset & nō interfuerit, ubi dñs iam dictum corporis & sanguinis sui sacramentū discipulis suis tradidit. ¶ Præcipuus pater Augustinus, attendēs Lucę euāgelistę narracōnē siue literę eius seriem, hoc sensu, hoc in plerisq; locis scripsit, q̄ ille interfuerit, & cum cæteris apostolis sacramentū hoc accepit. Exēpli gratia. In euāgelio secundum Iohannem, ubi dicitur em̄ est, Et post buccellā tunc introiuit in illum satanas, non autem (ait) ut putant quidā negligenter legentes, tunc Iudas Christi corpus accepit. Intelligendū enim est, q̄ iam omnibus eis distribuerat dominus corpus & sanguinis sui sacramentū, ubi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas euidentissime narrat, ac deinde ad hoc uentum est, ubi secundum narrationem Iohannis apertissime dominus per buccellam tinctā atq; porrectam suum exprimit traditorē, fortassis per panis tinctiōnē, illius significans fictionem. ¶ Porro beatus Hilarius hanc Matthę narrationē sequens, in hoc ipso euāgelio dicit: Post quē Iudas proditor indicatur, sine q̄ pascha accepto calicē & fracto pane conficitur. Dignus enim æternoz sacramentorū nō fuerat communione. Nam discessisse statim hic intelligit, q̄ cum turbis reuersus ostēditur. Neq; sane cum deo bibere poterat, qui nō erat bibiturus in regno, cum uniuersos isti uin bibētes, ex uitis istius fructu secū postea bibituros polliceretur. ¶ Si ergo causa postularerit, ut in quęstionē ueniat, utrū Iudas adhuc in illa hora cum discipulis fuerit, an ante iam exierit, quis horum magis audiendus uel se quendus erit: Is utiq; cui magis opitulatur ratio sumpta de textu euāgelicę narrationis. soli nanq; sunt prophete & apostoli, quoꝝ de scripturis in aliq; dubitare nefariū sit. Quod quū multis ipsoꝝ, qui scripturas tractauerunt, confirmari possit sententię, una sufficiat beati Hieronymi in uersiculo psalmi LXXXVI. Dominus narrabit in scripturis populorum & principum horum qui fuerunt in ea. Videte (ait) quid dicat, Qui fuerunt, non qui

5. Reg. 8. Gen. 22.

1. Par. 2.

Gal. 4. Ingressus Iesu in die palmarū. Exo. 22.

Matt. 21. Iohā. 11.

Marc. 14.

Luc. 22.

Duplex doctorū sententia de Iuda in cœna dñi. sententia Augustini.

Iohā. 15.

Sententia Hilarij.

Verba Hieronymi. Psal. 86.

qui sunt, ut exceptis apostolis quodcunq; aliud post ea dicitur, abscondatur, non habeat autoritatem. Quamuis ergo sanctus sit aliquis post apostolos, quamuis disertus sit, non habeat autoritatem, quoniam dominus narrat in scripturis populorum & principum horum qui fuerunt in ea. ¶ Si igitur scire opus est uel scire cupimus, cuiusnam ratio firmiter sit, peruidēdum est prius, quomodo Lucas a cæteris euāgelistis Matthyo & Marco in ista narratione nō discrepet, quia uidelicet beatus Augustinus eorum consonantiam hic non requirit, dum Lucę narrationem sequi uisus est. Quærentibus istud iam occurrit, quia uidelicet quum dixisset, Et accepto pane, gratias egit, & fregit & dedit eis, dicēs: Hoc est corpus meum quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem: similiter & calicem ita determinauit, ut diceret, Postquam cœnauit. Profecto si postquam cœnauit, ergo & post uerba hæc, Verum tamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa: quia (sicut iam dictum est) secundum alios euāgelistas hæc uerba dixit, nec postquam cœnauit, sed quando cœnauit, & de cœna ipsa buccellam in tinctam Iudæ porrexit, qui & (sicut Iohannes refert) cōtinuo exiit. ¶ Hic iam quæritur, quid opus fuerit, ut hic euāgelista tali uteretur modo narrationis. Est enim hic modus, quem recapitulationem uocant, unde Ticonius quidam, qui (ut ait beatus Augustinus) contra Donatistas inuictissime disseruit, sextam regulam scripsit in libro, quem regularū uocauit, quia in eo quædam septem regulas excutis est, quibus quasi clauibus diuinarum scripturarum aperientur occulta. Sextam regulam ille recapitulationem uocauit, in obscuritate scripturarum fati uigilanter inueniam. Sic enim dicuntur quædam quasi sequantur in ordine temporis, uel rerum continuatione: narratur: cum ad priora, quę prætermissa fuerant, laenter narratio reuocetur, quod nisi ex hac regula intelligatur, erratur. Exēpli gratia, In Genesis scriptum est: Plātauerat autem dominus deus paradysum uoluptatis a principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Statimq; sequitur: Produxitq; dominus deus omne lignum pulchrum uisu & ad uescendum suauē, lignum etiam uitæ in medio paradisi, lignumq; sciētię boni & mali. Hoc igitur uidetur dictum, tanquam id factum sit, postquam factum posuit deus hominem in paradiso, quum breuiter utroq; commemorato, scilicet & quod plātauerat dominus deus paradysum, & quod in eo posuit hominem quem formauerat, recapitulādo redeat & dicat quod prætermiserat, uidelicet quomodo plantatus fuisset paradysus. Multa secundum hunc modum in scripturis inueniuntur, quorum ad obscuritatem elucidandam regula hæc, scilicet recapitulatio, ualde utilis est. ¶ Hoc ergo quæritur, ut iam dictum est, cur Lucas euāgelista scribendo illam domini cœnam, tali narrationis modo uti uoluerit. Istud quærentibus, illud in primis demonstrandum est, quia solus ipse, uidelicet Lucas, hæc domini uerba præscripsit, dicta in illa priori cœna typici paschæ siue agni paschalis, quem comedit cum suis discipulis secundum morem ueteris mandati. Desiderio (ait) desiderauit hoc pascha manducare uobiscum antequam patiar. Dico enim uobis, quia ex hoc non manducaabo illud, donec impleatur in regno dei. Et accepto calice, gratias egit & dixit: Accipite & diuidite inter uos. Dico enim uobis, quod non bibam de genimine uitis, donec regnum dei ueniat. Hoc solus (ut iam dictum est) Lucas scribere curauit, dominum dixisse, quod desiderio desiderauerit cū discipulis suis comedere pascha illius anni, qui annus erat tricenisimustertius assumptæ humanitatis, suiq; desiderij causam hanc subiunxisset, quod pascha illud manducaturus, & calicē eiusdem typici paschæ bibiturus non esset, donec impleatur in regno dei. Congruum ergo fuit, ut modum adimpletionis illius cōtinuo perscriberet: iccirco dilatis, quę in eadem cœna dicta sunt, Et accepto, inquit, pane, gratias egit, & fregit & dedit eis, dicēs: Hoc est corpus meum quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicēs: Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine, qui pro uobis fundetur. Hoc itaq; modo impletur in regno dei illud, quod illo priore pascha & priore calice figurabatur. Extic enim uenit regnum dei, cuius uidelicet regni initiū erat passio eius ad quā nocte illa tradebatur, tertia die resurrectus. Itaq; causam nos arbitramur dixisse idoneā, propter quam solus Lucas uerba ista scripsit, scilicet ueteris ac noui, paschæ narrationē continuare uoluerit, ac demum per recapitulationem redisse ad uerba, quę ante sacramentum noui paschæ dicta esse testantur euāgelistę cæteri. ¶ Non ignoro quod pleriq; & fere omnes sensum se quatur & magis amplectantur beati Augustini quā beati Hilarij, quem tamen aliter sensisse uel scripsisse hæctenus nouerant admodum pauci. Aiunt nanq; multos hodieq; indignos (& quod uerum est) idem sacramentum accipere, & accipiendū iudicium sibi manducare & bibere. Aiunt etiam, quod itidem uerum est, nemini nisi confesso uel conuicto de crimine sacramentum hoc denegari debere, & quā alia ratione, imō multis rationibus illud comprobetur, maxime huic rationi innituntur, quia dominus Iudæ traditori, sicut & cæteris apostolis, sicut nondum confesso aut conuicto comunione eiusdem sacramenti non negauit. ¶ Sed uideamus utrum Iudas secundum præscriptā considerationem confessus uel conuictus fuerit, an non, quādo dominus hoc sacramentum tradidit. Nam quomodo uel quali ordine in occultis criminibus ad

pater exferi pueris, Iudā nō inter fuisse sacre cœnæ factę Luc. 22.

Iohā. 15. Recapitulatio, sexta regula Ticonij.

Gen. 2.

Cur Lucas alio narratiōis modo uti hic, q̄ alij euāgelistæ. Luc. 22.

Rōnes pro sententia Augustini.

An Iudas esset de crimine cū cō-



Duplex tē-  
ratio dei,  
una truinā.  
Exo. 16.

Plal. 77.

Altera in  
gloriā.

Sapi. 5.

Deut. 8.

Magna ten-  
ratio circa  
faciem cor-  
poris & san-  
guinis  
Chri.  
Hebr. 1.

Ibid.

Ilego illas.

Gen. 1.

Ioh. 15.  
Ioh. 6.  
fortē vil-  
lione.

Heretici cir-  
ca hoc fa-  
cramentū in  
lege præfi-  
gurati.  
Plal. 77.

lorum est. ¶ Quod ut apertius dictum sit, deus non nisi male tentatus ab aliquo, nō tentat ali-  
quem tentatione, in qua comprehendatur præuaricator. Exempli gratia: In tentatione supra  
memorata, qua tentauit populum, dicens, Egre diatur populus, & colligat quæ sufficient per  
singulos dies, ut tentem eum utrum ambulet in lege mea, an nō idem autem secula parēt quod  
inferant, & sit duplex quàm colligere solebant, quia in die septimo non inueniatur: præua-  
ricatores inueniendi erant. Venit enim dies septima, & egressi de populo ut colligerent, non  
inueniunt. Dixit autem dominus ad Moysen: Vt quō non uultis custodire mādāta mea &  
legem meam? Nunquid intentatus deus eos illa tentatione tentauit, quos præuaricatos nō  
ignorauit? Non utiq; intentatus, murmurauit enim omnis congregatio filiorum Israel, mur-  
murando tentans, tentando murmurās, sicut habemus in psalmo: Et tentauerunt deū in cor-  
dibus suis, ut peterent escas animabus suis, & male locuti sunt de deo, dixerunt, Nunquid pote-  
rit deus parare mensam in deserto? Nunquid & panem poterit dare, aut parare mēsam popu-  
lo suo? ¶ Porro si quem tentat deus, a quo non ipse est male tentatus, illi nimirum omnis tēta-  
tio in gloriam cooperatur. Vnde non solus Abraham, quem deus tētauit in oblatione filij sui,  
uerū etiam fere omnes sancti pro exemplo sunt, de quibus Sapientia dicit: Et tū corā homini-  
bus tormēta passi sunt, deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se. Oibus his Moyses dicit il-  
lud, quod Israel in Deuteronomio dicit: Adduxit te dominus de<sup>o</sup> tuus per desertū, ut afflige-  
ret te atq; tentaret, & nota fierēt quæ in tuo animo uersabantur, utrū custodires mandata illi  
us an non. Ac dein cepit: Eduxit riuos de petra durissima, & cibauit te manna in solitudine, qd  
nescierūt patres tui. Et postq; afflixit ac probauit, ad extremū miserus est tui. ¶ Igitur ad pro-  
positū redeam, magna in isto sacramento tentatio dei est, tēratio quærens fidem, ad euacuandam  
perfidia, quam tentatio diaboli in primis hominibus inuenit, quibus uetitū comedere per-  
suasit. Est autē fides (ait Apostolus) speranda: substantia res, argumentum non apparentiū,  
Oportebat ergo non apparere res, ut locū haberet sub si<sup>o</sup> ista hęc, res inquam, i. carnem & san-  
guinē non apparere oportebat, non solumne sensus nostrōs comedentiū atq; bibentiū natu-  
rali offensione offenderentiū: quibus humanā carnem manducare uel dēibus terere, sanguinēq;  
humanum bibere, neq; pium, neq; naturæ amicum est: uerum etiam, ut locū haberet hęc spe-  
randæ substantia rerū, hoc argumentum rerum nō apparentiū, scilicet fides, in qua testimo-  
nium (ait idem Apostolus) consecuti sunt senes. Deniq; si omēs respicias senes, i. antiquos pa-  
tres, quibus testimoniū sancta perhibet scriptura, q; fuerint fideles, quosq; Apostolus ibidem  
enumerat, sententiā hanc uerā interferens, Sine autē (ait) fide impossibile est placere deo: omni-  
um illorum fidem probatam inuenis circa res uias quæ non apparebant, quas ipsi iam non ui-  
dere, sed tantū sperare poterant, quarum etiam aliquæ non solum nō apparebāt, sed & supra  
naturam erant. ¶ In hoc itaq; sacramento, cum sit opus magnæ atq; ineffabilis misericordiæ,  
miro nihilominus iudicio, miranda tentamur ueritate, ut manifesti fiant hi quorum est fides,  
quibus salua iudicij rectitudine, misericordia cōdonare debeat morsus illius ligni uetitū, quos  
momordit mulier & dedit uiro suo, mala in deum suspitione, peruersa & nimia circa serpen-  
tem credulitate. Nonne credidit ubi fuit qd non apparebat, quod non uidebat? Nunquid oculo  
uis uidebant in illo fructu ligni uirtutem tantę rei esse cōtinuam, quam serpens promisit, dicens,  
Eritis sicut dñi: Et qdem nec illa mors apparebat aut uideri poterat uel oculis, quā interminat<sup>o</sup> su-  
erat deus, dicens, In quocunq; die comederis ex eo, morte morieris: sed credere oportuisset  
deo creatori fideli in omnibus quæcunq; dixit: creditum autem fuit nō creatori, sed serpentū  
non deo, sed diabolo. Totum illud sacrilegium per istud emendatur sacramentū, in illis qui  
credunt, & credentes percipiunt, in fide humiles, in humilitate fideles: ac proinde illis paren-  
tibus longe dissimiles, cum illi promissum illud audierint in pretium præuaricationis, Eritis  
sicut dñi, superbi & male credulitate proinde male creduli, quia superbiū autem uocē humi-  
litate audiunt in mysterio siue annūtiatione mortis eius, uos amici mei estis, manete in me, &  
ego in uobis. Quāto enim suauior est hęc uox, Qui manducat carnem meā & bibit sanguinē  
meū, in me manet & ego in illo, dilectione illa, quā serpens futurū ait, Comedite, & critis sic  
ut dñi, qui utiq; de suo non dabat, sed rapinam facere suadebat: hic autem non qualecunq; su-  
um, sed suam carnem & suum sanguinem dat. ¶ In illis q non credunt, & non credētes ore ta-  
men sacramentū percipiunt, cibus & potus iste operatur iudicium, quia tentati reprobū inuē-  
ti sunt, eo ipso q sine fide sunt, & male tentant deū. De huiusmodi hereticis in illo psalmo pa-  
rabolay, q sic incipit: Atrēdite popule meus legem meam, inclinate aurem uestram in uerba  
oris mei, apertā in parabolis os meum, ita dictum est: Adhuc efcę eorū erant in ore ipsorum, &  
ira dei ascēdit super eos, & occidit pingues eorū, & electos Israel impediuit. Eorum namq; pec-  
catum est in eo, quod dicunt tentantes deum: Quoniā percussit petram & fluxerunt aquę, &  
torrentes inundaerunt, nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo: Est  
enim hic sensus: Nunquid quia potuit deus facere, ut patefacto crucifixi Iesu Christi latere, qd  
fuit percuti petram, fluxerit aqua cum sanguine, & impleterentur scripturę, & intelligibiles fie-  
rent

rent, sufficientiq; mentibus nostris ad bibendum, in modum torrentium inundantium: nun-  
quid, inquam, quia potuit illud facere, poterit etiam panem cōsecrum manibus hominū con-  
uertere in corpus, & uinum de palmitibus istis in sanguinem suum? Alioquin nisi mysterium  
attendas, sensus secundum litteram non constat: quoniam percussit petra & fluxerunt aquę,  
nunquid & panem poterit dare, quia uidelicet panis iste, id est, Manna secundū historiam prius  
datum est, q percussa petra fluxerunt aquę. Hactenus dilectio sacramenti huius morosus nos  
detinuerit, nunc ad cætera pergamus. Leet hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Tunc  
illis dicit Iesus: Omnes uos scādalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptū est enim: Percutit  
pastorem, & dispergentur oues gregis. Postq; autem surrexerō, precedā uos in Galilæam. Re-  
spondens autē Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunq; scandalizabor.  
Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte, anteq; gallus cāter, ter me negabis. Ait illi Pe-  
trus: Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.  
Exitus iste in montem Oliueti ille est, quem apud Iohānem habemus, cum terribilibus ac re-  
uerendis uerbis istis: Surgite, eamus hinc, & ita exiit in montem Oliueti, in ipsa hora suę traditionis, quando Iudas loquebatur cum senioribus,  
statim uenturus cum cohorte & ministris: nisi relinquere ciuitatem illam, quemadmodū per  
prophetam Hieremiā prædixit: Reliqui, ait, domum meam, dimisi hereditatem meam, facta  
est mihi hereditas mea quasi leo in sylua, dedit contra me uocem suam, ideo odiui eam. Ergo  
& prophetiam hanc & illud, quod per semetipsum dixerat ante biduum, ecce relinquetur uo-  
bis domus uestra deserta, iam impleri significans, surgite, inquit, eamus hinc. Et exierunt in  
montem Oliueti. Factis enim non minus quàm uerbis loqui, sapientiæ dei familiarē est. Io-  
sephus quoque uocem similem testatur fuisse auditam: Noctē, inquit, sacerdotēs intimum  
templum more suo ad diuinās res celebrandas ingressi, primum quidem motum quemdam  
strepitumq; senserunt, post ea uero subitam uocem audierunt, quæ diceret: Migremus hinc.  
Ita cum terribili significatione uocum, omne præsidium salutis sese ab illa ciuitate migrare  
demonstrauit, iuxta quod & ab ipso templo exiens idem dominus prius significauerat, dicen-  
te euangelista: Iesus autem abscondit se, & exiit de templo. Mala subsequebantur probaue-  
runt, uere & de templo illo exisse & de ciuitate illa abisse Iesum, & ab utroq; migrasse omne  
angelorum præsidium. ¶ Et congrue non quouis, sed iuxta consuetudinem tunc quoque exi-  
it in montem Oliueti. Illinc enim ascensurus erat in cælum, quo factō reueri sunt, ait Lucas,  
Hierosolymam a monte, qui dicitur Oliueti, qui est iuxta Hierusalem, sabbathi habens iter  
Nec uero repugnat illud quod scripsit idem Lucas: Eduxit autem eos foras in Bethaniam  
& eleuatis manibus suis, benedixit eis, & factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, &  
ferebatur in cælum. Bethania nanque in latere montis Oliueti sita est. Ergo ubi per ascensio-  
nem confumanda erat eius gloria, illuc recte exiit, eandem gloriam suam oratione præue-  
nire, & agonem suę passionis inchoare, quod idem Lucas euidentius narrat. Postis, inquit, ge-  
nibus orabat, factus in agonia, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in  
terram. ¶ Iam dicti exitus sui causam, propter quam recte diceret, relinquetur uobis domus  
uestra deserta, breuiter insinuat, dicens: Omnes uos scādalum patiemini in me, in ista no-  
cte. Scriptū est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Scādalum illud  
omnes nouimus, nec demonstrare opus est, quomodo scandalizati fuerint, quomodo omnes  
relicto eo fugerint, quomodo Petrus suæ, quam putabat, fortitudinis oblitus, scādalo no-  
ctis illius sic offensus sit, ut ter eum negaret, dicens: Nescio quid dicis, non noui hominem, &  
tunc demum gallo cantante recordatus sit uerbi Iesu dicentis: Prius quam gallus cāter, ter  
me negabis, & respiciente eum domino, egressus foras, amare fleuerit. Non, inquam, demon-  
stratione opus est, sed nos proposito tenemur, nos faciem istam, faciem uitalis in hac immola-  
tione ipsius contemplari delectamur. Si cui uacat, se deat nobiscum, & contempletur pari-  
ter in claritate faciei huius pulchritudinem oculorum ipsius. ¶ Et hoc ut locupletius fiat, res  
anterius gesta ad memoriam est reducenda, ualeat enim mysterium eius in attentione ista. Iussit  
aliquando hic dominus nosse discipulos suos ascendere in nauiculā, & præcedere eum tras  
fretum, donec dimitteret turbas. Cumq; dimissa turba solus ascendisset in montem, & uel pe-  
re factus solus esset ibi & oraret, nauicula in medio mari iactabatur fluctibus, erat enim uetus  
contrarius. Quarta autē uigilia noctis uenit ad eos, ambulās super mare. Cumq; turbatis illis  
dixisset, habere fidutiā, ego sum, nolite timere. Domine, inquit Petrus, si tu es, iube me uenire  
ad te super aquas, & descendens de nauicula ambulabat super aquas. Videns ergo uentū uali-  
dum, timuit. Et cum cœpisset mergi, clamauit dicens: Domine, saluum me fac. Et continuo Ie-  
sus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei quare dubitasti? Deniq; res  
illa gesta, miro modo & res gesta & rei gerendæ quædam fuit parabola, siquidem placet  
parabolam dici, non solum in uerbis, uerum etiam in factis, quoniam & Apostolus enumera-  
tis compositionibus primi & secundi tabernaculi, quæ, inquit, parabola est temporis in istis.

Conueritē  
panis i cor-  
pus Chri.

Zacha. 17

Surgite, ea  
mus hinc.  
Iohan. 14

Hiere. 13

Marth. 13

Iose. de bel-  
lo Iuda. lib.  
7. cap. 11

Iohan. 8

Acto. 1

Lucæ ult.

Lucæ 22

Matth. 23

Negatio Pe-  
tri præsi-  
gnata pri-  
us in eius sub-  
mersione.  
Matth. 14

Hebræo. 9

Iesus oravit solus & secretum. Match. 26 Lucæ 22

¶ Igitur dimissa turba solus Iesus ascendit in montem orare, quia sic futurum erat, & sic factum est, ut exiens de civitate iam non docturus turbam, exiret, ut iam dictum est, in montem Olivæti solus orare. Exierunt quidem cum eo discipuli, sed non usque ad locum orationis. Nam sustinete hic, aut, siue sedete hic, donec vadam illuc & orem. Et assumpti quidem Petrum & Iacobum & Iohannem secum, sed & illis iterum dixit: Sustinete hic, & vigilate. Et progressus puillum, siue aulus ab illis, quantum est iactus lapidis, procidit in faciem suam orans. Ita relictis illis, iterum & tertio abiit & oravit. Solus ergo erat orans nocte illa, siue vespera profunda. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus, id est, fides discipulorum nimis contristabatur, ita ut oculi eorum præ tristitia grauarentur. Sed venit dominus Iesus ambulans super aquas, quia te impetates illas quæ propter ipsum motæ erant & mouebantur, prompto spiritu conculcabat, licet caro esset infirma, etenim caro quidem infirma, dicebat in oratione, mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste: sed spiritus promptus, ueruntamen, ait, nõ sicut ego uolo, sed sicut tu. Ibi confidentia Petri se quoque promptam esse putauit: Domine, inquiens, iube me venire ad te super aquas. Dixit enim: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Animam meam pono pro te, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Cum ista fiducia, quasi iam fortis & bene cinctus, ambulabat & ipse super aquas, ut ueniret ad Iesum. Cum enim discipuli omnes relicto domino fugissent, ipse sequebatur longe usque in atrium, & ingressus intro se debet cum ministris ut uideret finem. Sed ecce uidit uentum ualidum, & timuit, cepitque mergi. Cum enim sederet in atrio cum ministris, ut iam dictum est, accessit ad eum una ancilla ostiaria, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus dicens: Nescio quid dicis. Iterum ab alia similiter uentilatus ancilla, dixit: Non noui hominem. Tertio ab his qui stabant, magno uento impulsus, cepit detestari & iurare, quia non nouisset hominem. ¶ Cum ita cepisset mergi, clamauit dicens: Domine, saluum me fac. Gallo quippe cantante, recordatus uerbi Iesu quod dixerat, priusquam gallus cantet, ter me negabis, egressus foras fleuit amare. Denique sic flere, hoc fuit clamare & saluationem quaerere. Vita clamaret, respectus fecit saluatoris, quem Lucas uenerabiliter expressit, dicens: Et conuersus dominus, respexit Petrum. Postquam surrexit sicut & hic prædixit, postquam autem resurrexero, præcedam uos in Galilæam apparuit ei sicut in euangelio eiusdem Lucæ scriptum est, quia duo ex discipulis regressi in Hierusalem inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant, dicens, quod surrexit dominus uere, & apparuit Simoni. Sed & angelus loquens mulieribus hunc in nomine consolatum esse uoluit dicendo, sed ite dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet uos in Galilæam. Vere ergo Iesus extendens manum, apprehendit eum: referuauit enim illi gradum suum, referuauit & stabiluit principem apostolorum. ¶ Li-

Marci 14 Iohan. 13

Petrus clamauit, dicit saluum me fac. Lucæ 24

Marci 16

Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis. Zacha. 13

Coloss. 1

Mola inferior, & mola superior. Matth. 24

bet nunc inspicere illum prophetiæ locum, quem nobis illustrare debet scintilla hæc ex ore eius dicentis, scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Pauca ex præcedentibus & subsequenter inspecta, pulchram intelligentiam lucem refundent. Præcedentia sunt hæc: Et erit in die illa, dicit dominus deus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra, & prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Et erit cum prophetauerit quispiam ultra, dicent ei pater eius & mater eius genuerunt eum. Non uiues, quia mendacium locutus es in nomine domini, & configet eum pater eius & mater eius genitores eius, cum prophetauerit. Et erit in die illa, confundentur propheta, unusquisque ex uisione sua cum prophetauerit, nec operientur pallio facino ut mentiantur, sed dicet, non sum propheta, homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in medio eorum qui diligebant me. His præmissis: Eram, inquit, suscitare super pastorem meum, & super uirum coherentem mihi, dicit dominus exercituum: Percute pastorem, & dispergentur oues. Deinde subsequitur: Et conuertam manum meam ad paruulos, & erunt in omni terra, dicit dominus, partes duæ, & disperdentur & deficient, & tertia pars relinquetur in ea, & ducam tertiam partem per ignem, & uram eos, sicut uritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse uocabit nomē meum, & ego exaudiam eum. Dicam populus meus es, & ipse dicet, dominus deus meus. Ecce uenient dies domini, & diuidentur spolia in medio tui, & cætera. ¶ Torum illud prophetiæ capitulum illustrat nobis, ut iam dictum est, breuis sententia hæc, scintillas de peccatore & ore ipsius domini, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, dum præmissis, omnes uos scandalum patientium in me in ista nocte, subiungit: Scriptum est enim: Percute pastorem, & dispergetur oues gregis. Itaque ut competenter euangelica utar similitudine molentis. Ait enim ipse dominus: Dug erunt molentes in unum, una assumetur & altera relinquetur. Hæc prophetica quasi mola inferior ponenda est, & cœpta iam euangelica narratio dominicæ passionis superponenda quasi mola superior, ut agente manu domini, circumacta uolucris cursu, fructuosum frumētum gra-num salubriter nobis teramus, & de optima eius medulla candidissimum farris panem in uisum uitæ

uitæ æternæ conficiamus. Tale frumenti granum Christus est, qui de semetipso dicit: Nisi granum frumenti cadēs in terra, mortuum fuerit, ipsum solum manens autem mortuum fuerit, multum fructum afferet, tale, inquam, granum est, ut molēdo nunquam dissipetur, cōggrego permanente, diffundit aut diffusile nunquam definit medulla eius. Nunc interim finis hic fit libelli huius, & sequentem cum iam dicto prophetiæ capitulo, reparatis post lassitudinem uiribus exordiamur.

FINIS LIBRI DECIMI.

RVPERTI ABBATIS

TIS TVITIENSIS, OPERIS DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER XI.



VAM IN SCRIPTVRIS SANCTIS GLORIAM, tuum ò fili hominis quaerere & inuenire honorem in prophetis & euangelicis præconijs, tale nobis est inter cæcilia uitæ presentis quale festo uiatori, remissis interdum grauibus sarcinis residere sub umbra odoriferæ arboris prope riuium aquæ iugiter salientis, gratociotio fugacem insequi & comprehendam attrahere columbam, tactu blando, manibus innocuis. Et reuera sic est Sancta quippe scriptura ipsa est columba illa, de qua ipse autor spiritus sanctus in psalmo dicit: Pennæ columbæ de argentata, & postiora dorsi eius in pallore auri. Ne ergo miretur quis dicens, quid uel ad quid iste scribit, cum sancti partes sufficientia scripserint, quæ cuncta perlegere nemo nostrum sufficit: Nam & si alij nemini, at mihi scribenti hoc ipsum quod scribo iam proficit. Hoc dulce studiū iam in presentem nõnihil pregrum, nõnnullum habet suæ exercitationis emolumentū. Quam suauis est, ut iam dixi, uiatori, demissis interdum sarcinis, pennulas colubæ de argentata & aurea dorsi eius præ oculis habere, & manibus tractare posteriora: tam suauis & iucundū est inter medias curas, sanctam tractare scripturam, cuius & exterior sermo castus, absque omni superfluitate, nitet quasi argentū, & interior sensus rutilat uelut aurū. Trahit sua quæque uoluptas, & hoc habeo testimonij conscientia, quod dixerim ego uoluptati huic, uale me post te. Ecce argentum, ecce aurū, uidelicet susceptum in fine præcedētis libelli, quod cum euangelica narratione dñicæ passionis tractare proposui, prophetiæ capitulū. ¶ Et erit, inquit, die illa dicit dñs exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, & nõ memorabuntur ultra, & prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Præ miserat autē in die illa erit fons patēs domui Dauid, & habitabit Hierusalē in ablutione peccatoris & mēstruat. Ergo die illam, quam hic prophetia spiritus intendit, diem dñicæ passionis necesse est intelligi, qua nimis lancea militis latus aperiendo saluatoris, fontē patefecit domui Dauid & habitantibus Hierusalem, fontē sanguinis & aquæ, erdentibus in Christum qui propter hoc ipsum dicitur & sunt domus Dauid & habitatores Hierusalē, quia credūt in Christū filium Dauid. Et ille fons erit, inquit, in ablutione peccatoris & mēstruat: peccatoris, inquam, id est, gentilis populi, qui sine lege peccauit: & mēstruat, quæ per legem peccauit, quæ de iustitia præsumeret factio, unus ex optimis eius filijs cōfessus est, & dixit: Et facti sumus ut immundus oēs nos, & quasi pannus mēstruat, uniuersæ iustitiæ nostræ. ¶ Quærendū itaque, qui uel quales in illa die fuerit propheta, quoniam dixit, & prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Hic citius euangelisti & Iohannis narratio occurrit. Ait enim: Collegerūt pontifices & pharisæi conciliū, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimitimus eum sic, oēs credent in eum. Et ueniet Romani, & tollēt nostrū & locū & gentē. Vn sex ipsis Caiphas, cum esset pōtifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquid, nec cogitatis quia expedit uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autē à semetipso non dixit sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, quia moriturus erat Iesus pro gente, & nõ tantum pro gente, sed ut filios dei, qui erāt dispersi, cōgregaret in unum. Huiusmodi prophetas auferam, ait, de terra. ¶ Nam ne prophetas bonos suspicetis, spiritum immundum illis copulauit. Ait enim: & prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Ergo prophetæ mali, prophetæ immundo spiritu pleni, in die illa fuerunt auferendi de terra, non solum de terra uiuentium, uerum etiam de terra ipsa & ciuitate, quam tunc mortales & deo mortui inhabitauerunt, qui malam sibi hanc prophetiā de corde suo prophetauerunt: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, & cætera. Nempe excepto quod præmiserunt, si dimitimus eum sic, totum quod

Iohan. 12  
Sacta scriptura colligebat dicit, cuius licera argenti, sensus mysticus aurum est.  
Psal. 67  
Ver. 1 Buc. Cantico. 1  
Zacha. 13  
Dies illa, dicit dñs exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra, & prophetas & spiritum immundum auferam de terra.  
Iohan. 11  
Eia: 54



quod dixerunt, in prophetiam reputatum est illis, ut omnes crederet in eum illis autem non credentibus, uenirent Romani, & tollerent eorum & locum & gentem. Fuit inter illos unus Caiphas talium prophetarum maximus, qui dixit: Vos nescitis quicquid neque cogitatis, quia expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem euangelistam inquit, a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gente, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. ¶ Causam eorum propter quam auferendi essent de terra, ipse propheta latet, ut oportuit, continuo subiunxit: Ait enim: Erit cum prophetauerit quispiam ultra dicet ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum. Non uiues, quia mendacium locutus es in nomine domini. Et configent eum pater eius & mater eius genitores eius, cum prophetauerit. Propheta magnus de semetipso ultra prophetauit, quia illi & percipue Caiphas prophetauerunt, quod expediret eum mori, ipse autem prophetauit, quod oporteret eum resurgere a mortuis. Hoc ultra fuit, uidelicet ultra prophetiam illorum, prophetiam mortis, quia prophetauit prophetiam resurrectionis. Dixit enim: Soluite templum hoc, & post triduum excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. ¶ Cum ergo prophetauerit quispiam ultra, quem nominare nolo, quia non expedit: dicent, inquit, ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum: Non uiues, quia mendacium locutus es in nomine domini. Pater eius Iudaicus populus, & mater eius synagoga, qui secundum carnem genuerunt eum, ita dixerunt ei: Cum enim aliud non haberent unde accusarent eum, nouissime submissis duobus falsis testimoniis protulerunt. Hic dixit: Possum destruere templum dei, & in triduo reaedificare illud. Cumque principis sacerdotum dicenti, adiuro te per deum uiuum ut dicas nobis, si tu es Christus filius dei, respondit, tu dixisti, & amodo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis, & uenientem in nubibus caeli clamauerunt, reus est mortis. Nonne hoc erat dicere, non uiues, quia falsum locutus es in nomine domini? ¶ Ex illa uisione sua quomodo confusi sunt prophetae illi: Ait enim: Et erit in die illa, confundentur prophetae, unusquisque ex uisione sua cum prophetauerit. Aut quomodo prophetantes illi operiebantur pallio saccino ut mentiantur: Nam & hoc sequitur: Nec operientur pallio saccino ut mentiantur. Nisi enim se operuissent aliquando, frustra diceret, nec operient pallio saccino. Quid ergo fuit operire se pallio saccino, ut mentiretur, nisi per nequissimam hypocrisis simulare dolorem, & fingere timorem ut paueret populus: Hoc fecit ille propheta, ille prophetarum impiorum impiissimus Caiphas. Denique ut mentiretur, ut magnificaret & confirmaret mendacium uisionis suae quam pariter in concilio suo dixerant, uenturos esse Romanos, ut tollerent & locum & gentem, Iesus interfecerunt, iecirco scidit uestimenta sua. Adiuauerat dominum Iesum, dicens: Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius dei benedicti. Et cur addiderit, benedicti, nescias nisi quia stultissimus ipsi deo adulari presumpserit, in causa eius modo, adulatione crudeli. Cum ille fidelis per manens qui seipsum negari non potest, respondisset, tu dixisti, subiungens: Verumtamen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis, & uenientem in nubibus caeli, tunc, ut iam dictum est, scidit uestimenta sua, & dixit: Blasphemat. Quid adhuc egeamus testibus: Ecce, nunc audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? Atque hoc modo saccinum simulatae tristicitiae pallium sibi semetipsum super duxit, ut mentiretur, ut mendacium corroboraret, ut uidens populus male credulus, magis paueret, ubi non erat pauor, sicut in psalmo dictum est: sibi trepidauerunt ubi non erat timor. ¶ Taliter saccino solebant operiri pallio patres eorum fundendo sanguinem prophetarum & iustorum, quorum isti mensuram impleuerunt. Exempli gratia Scripsit Iezabel literas ex nomine Achab, & signauit eas anulo eius, & misit ad maiores natu, & ad optimates qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. Literarum autem erat ista sententia: Praedicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos uiros filios Belial, contra eum, & falsum testimonium dicant, benedixit deum & regem, & educate eum & lapidate, sicque moriatur. Fecerit ergo ciues eius, & maiores natu & optimates qui erant cum eo, in urbe sicut praecerat Iezabel, & sicut scriptum erat in literis quas miserat ad eos. Praedicauerunt ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi, & adductis duobus uiris filij diaboli, fecerunt eos sedere contra eum, & caetera, ¶ Et illud ieiunium, & quicquid deinceps fecerunt imitatores illorum, usque ad hypocritas istos, qui ut mentirentur, ut firmarent sibi sermonem nequam, sciderunt uestimenta sua. Recte nimirum & pulchre appellauerit spiritus sanctus breui appellatione pallij saccini, quo non operientur, ait, ultra ut mentiantur. Nam ipsa mentiendi auctoritas eis auferetur, & miro modo ex uisione sua confundentur, ex uisione mendacii quam prophetauerunt dicendo, uenient Romani si dimiseritis eum sic. ¶ Etenim econtra iccirco factum est ut uenirent Romani, quia non dimiserunt eum sic, & ecce non tantummodo secundum uisionem illorum, pro sensu ipso rum mendacii, locum tulerunt & gentem uerum etiam id, quod plus est, quod ipsi uidere aut nesciebant timere. Tulerunt quoque optima quae illorum erant, scilicet adoptionem filiorum, & glo-

Quid est prophetare ultra.

Iohan. 2. Dicere ei pater eius & mater eius.

Matth. 25.

In illa die confundentur prophetae.

Psal. 52.

Iezabel. 1. Reg. 21.

Pallium saccinum. Psal. 63.

Falsa eorum prophetia de Romanis Roma. 9.

& gloriam, & testamenta, & legislationem, & obsequium, & promissa, & totam haereditatem patrum, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in seculum. Amen. Haec enim omnia tulerunt eis, & cum caeteris nunc gentibus possident Romani, longe alij Romanij illi qui tantummodo locum & gentem tulerunt eis, qui fuerunt & permanent pagani, quia non curauerunt, neque curare scierunt de spolijs istis opimis, tantummodo locum & gentem, ducibus Vespasiano & Tiro, tulisse contenti. ¶ Quapropter militauerunt quidem huic domino regi Iesu Christo, in uindicta sanguinis eius contra ciuitatem Ariel, quod inter praetatur leo dei iuxta quod ipse dixit, facta est mihi haereditas mea quasi leo in sylua, contra ciuitatem Hierusalem, quam expugnauit per eos, iste uerus Dauid, filius secundum carnem illius Dauid, secundum prophetiam huiusmodi: Vae Ariel, ciuitas quam expugnauit Dauid. Additus est annus ad annum, solennitates euoluræ sunt: Et circumuallabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel. Et circumuallabo quasi sphaeram in circui tu, & iaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsidione tuam. Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum. Et erit quasi phytionis de terra uox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit. Militauerit quidem in hoc, ut dixi, Christo domino regi, & hoc uae Ariel, sed nihilominus uae & ipsis, sicut uae Aflur. Sequitur enim: Et erit, sicut puluis tenuis multitudo uentilantium te, & sicut fauilla pertransiens, multitudo eorum, qui contra te praualuerunt. Erit repente confestim a domino exercituum, uisitabitur in tonitruo & commotione terræ, & uoce magna turbabis, & tempestatis, & flammæ ignis deuorantis. Et erit sicut somniatio uisionis nocturnæ, multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui militauerunt & obfederunt, & praualuerunt aduersus eam, & sicut somniatio esuriens, ut comedat: cum autem fuerit expergefactus, uacua est anima eius: & sicut somniatio sitiens, ut bibat: & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc fuit, & anima eius uacua est, sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. Ita miro modo puniendi ad puniendum uenerunt Romani & dimicauerunt contra Ariel, materialibus armis, & ecce confusi sunt, nec iam licet eis operiri pallio saccino ut mentiantur: imò captiui per omnes gentes, nec locum habent quo ad similiter mentiendum congregentur. ¶ Sed e contra dicit eis quispiam insultabundus, qui, ut iam dictum est, prophetauit ultra, subauditur, quod fuisse ab adiurante principe sacerdotum interrogatus. Non sum propheta, homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea Grandis insultatio, & ironia grauissima, quippe qui negando acrius affirmat, & affirmando uehementius negat. Non sum, inquit, propheta, subauditur, uestro arbitratu, sic enim dixisti, propheta a Galilæa non surget, non hic a deo, & his similia. Homo agricola ego sum, item uestro arbitratu dicitur: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Nonne hic est fabri filius? Attamen uera sunt quæ praedixi, & uos captiui estis, nec iam pallio saccino licet uobis operiri, ut mentiamini, & quempiam uestrum interficiatis. Dixistis, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea, calumniando quod ego gloriam meam quaerem, & dicendo quem te ipsum facis. Et alibi: Quia tu homo cum sis, facis te ipsum deum. Hec fuit exprobratio uestra, sed aliter est. Longe ego dissimilis Adam, & ille exemplum meum non fuit, qui gloriam suam quaerit, imò & dicebam, & quod dicebam uerum est: Ego gloriam meam non quaero, est qui quaerit & iudicet. Iudicium eius pro me super uos manifestum est. Nam ecce quem cõfixistis, qui mortuus fuit, ecce loquor, & respondeo loquentibus mihi. Hoc est quod sequitur. ¶ Et dicitur eis: Quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum. Et dicit: His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Perpicuus est diligentibus, occultus est negligentibus, quod iste, qui hic respondet percontantibus, unus & solus sit filius hominis Iesus Christus. Quis enim alius interrogatus est aut respondit, siue interrogari & respondere potuit, postquam mortuus est, plagis acceptis in medio manuum suarum nisi iste solus qui mortuus resurrexit, ut posset loqui cuius uidelicet locutionis hoc initium fuit, ut ostenderet plagas suas, dicendo, uide manus meas & pedes meos. ¶ Haec ergo gloriosa, sicut caetera prophetarum praecordia, dicta sunt de te fili hominis, & uerum est quod de sancto paracleto sub ipso tuae passionis articulo promittens dixisti: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annuntiabit uobis. Tuum est, et uere tuum est, quicquid sancti prophetae locuti sunt. Etenim illi de te scripserunt, de te quid scriberent acceperunt, et de illo tuo spiritu paracletus quantum sibi placet accipiens, et nobis annuntians, id est, intelligere faciens, clarificat te nobis: ut claritatem iam hic ex parte uideamus, siue cognoscamus, tantæ gloriae tantique honoris tui cuius haec summa est, quia cum fueris mortuus plagis, quas in medio manu tuarum accepisti, adhuc loqueris, et ipsas ostendens plagis interrogantibus iugiter respondes responsione mirabili. ¶ Quid enim? Quamdiu, quomodo, a quo, uel a quibus interrogaberis, siue dicitur tibi, quid istae plagae sint: Nimirum in secula seculorum sine cessatione, et cum ineffabili admiratione dicitur tibi: Et a deo patre, cui factus es obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, dicitur tibi: et a sanctis angelis, qui in te desiderant prospicere, dicitur tibi: et ab hominibus, quos morte tua redemisti, dicitur

Vae Ariel quam expugnauit Dauid. Hier. 12. Eiait. 29.

Non sum propheta, homo agricola ego sum per ironiam dicitur. Iohan. 7. 9. Matth. 13.

Iohan. 8. 10.

Quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum. Lucæ 24.

Iohan. 10.

Philipp. 2. Petri 1.

dicetur tibi, & iugiter interrogaberis: quid ista plagae sint, & tu dices eis dictione qua nulum unquam finem habet. His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Et de magni sacrilegium, sacrilegium homicidium, plagas eiusmodi tibi esse illatas in domo diligentium. ¶ Non dices, his plagatus sum ab his qui diligebant me, sed in domo eorum qui diligebant me. Nam qui plagas intulerunt, non dilexerunt tererant autem secundum carnem domus Abraham & Isaac & Iacob & David, & ceterorum talium qui diligebant te qui promissum sibi expectabant te. Veruntamen hoc dicere, non est respondere, ad hanc interrogationem, quid sunt plagae istae. Aliud namque est percontando dicere, quid sunt plagae istae, & aliud dicere ubi factae sunt plagae istae. Illud quaeritur quid plaga istae. Ergo ex abundantia dicit, his plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Et tunc demum dicit, quid sunt plaga, dicit calix est, quem pater dedit mihi bibere. ¶ Nam quod protinus sequitur, & equipollens est, vox enim est patris eiusdem qui calicem dedit, & ex persona eius sonat hoc dictum in auribus nostris: Framea suscitare super pastorem meum, & super uirum coherētem mihi. Percute pastorem, & dispergentur oves gregis. Memoriter tenendum est, cur in hunc prophetiae locum sermo deuenit, quia uidelicet facies ista, quam nunc contemplamus, facies uultu ante & retro plena oculis: cum iam protinus ad uictimam raperetur, huc respexit: Omnes, inquam, uiscerum dalum patiemini in me in ista nocte, scriptum est enim: percutiam pastorem & dispergentur oves gregis. Idcirco & nos huc respeximus, & uidimus locum hunc siue capitulum prophetiae fidelis, illustratum respectu scintillantis faciei huius, uidimus, inquam, prophetiae sensum hoc dicto elucidatum, scriptum est enim: percutiam pastorem & dispergentur oves gregis. Etenim li tera licet non sic se habeat, sensus proculdubio sub ista litera hoc habet, quia quod litera sonat, framea suscitare super pastorem meum, percute pastorem, dictum est pater, frameam adhibentis siue imperio suo suscitantis, & quod hic dicit, percute pastorem & dispergentur oves gregis, responsum frameae, responsum est mortis. ¶ Quid enim est framea haec, nisi mors: Non dico mors peccati, mors animae, quae peccantem animam a deo uiuo seingit sed mors corporis est framea haec, quae omnes percuditur, dum cuiusque nostrum anima a corpore separatur. Framea hanc super omne genus humanum deus suscitauit, & nos omnes percussit, quando primo homini dixit: Donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es & in puluere reuerteris. Et nos quidem recte omnes tali framea percuditur, inuilitur enim, imò perniciosissime in aeternum uiueremus secundum corpus, qui secundum animam morte peccati mortui eramus: hic autem pastor dei patris, & uir coherens illi, est enim una eademque persona cum diuinitate uerbi, quid fecit ut haec framea super eum suscitaretur, ut diceret, pater percute pastorem: Nihil fecit, nullum in se habuit peccatum, sed hoc dicere fuit, ponere in eo iniquitates omnium nostrum. ¶ Quid autem & de eo dicemus, quod in hac prophetia, cum dixissem, percute pastorem & dispergentur oves gregis, statim subiunctum est, & conuertam manum meam ad paruulos: Nonne & hoc ipsum nobis illustrauit: Vbi enim dixit, scriptum est enim, percute pastorem, & c. protinus addidit: Postquam autem resurrexero, praecedam uos in Galilaeam. Nonne hoc fuit, domino, conuertere manum suam ad paruulos, post resurrectionem suam apparere in Galilaea discipulis suis, & illic dicere eis, euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti: Eiusmodi namque humiles auditores suos non solum illic in prophetia, uerum etiam & hic in euangelio paruulos appellauit, confiteor, inquam, tibi pater domine caeli & terre, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. ¶ Tres istae partes una sapientium, scilicet Graecorum siue gentium, & alia prudentium uidelicet Iudeorum non credentium, quibus sacramenta haec abscondita sunt, & tertia paruulorum, id est, humilium, quibus credentibus haec reuelata sunt: tres illae partes sunt, de quibus, ubi praemisit, & conuertam manum meam ad paruulos, statim subiunctum est: Et erunt in omni terra dicitis partes duae, & disperdentur & deficient, & tertia pars relinquetur in ea, & ducam tertia partem per ignem, & uram eos sicut uritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Hoc ex parte maxima uidemus iam factum. Nam duae partes iam dictae sapientium atque prudentium, de quibus Apostolus nos autem, inquit, praedicamus Iesum Christum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ecce disperditae sunt & defecerunt: partem autem tertia partem paruulorum, id est, humilium, reseruauit dominus, & duxit per ignem multarum tribulationum, ut examinaret eos sicut examinatur argentum, ut probaret eos sicut probatur aurum, & Superius iam dictum est de beato Petro, quia dum ambularet super aquas, ut ueniret ad dominum Iesum, Videns uentum ualidum timuit, & cepit mergi, id est, dum semetipsum forte putasset, ita ut diceret, quare non possum te modo sequi, animam meam pono pro te, tecum paratus sum & in carcerem non in mortem ire: propter uocem unius ostiariae mortem timuit, & uictam negauit, quod fuit incipere mergi. At ipse non omnino merus est, & ut non mergeretur, ut tempestatem illam euaderet, respectus domini fecit, quia conuersus dominus, ait euangelista, respexit Petrum, & recordatus uerbi domini Petrus, egressus foras fleuit amare, fletu poenitentiae.

His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me.

Iohan. 18 Framea suscitare super pastorem meum.

Framea illa mors corporis est.

Gene. 3

Elatae 53 Covertam manum meam ad paruulos.

Matth. 23

Matth. 11 Partes duae disperdent & tertia pars relinquetur. Zacha. 13

1. Cor. 1

Matth. 14 Iohan. 13 Respexit dominus Petrum. Luca 23

tae Respectus uenerabilis, respectus misericordiae & propitiationis, ille fuit, qui poenitentiam operatus est, poenitentiam bonam, & salutem stabilem illi fecit. Ecce autem alia, & longe dissimilis poenitentia. L. Tunc, inquit euangelista, uidens Iudas qui eum tradidit quod damnatus esset, poenitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu uideris, Et pro iectis argenteis in templo recessit, & abiens, laqueo se suspendit. Vere enim longe dissimilis, & ualde contraria huius poenitentia fuit poenitentiae iam dictae Petri apostoli, quia mortem ista salutem autem operata est illa poenitentia. Venerari & honorare intendimus hic, ut saepe iam dictum est, faciem huius uultu qui tunc ducebatur ad uictimam, quando Petrum respexit, & ad praedicandam claritatem oculorum eius hoc dicimus, quia facies eadem, quae Petrum respexit, super Iudam quoque respexit, sed respectu dissimili. Videlicet Petrum respectu misericordiae, Iudam respexit respectu iudicii. Nam ne quis existimet respectum domini semper fieri in bonum, illius super quem respicit: ecce scriptura manifeste dicit: Iamque aduenit uigilia matutina, & ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas currum, ferebanturque in profundum. ¶ Et de utroque pariter respectu, uidelicet, & de respectu gratiae siue misericordiae, & de respectu irae siue iudicii, psalmus dicit sententiae continuatis: Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Igitur ipsa facies, quae Petrum respexit, ut ad poenitentiam salutarem compungeret Iudam quoque respexit, ut ad poenitentiam exitalem conturbaret. Et ad contemplandam talis respectus iustitiam iam quidem trahimus, sed prius est, ut de modis poenitentiae quippiam loquamur, quoniam de isto perditionis filio ita dictum est, quia poenitentia ductus retulit triginta argenteos, & abiens laqueo se suspendit. ¶ Unus est poenitentiae modus, de quo iustus & misericors deus curare dignetur, uidelicet ubi causa poenitentiam agendi est, fides futuri seculi, metus gehennae, desideriumque regni dei. Huiusmodi poenitentiam non solum per suos nuntios, uerum & maxime per semetipsum deus de caelo ueniens praedicare curauit, sic incipiens euangelium suum: Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. ¶ Alius est poenitentiae modus, ubi causa poenitentiam agendi est, amor praesentis seculi, pro qua uidelicet causa poenitentiam egit impius Achab, de sanguine Naboth, Iezraelite, scindens uestem suam, ieiunansque ac dormiens in sacco, & ambulans demisso capite. Pro causa hac & Sodomites, Tyrii ac Sydonii poenitentiam egissent, quemadmodum dominus dicit: Quia si in Sodomis factae essent uirtutes, quae factae sunt in uobis, de Chorozaim & Bethsaida, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. De huiusmodi poenitentia, quoniam salutem non operatur, deus nunquam curasse legitur, ut uel per semetipsum uel per nuntios suos eam praedicare dignaretur, praeter quod ad Niniueni ciuitatem magnam misit propheta Ionam, licet ille nec poenitentiam ibi praedicauerit, aut praedicare iussus fuerit, sed hoc tantum, adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. ¶ Cum ergo duae sint istae causae poenitentiam agendi, propter quam earum poenitentia ductus est iste filius perditionis. Nunquid propter causam futuri seculi? Non utique unus diabolus est, sic ipse dominus iam dudum dixerat, nonne ergo uos duodecim elegi, & cum es uobis diabolus est? Non, inquam, de isto seculo curauit aut quicquam spei habuit. Nunquid uero propter causam praesentis seculi? Non utique, nam & ut hoc male relinqueret, abiens laqueo se suspendit. Qualis ergo causa esse potuit, quae fecit illum poenitentia duci? Hanc enim non otiose quaerimus. Et obscura quidem & incerta nobis est, sed per aliud simile fieri potest, ut non nihil inueniamus. Scriptum est de Achitofel, qui fuerat consiliarius Dauid, & uersus ad Absalon consilium inuile dederat contra Dauid, quia uidens quod non fuisset factum consilium suum, strauit asinum suum, & surrexit, & abiit in domum suam & in ciuitatem suam, & disposita domo sua, suspensio interijt. Quam ob causam se ille suspendit? Vidit enim, quia non erat factum consilium suum, Parum dictum est, nisi simul subintelligas, quia malignus coniector conieciatur, decipiendum fore Absalon, & reuersurum esse Dauid in regnum suum, quod sibi aestimabat fore intolerabile malum: quippe qui inter caetera mala iam ante dederat consilium, ut Absalon fecderet patrem suum. ¶ Illud simile isti recte dixerim, Quis enim nesciat illum Dauid similitudinem uel typum praestulisse huius Iesu Christi filij dei, & sui quoque secundum carnem filij: Nam ut & secundum praesens sacramentum quatuor facierum aliquid loquar. Propinquus ipse fuit faciei hominis, pro eo maxime quod ex semine eius Christus secundum carnem: Et faciei leonis, pro eo quod fortissimus ipse cum leonibus luit, ut sapientia meminit, quasi cum agnis, & in uersis similitudine fecit. Nunquid non occidit gygantem, & abstulit opprobrium ab Israel? Conuicit inimicos undique, & contriuit cornu ipsorum: usque in aeternum in omni opere. De similitudine quoque faciei uultu plurimum habuit, quia uidelicet multis laboribus eruditus fuit, & multis tribulationibus passionibus Christi praesignauit. Vnde & sicut itidem sapientia testatur, Christus purgauit peccata ipsius, & exaltauit in aeternum cornu eius. Nihilominus illud multum attinet ad faciem

Alia poenitentia Petri, ab Iudae.

Exodi 14

Duplex respectus dicit, unus misericordiae, alius irae. Psal. 33

Poenitentia bona.

Matth. 4 Poenitentia mala. 2. Reg. 21

Matth. 11

2. Cor. 7

Iohan. 3

Qualis poenitentia Iudae. Iohan. 6

Achitofel. 2. Reg. 17

Dauid cypru Christi gessit scilicet quatuor facies animalis. Psal. 88. 131 Eccl. 47 1. Reg. 17 Eccl. 47

aquilæ uolantis, quod propheticę gratiæ oculis mirabiliter uidit & cecinit sacramenta cęlestia eiusdem Christi sessuri ad dexteram patris, uidit, inquam, & audiuit, ut inter cętera referret nobis, dicens: dixit dominus domino meo sede à dextris meis. Suo quoque nomine ad similitudinem accedit, interpretatur enim David manu fortis siue desiderabilis. ¶ Porro Achitofel & nomine & re similitudinem prætulit huius, de quo nunc sermo est, Iudæ filij perditio nis. Achitofel quippe interpretatur, frater meus cadens siue irruens. Et sicut ille uoluit & in eo intendit, ut David de regno eiectus, etiam funditus deleteretur, id est, moreretur, & ita periret nomen eius. Dixit enim ad Absalon: Eligam mihi duodecim milia uirorum, & cõsurgens persequar David hac nocte, quippe qui lassus est, & solutis manibus percussus eum fuisse & iste dominum nostrum, non quomodo cunq; mori, sed ita mori uoluit, ut periret nomen eius, testante psalmo ex persona eiusdem Christi, quo cum dixisset: Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius: protinus de isto insidiatur maximo & insidiantium pessimo, ita subiunxit: Et ingrediebatur ut uideret, uana loquebatur cor eius, congregauit iniquitatem sibi. Egre diebatur foras, & loquebatur in idipsum. Et hoc idem iterum repetens, cum de uniuersis dixisset: Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabat mihi, & cętera, istum manifestus expressit, dicens: Etenim homo pacis meę, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. ¶ Et tunc manifestum est, quod iste, nec solus iste, sed maxime iste, sic dominum Christum mori uoluit, ut periret nomen eius, id est, ut nulla fama uel memoria, & nulla superesset doctrina eius: sicut ille uidelicet Achitofel illud intendebat, ut David, sicut iam dictum est, de regno eiectus, nequaquam ultra regna re possit, morte præuentus. Eandem igitur uel similem ob causam uterq; penitentia ductus est, & uterq; laqueo se suspendit, uidelicet, quia pensit tam iste quam ille, quod res nõ procederet secundum consilium eius. Et inde pulcherrimam similitudinis perfectionem. Quomodo ille pensit uel unde ille percepit non fieri secundum intentionem suam, ut funditus exterminaretur David. Nimirum ex eo, quod Chusai amicus David, quasi relicto David, uenerat ad Absalon, quem utiq; sciebat, nequaquam animo recessisse à David, neq; corde esse cum Absalon. Nonne iste similiter de dño Christo dicere poterat, quod quis esset damnatus & moreretur, non tamen periret nomen eius, ex eo quod superstites erant discipuli eius, prædicaturi nomen & resurrectionem eius. Deniq; hoc uoluerat ut discipuli quoq; eius cum eo cõprehenderentur. Et manifestus euāgelista Iohānes exprimit: Stabat autē, inquit, & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, ut uisus, si ergo me queritis, finite hos abire, ut impleret sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi nõ perdidisti ex eis quenq;. ¶ Hoc uidelicet discipulorum, quibus ipse iam dixerat: Iam non dico uos seruos, sed amicos meos, & nomine & re similitudinem gessit ille Chusai, Chusai quippe interpretatur silentij. Nam Chusai aliud nomen est, quod ad istud nõ pertinet, & interpretatur Aethiops, ait beatus Hieronymus, alijsq; literis scribitur. Hoc ergo nomine Chusai, quod, ut iam dictum est, interpretatur pulchre præsignatū est, silentium discipulorum metuentium, qui relicto eo oēs fugerunt, & nõ solum siluerunt de illo, propter merum ludgoy, uerum etiam negauit eum Petrus maximus illorum. Qualis illa negatio fuit: Nonne solummodo lingua, & non etiam corde? Sicut enim ille Chusai, non corde uel animo, sed ore solummodo negauit amicum David, dum dicente Absalon, quare non isti cum amico tuo? respondit, nequaquam illi illius ero quem elegit dominus, & hic omnis populus & uniuersus Israel, & cum eo manebo: sic & Petrus apostolus non corde, sed solo ore Christum negauit, dum dicente aliquo, & tu ex discipulis eius es? respondit, non sum. Et sicut illud quod taliter Chusai recessit à David, per uoluntatem factum est ipse David, dicentis, si ueneris mecum, eris mihi oneris: sin autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalon, seruus tuus sum rex, sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus, dissipabis consilium Achitofel: sic & istud quod omnes discipuli relicto domino fugerunt, & inter Iudæos per silentium iam dictum semetipsos referuauerunt, uoluntate factum est ipsius domini, dicentis: quo ego uado uos non potestis uenire, quo ego uado nõ potestis modo sequi, si ergo me queritis, finite hos abire, ut uidelicet, dissiparetur cõsilium Iudæ, fieretq; illis referuatis, ut eo mortuo nomen eius non periret nobis, quibus annuntiauerunt, quia resurrexit. ¶ Ex hac nota similitudine documentum fumere libuit, ad demonsttrandum, quod penitentia Iudæ dolor fuerit natus ex inuidia crudeli, & cõfessio eius dicentis: Peccaui, tradens sanguinem iustum, parum aut nihil differre potuerit à confessione dæmonum, qui illum non solum iustum, uerum etiam filium dei esse inter dum confessi sunt. ¶ Et quia similitudinem huiusmodi uel delectabile est in sanctis scripturis, non tædeat nos ceptam hanc similitudinem adhuc longius persequi. Sicut enim illius desertoris Achitofel suspensum, quo interijt, dirupuit prodigium Absalon & populo Israel egresso ad pugnam contra uiros David: sic suspensum huius proditoris Iudæ, qui & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia uiscera eius (sicut in Actibus Apostolorum meminit Petrus apostolus) horribile fuit portentum populo

Psal. 109  
Similitudo  
Iudæ ad  
Ahitofel.

a. Reg. 17

Psal. 40

Voluit Iudæ, ut non solum ipse Christi, sed & nomen eius periret.

Iohan. 18

Esaiæ 9

Chusai figura fuit discipulorum Christi.

Iohan. 15

a. Reg. 16

Iohan. 18

Iohan. 18

Cõfessio Iudæ, sicut cõfessio dæmonum.

Dirupit portentum in suspensio eius Acto. 21

populo Iudæorum, non desistent persequi discipulos Christi filij David. ¶ Denique & sibi post suspendium Achitofel, Absalon quoq; suspensus pepedit, sicut scriptura dicit: quia cum ingressus fuisset mulus, cui sedebat subter condensam quercum & magnam, adhuc sit caput eius quercui, & illo suspensus inter cœlum & terram, mulus, cui se derat, pertransijt, & ipse Absalon cõfossus est lanceis, & populus Israel cęsus est à uiris David, multoq; plures erant, quos saltus consumperat de populo, quam hi quos uorauerat gladius in die illo. ¶ F hie suspensus Iuda, populus Iudæorum totam damnationis eius susceptus hereditatem, pendens inter cœlum & terram, id est, neq; spem habens in cœlo, quia uitæ æternæ indignum se iudicauit, neque terram habens suam, uenerunt enim Romani, tuleruntq; locum & gentem, & multo plures, quam ullo unquam die uorasset gladius, de populo illo consumpsit in obsidione illa salus Romani exercitus post quadraginta annos, ducibus Vespasiano & Tito, iuxta quod predictum fuerat per Psalmistam: Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus de pastus est eam. Nonne hoc est pendere inter cœlum & terram, & crepuisse, & omnia pendens uiscera diffusa esse, scilicet neq; in cœlo spem siue ullam partem, neq; in terra quam calcamus locum ullum proprium habere, & post seditionem ingentem crepitum, quem historiographus denarrat Iosephus, reliquias conclusæ multitudinis, quæ gladio superfuerunt in omnes gentes captiuas ductas esse: ¶ Et ille siquidem Achitofel festinans ad interitum, domum suam disposuit, sicut litera refert. Et disposita domo sua suspensio interijt: huius autem domum, scilicet iam dictum populū Iudæicum, qui domus eius recte dicitur, ex quo dux ipse fuit eorum qui comprehendunt dominum Iesum, iam dudum disposuerat spiritus propheticus in psalmo centesimo octauo sub triginta maledictionibus, quas & nos præcedenti loco numerauimus, quarum prima est, cõstitue super eum peccatorem. Tricesima, & induantur sicut diploide confusione sua: secundum numerum triginta argenteorum, quos iste uenditor iustis sanguinis ab illis emptoribus acceperat. Illius nimirum propheticæ spiritus dispositione illud quoque dispositum fuit, ut eisdem triginta argenteos Iudas referret principibus sacerdotū & senioribus, atq; pronceret in templo, & illi acceptis argenteis diceret, non licet mittere eos in Corbanan, quia pretium sanguinis est, & concilio inuito emerunt ex illis, agrum figuli, in sepulcrum peregrinorum. Nam ne casu hoc accidisse quis putet, L Tunc, inquit euāgelista, impletū quod dictum est per prophetā, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, pretium appetiati, quem appetiauerunt à filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. ¶ Propheta per quem hoc dictum fuerat, Zacharias est, sed per incuriam scriptorū inoleuit, ut hic pro Zacharia nominaretur Hieremias, & ipsa prophetia, quam hic abbreviauit euāgelista, maxima querela est pastoris boni, iuxta illud quod alibi dicit: Retribue bāt mihi mala pro bonis. Narrat quippe gregem se pauisse pastor bonus, ab eo quo ait, hæc dicit dominus deus meus: Pace pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant, & non dolebant, usq; ad id, & dixit dominus ad me, adhuc sume tibi uasa pastoris stulti, quæ omnia hic perscribere & explanare nimis longum est. Testimonium, quod euāgelista breuiter posuit, sic habet inter cętera illius capituli. Et dixi ad eas: Si bonū est coram uobis afferre mercedem meam, & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me: Proñce illud ad statuarium, decorū pretium, \* quod appetiatus sum ab eis, & tuli triginta argenteos, & proieci illos in domum dei ad statuarium. ¶ Deniq; hoc sciendum, quia sub conditione, & quasi conuentione facta, gregem pauit, scilicet, filios Israel, de quibus Psalmista dicit: De duxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi & Aaron. Et sub cõditione legem dedi eis in monte Synai, & terram Chanaan, cuius uidelicet, conditionis siue cõuentionis, summam Psalmista breuiter exprimit his uerbis: Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Quid ergo est hic dicere: si bonum est coram uobis, afferre mercedem meam, & si non, quiescite: nisi in arbitrio ipsorum quid mallet ponere, & uoluntarias debiti cultus & susceptæ legis obseruationes quæ rerer? Nam uoluntarium seruitiū ab eis quæ fuisse deum, manifestum est. Exempli gratia: Testes ait ipse per Moysen in uoco cœlum & terram, quod proposuerim uobis uitam & bonum, benedictionem & maledictionem. Elige ergo uitam, ut & tu uiuas & semen tuum. Et Iosue dixit ad eos: Sin autem malum uobis uidetur ut domino seruiatis, optio uobis datur: Eligite hodie quod placet, cui seruire potissimum debeatis. ¶ Igitur quod dicitur bonum est coram uobis, afferre mercedem meam, & si non, quiescite: tale est, ac si dicat, ille filius patris famias & domini uinæ, missus ad agricolas tempore fructuum, ut acciperet uinæ fructus. Ecce pater meus, postquam seruos suos misit, quorum alios cæcidisti, alios lapidasti, nouissime misit ad uos dicens: Verebuntur filium meum. Si ergo bonum est coram uobis, date fructus uinæ, & si non, saltem quiescite: ut non occidatis me, dicentes: Hic est hæres, uenite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. At illi non solum fructus uinæ non dederunt, uerum etiam ab hoc malo non quieuerunt, quin eijcerent me extra uineam, & occiderent.

2. Reg. 18

Iudg. suspensio inter cœlum & terram.

Psal. 79

Triginta maledictiones Iudæ triginta argenteis. 2. Reg. 17

Math. 27

Zach. 11

Psal. 34

Zach. 11

Aliis \* quo Lex & terra Chanaan filijs Israel sub cõditione data. Psal. 76 Psal. 104

Deut. 30

Iosue 24

Parabola de malis agricolis. Matth 21

¶ Mala retribu- cio. ¶ Et ut hoc facere possent, appenderunt triginta argenteos, quos ironice dico mercedem meam, quia non mea uel mihi debita merces, sed sanguinis mei pretium erant. Miraculum tam male retributionis spectandum erat oculis patris qui miserat me, ut uinea fructus exigerem ab eis. Dixit ergo dominus ad me: Projice illud ad statuarium, decorum pretium. Denique pretium quod sic appetitatum ab eis, cum grauissima ironia dixit decorum, ille statuarium, id est, figulum, siue plasmator hominis, deus pater meus. Tuli enim triginta argenteos & proieci illos in domum dei ad statuarium, ut scilicet, uident retributionem tam iniquam, daret iudicium, & iudicaret eos ex ore ipsorum dicentium: Malos male perdet. Et uinea suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. ¶ Ad hunc sensum ualet quod continuo sequitur: Et praecidi uirgam meam secundam quae appellabatur funiculus, ut dissoluerem germanitatem inter Iudam & Israel. In isto prophetiae capitulo, quod totum hic praescribere piguit, ita praemiserat: Et assumpsi mihi duas uirgas, unam uocauit decor, & alteram uocauit funiculū, & paui gregem. Ac deinceps: Et tuli uirgam meam, quae uocabatur decus, & abscidi eam, ut irritum faceret foedus meum, quod pepigi cum omnibus populis. Et est sensus: Regendas susceperat omnes gentes, & foedus pepigerat cum eis, dicit ad Noe ad filios eius: Ecce ego statuam pactum meum uobiscum, & cum semine uestro post uos, & illius regiminis uirga uocauit, inquit, decor. De decus enim siue decor quidam est non paruus inter omnes genus humanum, & deinde seorsum regendum susceperat gregem unum gentis \* Israelitae. Et huius regiminis uirgam aliter, inquit, uocauit funiculū, iuxta illud: Pars autem domini populus eius. Iacob funiculus hereditatis eius. ¶ Quomodo autem abscidi uirga illam priorem, quam uocaueram decor? Dimittendo scilicet gentes omnes abire quo uolebant, quemadmodum & Paulus in Actibus Apostolorum dicit: Annuntiamus uobis ab his uanis conuerti ad deum unum, qui fecit caelum & terram, mare & omnia quae in eis sunt, qui in praeteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi uias suas. Porro uirgam secundam, quam uocauerat funiculum, praecidi, ait, ut dissoluerem germanitatem inter Iudam & Israel, sciendo scilicet, quod ipsemet iudicauerunt, ad quos & propter quos parabolam dixerat, malos male perdet, & uinea suam locabit alijs agricolis. Sicut praedictum, ita & factum est. Praecidit uirgam suam secundam, quae appellabatur funiculus, & hoc non quomodocumque, non ita ut repelleret plebem suam, nunquid enim, ait Apostolus, repulit deus populum suum: absit, nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin: non repulit deus plebem suam quam praesciuit sed ita, ut dissolueret germanitatem inter Iudam & Israel. Et est sensus: Sicut olim dissoluta est germanitas inter Iudam & Israel, quado decem tribus scissae sunt a domo Dauid, factientes sibi regem Ieroboam, & colentes uirtuosus ille fecit tribus autem Iuda permansit cum domo Dauid, habes ciuitatem Hierusalem, & unum templum nominis dñi, ita & nunc. Sicut enim tunc in illa dissolutione germanitatis tribus Iuda, ex qua oportebat Christum nasci, adhaeret regi suo Dauid, cuius de domo natiuitas illa sperabatur, quia dñs iurauerat illi, & sicut in ipso Israel, id est, in decem tribubus, aliqui erant residui, dicente dño, reliqui mihi septem milia uiros, qui non curauerunt genua ante Baal: sic & in hoc tempore, ait idem Apostolus, reliqua secundum electionem gratiae saluae facti sunt. ¶ Et in his tanta est dissolutio germanitatis, quanta significari potuit significatione gladij, cum dñs dicit: Nolite arbitrari quia uenerim pacem mittere in terram, non ueni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Ibi dolores ut parturientis, pro tanta dissolutione germanitatis. Exempli gratia, cum Paulus Apostolus dicit: Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quonia tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo, pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. ¶ Intueri tandem libet, quia inter prophetiam & rem gestam, secundum qualitates uerborum nonnulla distantia est. Nam in re Iudas, ait euangelista, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum senioribus, & proiecit eos in templo: in prophetia autem ipse, qui mercedem suam quae rebat, qui gregem pauerat, dñs dicit: Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domum dei. Itemque cum futurum esset, & ita factum sit, ut dicerent illi emptores sanguinis, non licet eos mittere in Corbanan, quia pretium sanguinis est, & haec dicentes emerit ex illis agrum figuli in sepulchrum per egrinos: ita prophetarum fuerat. Et dixit dñs ad me: Projice illos argenteos siue illud pretium ad statuarium, id est, figulum. Itaque quod fecit Iudas referens argenteos, & quod fecerunt principes sacerdotum & seniores emendo ex illis agrum figuli, hoc secundum uerba prophetiae semetipsum fecisse dicit ipse cuius sanguinis pretium fuerit illi argentei. Diligenter animaduerte: Non quod talis appenderunt mercedem diuites illi, negotiantes in templo, & dicere soliti, quod in hoc ipso capitulo premissum est, benedictus dominus, diuites facti sumus: non, inquam, quod constituerunt traditori dare triginta argenteos pro traditione domini, hoc fecit dominus: sed quod traditor eos dedit retulit argenteos, & quod illi consilio inuito emerunt ex illis agrum figuli in sepulchrum per egrinos, hoc fecit

fecit dominus dei filius, & hoc, inquit, constituit mihi dominus. ¶ Et quem non delectet iustitiae causam cognoscere, cur ita fecerit dominus, cur tanto per hoc facere uoluerit dei filius, ut super faciendo, quasi iam factum, rubam praemitteret prophetiam personam suam perstante spiritu? Denique per hoc excitat aestimare debemus, argenteos illos grauissimos & maximi fuisse ponderis, magnique signatos inscriptione mysterij, quam ipse nouerat qui omnia in sapientia fecit. Appendamus eos melius in statera rationis quia male appenderunt ipsi qui dederunt eos in pretium sanguinis iusti. ¶ Primo sciendum, quia argentum illud fuit domini, sicut & cetera omnia quae cumque possidebat illi, diuites facti, filij pauperum, quorum patres nihil haberunt, quippe quos de Aegypto seruitute, qua propter uenditionem fratris sui Ioseph diu seruiant, dominus eduxit, nihil habentes, nisi quod dedit eis regiones gentium & labores populorum possederunt, sub ista conditione, sicut iam superius dictum est, ut custodirent iustificationes eius, & legem eius requirant. Et terra, inquit, mea est uos autem coloni mei estis. Tunc dedit & extunc multiplicauit eis aurum & argentum, uidelicet de laboribus populorum iam suis, de regionibus Chananaeorum in suum ius redactis, quia per iustum illis abstulerat iudicium, propter scelera ipsorum. ¶ Nihil ergo iuris isti habuerunt in bonis illis, nisi hoc, ut seruientes domino, bonis domini uterentur, tanquam mercenarij. At illi utentes bonis domini per sepe nimis fraudauerunt seruituti dñi, intantū ut haec ipsa bona, quae pro mercede de acceptis seruituti dñi, sacrauerat dñs alienis, & simulacra fabricaret daemonij. Hoc est quod per prophetam Osee dñs idem conqueritur his uerbis, sub similitudine mulieris fornicatricis. Et haec nesciuit, quia ego dedi eis frumentum & uinum & oleum, & argentum multiplicauit eis & aurum, quae fecerunt Baal. Iccirco conuertat, & sumam frumentum meum in tempore suo, & uinum meum in tempore suo, & liberabo lanam & linum meum, quae operiebant ignominiam eius. Parum illud fuit, quod argentum & aurum dñi fecerunt Baal. Impleuerunt isti filij mensuram paruum suorum, in eo maxime, quod argentum eiusdem dñi pretium sanguinis eius fecerunt. Igitur iam plane tempus erat faciendi, quod in illa prophetia praescriptum fuit, tempus dño liberandi lanam suam, & linum suum, quae operiebant ignominiam suam fornicatricis illius, liberandi frumentum & uinum suum, aurum suum & argentum suum. ¶ Huiusmodi liberationis initium quale esse potuisset conuenientius iustus aut ueneraret, quod de manu traditoris abstraheret, atque in templo proieceret illud ad statuarium iam dictum, scilicet, deum patrem suum illos triginta argenteos sanguinis sui pretium: nam uere ipsa relatio argenteorum, liberationis iam dictae fuit initium, liberationis omnium bonorum, quibus sibi collatis illi nimis sacrilege & crudeliter abusi sunt: finis autem uel consummatio, quando uenerunt Romani, totumque aurum & argentum fuit in templo siue extra templum, lanamque & linum, quod incedo superfluit, abstulerunt: Et factum est quod in eodem propheta comminatus fuerat dominus, ne forte, inquit, expoliam eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suae, & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam uelut terram inuiam, & interficiam eam siti. ¶ Quoniam autem & hoc fecit dominus, sicut iam supra dictum est, non licet eos mittere in Corbanan, quia pretium sanguinis est, emerunt ex illis agrum figuli in sepulchrum per egrinos: in isto quoque facto quis dubitet scitu dignum subesse mysterium? Nos enim eramus peregrini, quippe & quibus dicit: Qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel. Hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mundo: Et nunc quidem, ait idem, iam non hospites & aduenae, sed estis ciues sanctorum & domestici dei: ueritatem mutata peregrinatione peregrini sumus, proficientes cum eodem, quia non habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquitimus, & facientes, quod idem dicit: exeamus igitur ad eum extra castra improprium eius portantes. ¶ Igitur illi emendo agrum figuli in sepulchrum per egrinos, sicut constituit mihi dominus, domini dei filius, mysterium nobis operati sunt, & licet ignorantes, iustitiae dei seruiuerunt. In eo uidelicet, quod sicut illi argentei non remanserunt traditori, qui uendiderat non suum, sic nec sibi pretium illud remanere passi sunt, qui bonum operarium & uinea dominum non de suo, sed de bonis eiusdem domini, de mercede eiusdem operarij, emerant ad interficiendum. Erat autem Corbanan Gazophylaciū, & interpretatur Corbanan oblatio, & proinde sic appellabatur, quia de oblationibus implebatur, quae nimirum oblationes ad ipsos perueniebant. Ne igitur ad illos illi argentei rediret, quibus & ipsum Gazophylacium & cetera omnia iuste tollenda erant, hoc prouidit dominus, hoc constituit dominus, ut emerent ex illis agrum iam dictum, qui uocaretur ager sanguinis in praesagium, malum ipsis, bonum nobis. ¶ Ager quippe sanguinis tota est illis ecclesia Christi, quae sanguinem illum usque hodie fideliter bibit, clamantem ad deum aduersus male dicitos illos secundum similitudinem sanguinis Abel iusti, de quo dominus loquitur ad Cain: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur male dicitus eris super terram, quae aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Quomodo autem in huiusmodi agro sepelitur aut sepulti sumus nos peregrini: Quis hoc nesciat? Quicumque baptizati sumus, ait Apostolus, in Christo Iesu, in morte ipsius

Quales illi triginta argentei.

Argentum illud domini fuit. Gene. 37. Psal. 140.

Leuit. 25.

Iudaei quid iuris habuerunt ad bona Chananaeorum. Osee 2.

Quod ablatae sunt ab eis bona illa.

Ibidem.

Nos nimirum ter peregrini sumus qui inimus ante fidem suscepimus. Ad Rom. 13. Apolos. Ephe. 2. Hebraeo. 13.

Corbana.

Ager sanguinis ecclesia est. Gene. 4.

Roma. 6.



Facies uirtu  
ni à sinistris  
propter ad  
uerſa paſſi  
onis eius.  
Ezech. 1

Lege \* præ  
ſidia.

Duplex il  
luſio unau  
tuloꝝ, alter  
ea canum.  
Pſal. 21

Facies uirtu  
lini paſſio  
ne gloria  
et deſpecta  
Eſaiæ 57

Paſſio chri  
nobis glo  
riofa.  
1. Cor. 1

Matth. 11  
Lege \* ſed

Vindicta  
de uelatio  
ne faciei.  
Marci 14  
Lucæ 22  
Exodi 34  
2. Cor. 3  
Pſal. 68

Eſaiæ 8

2. Cor. 3

Pſal. 117

Synagoga  
Chriſti p  
cuties, filia  
latronis di  
citur.  
Matth. 5

baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum ipſo per baptiſimum in mortem, & cætera. ¶ In  
terea iugum obedienciæ trahit ipſa, cuius ad honorem hæc loquimur, facies uirtu, & aduerſa  
obueniunt ei iuxta quod in propheta dictum fuerat: Facies autem bouis ſue uirtu à ſiniſtris.  
Et facies leoniſ a dextris, de qua dicendum poſt hæc erit. Siniftra hæc ſunt, quod illud dicitur, ſa  
gellatur, & crucifigitur. Illuſus enim eſt prius ab ipſis Iudeis & pontificibus, ſue pontificum  
miniſtris, ex pundo in faciem eius, uelando faciem eius. Colaphis eum cædendo & palmas ei  
in faciem dando, cum cachinno crudeli, ut dicerent: Propheta uero nobis Chriſte, quis eſt qui te  
percuſſit. Deinde illuſus eſt à gentilibus, quibus eum tradiderunt militibus & præfulis. Con  
gregata quippe ad eum omni cohorte, exuentes eum, chlamydem coccineam circumdeder  
unt ei, & pleſtentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius, & harundinem in dex  
tera eius, & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudeorum. Et expuentes in  
eum acceperunt harundinem, & percutiebant caput eius: deinde flagellatum, tunc demum  
crucifixerunt eum. ¶ Fuit ergo duplex illuſio, altera canum, alia uirtuorum: canum, id eſt, gen  
tilium: uirtuorum laſciuientium, id eſt, Iudeorum, ſicut ipſe in Pſalmo clamauit, & adhuc cla  
mans, dicit: Circundederunt me uirtuli multi, tauri pingues obſederunt me, aperuerunt ſuper  
me os ſuum, ſicut leo rapiens, & rugiens, & cætera. Ac deinceps: Quoniam circumdederunt  
me canes multi, concilium malignantium obſedit me, foderunt manus meas & pedes meos.  
Miro modo prophetia hæc ordinem tenuit hiftoriæ ſue rei gerendæ, ut ſicut futurum erat,  
& ſicut factum eſt, quod prius à Iudeis: & deinde à gentilibus illuſus & male tractatus eſt  
ita prius de Iudeis & Iudeorum pontificibus querelam depromeret, ſub nomine uirtulo  
rum & taurorum pinguium, qui quaſi munda erant animalia, quia putabant uel dicebant ſe  
cognofcere deum: deinde de gentilibus ſub nomine canum, quia ſine deo uiuentes, nec ſalutē  
nomen ſcientes eius, palam immundi erant. ¶ Cuncta hæc ſiniſtra fuerunt, unde & facies hæc  
reſte, ut iam dictum eſt, à ſiniſtris fuiſſe perhibetur. Facies ingloria & deſpecta, ſicut gemitu  
ſoſ propheta loquitur: Et aſcendit ſicut uir gultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti.  
Non eſt ei ſpecies neq; decor. Et uidimus eum & non erat aſpectus, & cōſiderauimus eum de  
ſpectum, & nouiſſimum uirtuꝝ, uirtum doloꝝ: & ſcientem infirmitatē & quaſi abſconditus uul  
tus eius, & c. ¶ Siniftra, inquam, id eſt, aduerſa hæc fuerunt, ſed per hæc ſiniſtra, cuncta nobis  
dextera per hæc aduerſa, cuncta nobis proſpera uenerūt. Et illis quidē uirtulis ſue tauris ſini  
ſtris quidē ſcandalum, gentibus autē ſtultitiā: ſcandalum nobis, id eſt, noſtro ſenſui, illud ſtulti dei  
ſapientius eſt hominibus Iudeis, & infirmū illud dei fortius eſt hominibus. Et hinc: quos cū  
autoritate ſupraſcripta uirtulos & canes dicere audeamus potius q̄ homines. beatus eſt, ait ipſe,  
qui nō fuerit ſcandalizatus in me, & hoc ſcientes nō ſcandalizamus, \* ſue gloriamur, & faciē  
hāc in iſta quaſi ſtultitiā & infirmitate maxime glorioſam prædicamus, quippe qui ipſas eius  
cōtumelias ſacramentis & maieſtate iudicij penſas eſſe intelligimus. ¶ Primum, illud quod il  
luſus facies quoq; eius (quod Marci & Lucæ narratio non præterit) uelauerunt, quātum  
uſq; hodie ſuper illos exercet iudiciū: Nam quia ſic faciē eius uelauerunt, iecirco uelamen po  
ſitum eſt ſuper cor eoz, ſecundum illud portenti, quod Moyses ſponebat uelamē ſuper faciē  
ſuam, & uſq; in hodiernū diem, ait Apoſtolus, cum legitur Moyses uelamen poſitū eſt ſuper  
cor eoz. Et quia ſic uelata faciē incuruabāt eum ad colaphizandum, reſta imprecatione, ſue  
iuſta conſeſſione in Pſalmo ſpiritus propheticus: Obſcurentur, inquit, oculi eoz: ne uideant,  
& dorſum eoz ſemper incurua. Sibi met ergo faciē eius abſconderunt, quia ipſe illis abſcon  
diſſe dicitur, dicente Eſaiā: Et exſpectabo dominum, qui abſcondit faciē ſuam à domo Ia  
cob, & præſolabor eum, ſubauditur, donec oſtendat eis faciē ſuam, ſicut loco memorato  
proſequitur Apoſtolus, dicens: Cum autem Iſraēl conuerſus fuerit ad dominum auferetur  
uelamen. ¶ Interim abſconditus eſt ab eis pro reatu uelationis, & reprobationis, illius, quare  
probauerunt eum, lapidem ſummum, lapidem angularem, non qualcumq; modo, ſed ita pro  
caciter, ut inter reprobandum in faciē quoq; eius expuerent. Quo enim modo quippiam  
magis quam conſpuendo reprobamus? Eius nanque rei, quam conſpuiſſimus, odorem nobis  
fecere ſignificamus. Nimis ergo illi reprobauerunt & diſcantes iſtum lapidem, ſed fruſtra ſa  
ctus eſt enim in caput anguli. Et principium eſt fortitudinis, unde plenius dicendum erit in  
contemplatione faciei leoniſ. ¶ Præter hæc & uocem cachinni non ſine iuſta indignatione  
deus audierit, dum uelata faciē quaſi non uidentem colaphizantes, & alapis cædentes, dice  
rent: Prophetiza uobis C H R I S T E, quis eſt qui te percuſſit: Stulti & cæci, nos pro illo  
uobis prophetizamus, id eſt, ſecundum ueram prophetiam reſpōdemus, quia percuſſit eum  
filia latronis. Quæ percuſſit eum, tota ſynagoga ueſtra uocatur & eſt filia latronis. Sic e  
nim habet prophetia, quam ipſe uelata tibi faciē nobis uidet, nobis offendit. Nunc uafra  
beris filia latronis. Quam ob cauſam? Obſidionem, ait, poſuerunt ſuper nos, in uirga per  
cutienti maxillam iudicis Iſraēl. Quem iudicem Iſraēl ſi quæras, quis nam ſit, ecce dicimus,  
quia

quia ipſe eſt qui natus eſt in Bethleem de uirgine Maria, ab initio autem ſue ab æterno deus  
erat. Nam proximus ſequitur, & ait: Et tu Bethleem Ephrata, paruulus eſ in milibus Iuda, ex te  
mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſraēl, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Er  
go filia latronis tu es ò ſynagoga ſatanæ, quæ tanti iudicis maxillam percuſſiſti, & hoc prophe  
tizat tibi, loquens in prophetis, loquens etiam in nobis. Cuius filia latronis? Nonne Barabbæ?  
Erat enim Barabbas latro, & propter ſeditionem & homicidium miſſus fuerat in carcerem. Il  
lum tibi donari petiſti, autorem ſeditionis, occidiſti autem hunc, principem pacis. Vere er  
go filia latronis, & parris eiſmodi, ſeditiones & latrocinia iuſta in hæreditate poſſediſti. Et  
iucirco uafra eſ, quia obſidionem poſuiſti, eos prohibens loqui, & perſe quens & occidens  
eos, qui præntiabant de aduentu iuſti, ſcilicet iam dicti iudicis, & eiſdem cum præſens eſ  
ſet, maxillam percuſſiſti. ¶ Et quidem Gentiles quoq; quibus eum tradiſti, non minus illu  
ſerunt, imò & amplius illuſerunt, quia præter hoc, q̄ ſimiliter (ut tu) expuerunt in eum, & ala  
pas ei dederūt, ſimul etiam ad deriſionem regij nominis, ſuper quo accuſaueras eum, chlamy  
dem coccineā circumdederunt ei. Et pleſtentes coronā de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius,  
& arundinem in dextera eius, & genu flexo regem ſalutantes, arundine percutiebant caput  
eius. ¶ Sed in omnibus his tu filia latronis maius peccatū habes, quia legem & prophetas Meſ  
ſiam tibi promittentes acceperas, ita ut excuſationem non haberes de peccato tuo, quin ſciens  
& per inuidiam dominū & regem tuum illuſeris, illudendumq; & flagellandū & crucifigen  
dum tradiſteris. Illi autē eiſmodi nihil habentes aut ſcientes, hæc omnia fecerunt, multo excu  
ſabiliores cōparatione tui. Nam de tuis aliqui à te peruaſi, per ignorantia fecerunt, illi autem  
omnino nō fecerunt. ¶ Exeamus tamē ad eum, uel cum eo in locū qui dicitur Golgatha, qd  
eſt caluarie locus ubi crucifigentes eum, diuiferunt ſibi ueſtimenta eius, & uideamus in hu  
militate uel pœna iudicati, glorioſum & terribile myſterij iudicaturi. Illic enim ipſe duorum  
latronum medius, alterq; à dexteriſ penitentem ſuſcepit, & amen, inquit, dico tibi, hodie me  
cum eris in paradifo: alterum à ſiniſtris in nequitia perſeuerantem, in damnatione reliquit. Il  
lic & Iohannes ex amicis amiſſiſſimus cum Maria matre ipſius, ſtans iuxta crucem eius, unde  
abierat, non uoluitate, ſed metu cæteriſ diſcipuliſ eius, & Barabbas latro nescio quō abierat à lu  
dæis dimiſſus. In his quatuor tam diuerſis hominibus q̄ magnum ſubleuat myſterij iudica  
turi huius, qui (ut iam dictū eſt) duob; latronum medius pendebat iudicatus: tūc demum ri  
te perpendis, ſi ſimul proſpicias, quia cum ſederit, ut iudicet omnes gentes, ſuper ſedem maie  
ſtatis ſue, tunc omne genus humanū in quatuor partes diuidetur. ¶ Illic erunt à dextris, qui  
dicentur & condemnentur, atq; illic erunt qui non iudicentur, ſed iudicent. nimir; apoſtoli  
cæ perſeſtionis homines, iudicabūt ſancti nationes, uidelicet cū illis principibus, quibus ſpecta  
liter dictū eſt, Sedebitis & uos ſup ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſraēl. Quar  
ta pars erit illoꝝ qui nec iudicabuntur, quia iam iudicati ſunt, iuxta illud Apoſtoli dictū, Qui  
cumq; erit ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. ¶ Tam ergo crux ipſa Chriſti iudicati qd  
dam erit tribunal eiſdē tremendi iudicis, quia circa ipſum alter latronū iudicatus, id eſt, pu  
nit; & ſaluatus eſt: alter iudicatus, de illo iudicio uel pœna tranſiit ad pœnā æternā, impēni  
tens & uſq; in fine ſuo blaſphemus & dilect; Iohannes, neq; tunc neq; deinceps crucifix; uel  
alia ui pemptus eſt. Quartus barabbas, à deo qdem damnatus erat, ſed ab hoibus non iudica  
tus, imò dimiſſus, ut iam dictū eſt. ¶ Splendidus myſterij hoc nobis faciet ſanctæ & myſtica  
lex, capitulo quod huiusmodi eſt: Locutus eſt dominus ad Moysen, dicens: Poſt mortē duo  
rum filioꝝ Aaron, quando offerentes ignem alienū interfeſti ſunt, & præcepit ei, dicens: Lo  
quere ad Aaron fratrem tuū, ne omī tempore ingrediatur ſanctuariū, quod eſt intra uelū, co  
ram propitiatorio quo tegit arca, & non moriatur, quia in nube apparebo ſup oraculum, ni  
ſi ante hæc fecerit: Vitulū offeret pro peccato, & arietē in holocauſtū. Tunica linea ueſtieſ, ſce  
nimalibus lineis uerenda celabit, accinget zona linea, & cydarim lineam imponet capiti. Hęc  
enim ueſtimēta ſunt ſancti, quibus cunctis, cū lotus fuerit, induet, ſuſcipietq; ab uniuerſa mul  
titudine filioꝝ Iſraēl duos hircos pro peccato, & arietē in holocauſtū. Cumq; obtulerit uitu  
lum, & orauerit pro ſe & pro domo ſua, duos hircos ſtare faciet coram dño in oſſio tabernacu  
li teſtimonij, mirtens ſup utrunq; ſortem, unam dño & alterā capro emiſſario. Cuius ſors exi  
erit dño, offeret illum pro peccato. Cuius autem in caprum emiſſarium, ſtauerit eum uitiū co  
ram domino, ut fundat preces ſuper eum, & emittat illū in ſolitudinem. His rite celebratis, of  
feret uitulum, & rogans pro ſe & pro domo ſua, immolabit eum, aſium proq; thuribulo, qd de  
prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compoſitū thymiama in incēſum, ultra uelum in  
trabit in ſanctā, & poſitis ſuper ignē aromatis; nebula eoz ut uapor operiat oraculum, quod  
eſt ſup teſtimonium, & nō moriatur. Toller quoq; de ſanguine uirtuli, & aſperget ſepties digi  
to contra propitiatorium ad oriētem. Cumq; maſtauerit hircum pro peccato populi, inſerit  
ſanguinem ei; intra uelū, ſicut præceptū eſt de ſanguine uirtuli, ut aſpget e regione oraculi, &  
expiet ſanctuariū ab immunditijs filiorum Iſraēl, & à præuicationibus eorum cunctisq;

Matth. 27  
Luc. 23

Iluſio Chri  
a gentilib;

Mat; p̄ctm  
Iudæoz;

mirabile tri  
bunal Chri  
in cruce,

Luc. 23  
Iohā. 19

Quadrup  
plex genus  
hoim in ex  
tremo iudi  
cio.

Sap. 7  
Matth. 19  
Rom. 2

Quatuor p  
ſonæ circa  
crucem.

Verbalis  
de ritu offe  
rendi.  
Leuit. 16

peccatis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonij, qd fixum est inter eos, in medio for-  
 tium habitationis eorum. Nullus hominum sit in tabernaculo, quando pontifex ingreditur san-  
 ctuarium, ut roget pro se & pro domo sua, & pro uniuerso coetu Israel, donec egrediatur. Cū  
 autem exierit ad altare, quod coram domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem uitulæ  
 q̄ hirci fundat super cornua eius per gyrum, aspergensq̄ digito septies expiet, & sanctificet  
 illud ab immunditijs filiorum Israel. Postquam autem emundauerit sanctuarium & taberna-  
 culum & altare, tunc offerat hircum uiuentem, & posita utraq̄ manu super caput eius. Con-  
 fiteantur omnes iniquitates filiorum Israel, & uniuersa delicta atq̄ peccata eorū, quæ impre-  
 cans capiti eius emittat illum per hominem paratum in desertum. Cum q̄ portauerit hircus  
 omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in desertum, reuertatur Aaron  
 in tabernaculum testimonij, & positis uestibus, quibus prius in durus erat, cū intraret sanctu-  
 arium, relictijsq̄ iibi, leuabit carnem suam in loco sancto, indueturq̄ uestimentis suis. Et postq̄  
 egressus obtulit holocaustum suum ac plebis, rogabit tam pro se quam pro populo, & adipē  
 qui oblatas est pro peccatis, adolebit sup altare. Ille uero, qui dimisit caprum emissarium,  
 lauabit uestimenta & corpus aqua, & sic ingreditur in castra. Vitulum autem & hircum, qui  
 pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est, ut in sanctuario expiatio cōple-  
 retur, asportabunt foris extra castra, & comburent igni, tam pelles quam carnes eorum & fi-  
 mum. Et quicunq̄ combusserit ea, lauabit uestimēta sua & carnem aqua, & sic ingreditur in  
 castra, eritq̄ hoc uobis legitimum sempiternum. ¶ Assertionem nostram non indiget, demonstra-  
 tione nostra non opus est, quod hæc & cætera legalia instituta fuerint exemplaria celestium,  
 de quorum quibusdam præscriptis Apostolus dicit. Necessè est ergo exemplaria celestium  
 his mundari, ipsa autē celestia melioribus hostijs quam istis. Deniq̄ & Moyſi, cum hæc ordi-  
 narentur, deus dixit. Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.  
 Ergo exemplaria celestium ista fuerūt, immolatio uituli pro peccato, & oblatio arietis in ho-  
 locaustum, & ab uniuersa multitudine filiorum Israel susceptio duorum hircorū pro pecca-  
 to cum ariete iam dicto in holocaustum, & cætera quæ præscripta sunt, exemplaria fuere cœ-  
 lestium. Ipsa autem celestia sunt ista, de quibus est iam dictum, immolatio Christi crucifixi,  
 & sortes diuisæ latronum, qui cum eo crucifixi sunt, dimisso Barabba per petitionem Iudeo-  
 rum. Dicamus ergo. ¶ Non, inquit, omni tempore ingreditur sacerdos in sanctuarium, quod  
 est intra uelum, coram propitiatorio quo tegitur arca, &c. Sacerdos & hostia ipse Christi⁹ est,  
 ipse uitulus, ipse aries, ipse & hircus, sed diuerso respectu. Sacerdos nanq̄ est, quia sicut Apo-  
 stolus dicit, ipse assistens p̄trefex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernacu-  
 lum non manufactum, id est, non huius creationis, neq̄ per sanguinem hircorum aut uitulo-  
 rum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta, sacri-  
 ficium præferens panis & uini, secundum ordinem Melchisedech, in sacramento corporis &  
 sanguinis sui. Vitulus, quia sicut pro nobis, ita pro illis quoq̄ oportuit eū pati, qui usq̄ ad ad-  
 uentum eius portantes iugum legis, in se uixerunt, & mundi fuerunt per iustitiam fidei. Ari-  
 es ipse, uidelicet immolatus & pro arietibus quoq̄, id est, pro apostolis suis, de quibus psalmus  
 dicit. Afferte domino filij dei, afferte domino filios arietum. Ipsi nanq̄ duplici de causa recte  
 arietes dicti sunt, uel quia duces sunt totius ecclesie, sicut arietes duces sunt totius gregis, uel  
 quia sicut arietes duobus cornibus, sic ipsi duobus testimonijs oppugnantia sibi impugnant  
 hoc à uitulis, id est, ab anterioribus sanctis, differentes, q̄ iugum legis non portant, quod neq̄  
 nos, ut ait Petrus apostolus, neq̄ patres nostri portare potuim⁹. Hircus, ipse nimirum pro  
 illis, q̄rum grauiora peccata tulit, siue qui ante aduentum eius sub lege fuerunt, siue quos in  
 aduentu suo ipse, finis legis, per penitentiam suscepit, uel suscipit, qualium nouissimus latro il-  
 le est, quem (ut supra diximus) in cruce penitentem suscepit. ¶ Igitur cum uitulo & ariete &  
 duobus hircis tūc accessit sacerdos coram domino, in ostio tabernaculi testimonij, quādo re-  
 demptor noster ad passionem uenit, obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis,  
 Ostium quippe tabernaculi sancti & ueri, ipsa est passio eiusdem redemptoris. Et illud maxi-  
 me uulnus eiusdem passionis, quo latus eius unus ex militibus lancea percussus aperuit, ap-  
 tior est illius ostij, quo ingre dimur, & præter quod ostium non est aliud, per quod possim⁹ in-  
 gredi in gloriam illius celestis sanctuarij. Nos autem extunc regale sacerdotium, gens san-  
 cta, populus acquisitionis esse cōti, suscipiet (inquit) ab uniuersa multitudine filiorū Israel du-  
 os hircos pro peccato, & unum arietem in holocaustum. Cumq̄ obtulit uitulum & c. Vn⁹  
 uitulus & unus aries, quia uidelicet iustorum atq̄ sanctorum hominū, propter quorum im-  
 perfectam iustitiam siue sanctitatem, Christum tanquā uitulum & uelut arietem pati siue im-  
 molari oportuit, quoniam & si proprijs uel actualibus criminibus non erant impliciti, pecca-  
 to tamen originali tenebantur obnoxij nulla dualitas, nulla diuisio est, sed omnes unum sunt,  
 ¶ Potro hirci duo sunt, forte separandi, quia peccatores siue impj diuisi sunt diuisione huius  
 modi, ut alij per penitentiam conuersi, remissionem peccatorum accipiant in sanguine Chri-  
 sti

Lex illa ex-  
emplar fuit  
coelestium.  
Hebr. 9.

Exod. 25.

Chrs facer-  
dos e, & ui-  
tul⁹ & ari-  
es & hirc⁹  
mysticus.  
Heb. 9.

Psal. 109.  
Chrs uitul⁹

Chrs aries.  
Arietes apo-  
stoli.  
Psal. 29.

Actu. 15.  
Chrs hirc⁹

Phil. 2.  
Ostij taber-  
naculi, lat⁹  
Chrs uulne-  
raturum in  
cruce.  
1. Pet. 2.

Duo hirci,  
chrs & Ba-  
rabbae.

stiaq̄ impoentes in suis moriantur peccatis, & nō prodest illis sanguis Christi, imō in iu-  
 dicio uenit super eos, sicut quidam eorū sibi metipsis imprecati sunt, dicentes: Sanguis eius  
 super nos & super filios nostros. ¶ Ait ergo: Cūq̄ obtulerit sacerdos uitulum, & orauerit pro  
 se & pro domo sua, duos hircos stare faciet corā domino in ostio tabernaculi testimonij, mit-  
 tens super utrumq̄ sortem, unam domino, & alteram capro emissario. Hoc ita factū est. Volun-  
 tati patri obediens sacerdos uerus dominus Iesus Christus, semetipsum tanquam uitulum ob-  
 tulit, & pro se ac pro domo sua, quæ est ecclesia, orauit, quando procidens in faciem suam, Mi-  
 pater, inquit, si possibile est, transeat à me calix iste: ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut  
 tu, factusq̄ in agoniam, prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttē sanguinis decurrē-  
 ris in terram. Tunc ubi comprehensus est, & præſidi Pilato traditus, quem (inquit ille) uultis  
 dimittere uobis, Barabbam an Iesum qui dicitur Christus? Hoc plane fuit sortem mitti super  
 duos hircos. Hircus enim ipse, qui aries & uitulus diuerso respectu, ut supra meminimus. Cui-  
 us fors exierit à domino, illum (ait) offeret pro peccato. Cuius autem in caprum emissarium,  
 statuet eum uiuum coram dño, ut fundat preces sup eū, & emittat illū in solitudinē, & hoc ita  
 factum est. Quem illi sibi petierunt dimitti, dimissus est illis, scilicet Barabba latro. Iesum au-  
 tem flagellatū tradidit eis Pilatus ut crucifigeretur, qd fuit, hircum sortis dominici offerri pro  
 peccato. ¶ Quæ autē fuit solitudo uel desertum, quod dimissus abiit ille Barabba latro? Sic em̄  
 dictum est de hircō emissario: Statuit eum uiuum coram domino, ut fundat preces super eū,  
 & emittat illum in solitudinē. Quod dicit, ut fundat super eum preces, id intelligi oportet im-  
 precationes. Nam rursus ita dictū est: Tūc offerat hircum uiuētē, & posita utraq̄ manu sup  
 caput eius, confiteantur omnes iniquitates filiorū Israel, & uniuersa delicta atq̄ peccata eorū,  
 quæ imprekans capiti eius, emittet illū per hominē paratum in desertum. Quo d ergo deser-  
 tum, uel quæ fuit solitudo, in quam emissus est ille Barabba, hircus reprobus, malis precib⁹  
 ditis super caput suum cooperatus imprecationibus? Nimirū illa solitudo illud est desertū, qd  
 intelligi oportet in uerbis istis, quæ sacerdos ille prædixerat, ecce relinquet uobis domus ue-  
 stra deserta, præmissis imprecationibus huiusmodi. ¶ Vt ueniat super uos omnis sanguis iu-  
 stus, & effusus est sup terrā à sanguine Abel iusti usq̄ ad sanguinē Zachariæ filij Barachie, quē  
 occidistis inter templū & altare. Amen dico uobis, uenient hæc omnia super generationē istā.  
 Vere deserta domus, quam deseruit salus, quam deseruit deus & dominus Iesus Christus, fo-  
 ras ductus, extra ciuitatem crucifixus. ¶ Eiusmodi preces siue imprecationes imprecabitur,  
 ait, capiti eius, posita utraq̄ manu super caput eius. Non enim una manu, non uno uel simpli-  
 ci, sed duplici puniuit eos iudicio, scilicet & in isto & in futuro seculo, cōdemnatos ex ore suo  
 dicentium, sanguis eius super nos & super filios nostros. Ergo imprecantis utraq̄ manus po-  
 sita est super caput eius, scilicet Barabbae in primis, & cum eo populi, cui petēti dimissus est ta-  
 lis hircus, portans iniquitates filiorum Israel, & uniuersa delicta atq̄ peccata eorū, scilicet cō-  
 tra ipsos in testimonium, q̄ seditiones hereditario iure possidere deberent, quia seditionis au-  
 torem sibi dimitti petierunt. ¶ Quid tādē facere debuit aut potuit ille homo, qui dimisit eius-  
 modi caprum emissarium: aut quis ille homo, aut quomodo paratus fuit, quoniam sic dictum  
 est, emittet illum per hominē paratum in desertum: Principes sacerdotum, ait euangelista,  
 & seniores persuaserunt populo, ut peterent Barabbam, Iesum uero perderent. Illa persuasio  
 fuit præparatio, & ille homo unus congrue populus unus intelligi, illa persuasio præpara-  
 tus. ¶ Quid ergo facere debuit homo immundus, tali præparatione & talis capri contagione  
 pollutus: Lauabit (inquit) uestimenta sua & corpus aqua, & sic ingreditur in castra. Quali  
 aqua lauabit: Nimirū aqua baptismatis, aqua sanguine mixta, ex eius latere fors domino ex-  
 iit, ut immolaretur siue offerretur pro peccatis. Qui penitentiam egerit, eo q̄ persuasus ca-  
 prū emissariū dimisit, & istū mactari petiuit, tali aqua lauabitur ut saluari possit. Hoc ita factū  
 est. Penitentiam agit, inquit Petrus, & baptizetur unusquisq̄; uestrum in nomine Iesu Chri-  
 sti in remissione peccatorū, & accipietis donum spūs sancti. Item: Vos autem (ait) sanctum & iu-  
 stum negastis, & petistis uisq̄ homici dam donari uobis, autorem uero uitæ interemistis. Pœ-  
 nitentini igitur & cōuertimini, ut deleantur uestra peccata. His auditis, cōpuncti sunt corde,  
 & baptizati sunt primo tria milia, & deinde quinq̄ milia, atq̄ hoc modo, qui caprum emissari-  
 um (id est, Barabbam) dimittebat, autorem uitæ interfecerat, lauit conscientia suæ uestimenta  
 & corpus aqua, & sic ingressus est in castra, appositus est ad numerum illorum, quos ab initio  
 mundi credentes usq̄ in illam horam aqua & sanguis exiens de latere Christi emundauerat.  
 Non omnes ita egerunt, sed qui uoluit, sic loros est, & in castra sanctorum mundus ingressus  
 est. ¶ Et de isto quem hircō reprobo & male emisso, pro tēpore & re (ut puto) satis dictum  
 est de cæteris adhuc dicendum, qd plurimum delectat, quia tantūmodo tres istæ species ani-  
 maliū, uitulus, aries & hirc⁹, sub uirga pastoris transeūt, qualis uidelicet pastor fuit ipse Moy-  
 ses, per quē ordinata sunt hæc exemplaria celestij. pascebat enim oues focii sui Ietro, q̄ uocā-  
 uit eum deus de rubo. ¶ Respice in hanc partē, & nō plures, sed totidē ordines inuenis anima-  
 lium

Mat. 12.  
Leu. 16.

Luc. 22.

solitudo uel  
desertū hirci,  
scilicet hirci  
fuit mys-  
ticæ.

Mat. 23.

Imprecatio-  
nes i hirci.

Baptisma  
salutare fuit  
guratum.

Actu. 2.  
Actu. 3.

Exo. 3.  
Tres ordi-  
lium

neq hoim  
Chrianoq.

Luc. 9.

Luc. 17.

Marc. 10.

Matt. 19.

Differentia  
inter pasto  
res moyses  
& Chri. m.  
Leges nulli  
seu no ulli.

Rom. 6.

Chri extra  
castra pas  
sus.

Hebr. 13.

Exeam<sup>o</sup> ad  
eu extra ca  
stra.  
Heb. 9.  
Quid e ex  
tra castra  
cremati.  
Gala. 5.

lium rationalium, quae sub uirga boni pastoris huius transeunt, de quo loquimur, quia posu-  
it animam suam pro ouibus suis, & pro grege suo mori dignatus est. Nam unus est ordo illa-  
rum qui coniugati sunt, curisq; secularibus licitis inseruiunt, inter quas & propter quas armia  
quoq; utentes, quasi cornu obunco, more uictorum aduersantes sibi ferunt, neminem tamen  
concutientes, neq; calumniam facientes, & contenti stipendijs uel iustis laboribus suis. Taliu  
est dicere, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus; quia uidelicet tantum, & non  
plus quam preceptum est, fecerunt. Hi in suo ordine, tanquam uituli boni pastoris suo dilecti  
sunt, Exempli gratia, ut ille adolescens in euangelio, cum de preceptis interrogatus, respõ  
disset, Magister, hæc omnia seruauit à iuuentute mea, Iesus autem (inquit euangelista) intutus  
eum, dilexit eum. ¶ Alius est ordo illorum, qui nullum seculi iugum trahunt, nec ea que mun-  
di sunt, appetunt; imò quae propria sibi esse poterant, nõ habentibus distribuunt, & uelut ton-  
si arietes depositis uelleribus, sequuntur eundem pastorem suum, cornu quidem habentes,  
sed recuruum, quo neminem perfoderent; quia etsi interdum excitantur in zelum, non con-  
tra homines, sed contra uitia hominum, suae fortitudinis impetum faciunt. Tales erant aposto-  
li, & quotquot apostolicæ perfectionis uiam tenere student ad studuerunt, ad hunc ordinem  
peruenerunt. Distantia horum summa hæc est, qd illi tantummodo precepta custodiunt, isti su-  
per preceptum addiderunt facere consilium dicentis: Si uis perfectus esse, uade, uende omnia  
quae habes, & da pauperibus, & ueni, sequere me. ¶ Tertius ordo illorum est, qui non solum  
non secuti sunt consilium, sed nec impleuerunt preceptum, uelut hirci, qui neq; lanis suis pas-  
torem uestiunt, neq; in opere aliquo iugum eius suscipiunt; tandem autem conuersi ad po-  
nitentiam post crimina quae libet, remissionem & ipsi percipiunt, ita tamen, ut peruenire non  
debeat ad honores seu gradus ecclesiasticos, sicut sacri canones rationaliter diffiniunt. ¶ Igitur  
quot sub uirga pastoris hominis, qualis fuit Moyses, brutorum animalium transeunt spe-  
cies; totidem sub manu summi pastoris, dei & hominis, sunt electorum ordines, quosdam ha-  
bentes, (de quibus iam dictum est) similitudines, sicut & ipsi pastores, siue Iacob, siue iam di-  
ctus Moyses, nonnulla gesserunt in figura boni pastoris Christi, quod fere nonnulli in cogni-  
tum est. Summa autem inter hæc in hoc distantia est, qd brutorum animalium causa nõ postu-  
labat, ut pastor ipsorum pro ipsis moreretur; istis autem rationalibus uitalibus, arietibus & hir-  
cis, scilicet hominibus cunctis, in ueritate expediebat, quatenus hic pastor bonus animam su-  
am pro eis poneret, & pro eis mori dignaretur, ipsi autem mortuo commorerentur, illo uide-  
licet modo, quo iam mortui sumus, iamq; resurreximus, sicut dicit Apostolus: Quicumq; ba-  
ptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Cõsepulti enim sumus cum il-  
lo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita  
nos in nouitate uitae ambulemus. ¶ Magna hæc distantia est, qd illic pastores siue sacerdotes,  
Moyse & Aaron, & ceteri de stirpe eius, in sacrificio non moriebantur, sed tantum pecora oc-  
cidebantur; hic autem & pastor mortuus est, & quot quot sunt de grege eius, illi (ut iam dic-  
tum est) necessario commoriebantur. Vtriusq; & pastoris pro grege morientis, & gregis pas-  
toris suo commorientis, sacramentum in hac figura legis perspicere, plurimum delectat, ubi  
uituli & hirci solus sanguis infertur in sancta, & corpora cremantur extra castra; aries uero so-  
lus & torus super altare in holocaustum offerri iubetur. ¶ Deniq; dominus Iesus Christus, ani-  
malium rationalium pastor bonus, extra castra, id est, extra ciuitatem passus, & omnes anteri-  
ores iustos siue electos, & peccatorum poenitentium primitias, scilicet latronem qui cum eo  
crucifixus fuit, tanquam uitulos & hircos suo sanguine mundauit; intus autem cũ arietibus,  
id est, cum apostolis, nocte præcedenti ipse uerus aries, post cenam typicam paschalis agni,  
sacramentum corporis & sanguinis sui in holocaustum obtulit, quod optime notum est Chri-  
stianæ siue catholice fidei. Gregis huic pastoris (ut dictum est) commoriebis lex eadem est &  
esse debet, quemadmodum Apostolus dicit: Optimum est enim gratia stabiliri cor, non escis,  
quæ non profuerunt ambulanti bus in eis. Ac deinceps; Propter quod & Iesus, ut sanctifica-  
ret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra ca-  
stra, imperio eius portantes. Hæc & cætera cum dicit, nulli iam ignotum uel dubium est,  
quin exire uelit tam Hebræos quibus ea scripsit, quam nos qui cum eis unum ouile sumus ef-  
fecti, extra castra iustitiæ carnis, iustitiæ seruientium solummodo in cibis & potibus & uari-  
is baptismatibus, quæ non possunt (ait) perfectum facere seruientem in illis. ¶ Hoc est extra ca-  
stra cremari secundum similitudinem uel ad imitationem summi huius uitalis siue hirci, extra  
castra passus, spernere Iudaicas iustitias & iustitiæ dei subijci, & hoc est sanguine suo commu-  
nicare sanguini eius, illatio in sancta, carnem suam crucifigere cum uitijs & concupiscentijs;  
Perfectus autem his, est etiam uelut arietem in holocaustum offerri, id est, non solum illicitis  
abstinere rebus siue concupiscentijs, & ea seruare præcepta, quæ in tabulis scripta sunt digi-  
to dei, uerum etiam ab licitis siue concessis, qd primi uel maxime cõeperunt facere sancti apo-  
stoli, ut secundum ipsum nomen holocausti totum eorum propositum sit sacrificium, qd uel

delicet holocaustum interpretatur totum incensum. ¶ Multa sunt adhuc sacramenta eius dẽ  
capituli præscripti, ad rationem pertinẽtia faciei huius, faciei uitalis sed quia ueremur esse ni-  
mũ, uitandumq; est fastidium etiam in rebus pretiosis, nos pluribus omissis, hoc tamẽ in tactu  
prætereire non patimur, quod inter cætera dicit: Tolle quoq; sacer dos de sanguine uitali, &  
asperget digito septies contra propitiatorium. Idem & alibi dicitur Immolatoq; uitulo in cõ-  
spectu domini, inferet sacer dos, qui unctus est, de sanguine ei in tabernaculũ testimonij, tin-  
cto digito aspergens contra uelum. Deniq; hoc ualde pertinet ad illum, cui hoc opusculũ di-  
cauimus, honorem filij hominis, quod huius sacræ literę uiuificans spiritus uigilanter aspiciẽ  
tibus innuit. Vt quid enim uitalis iste immolatus, ut quid sanguis Christi est fusus, nisi ut spi-  
ritum sanctum, qui in eo septiformi plenitudine requiescit, in remissionem peccatorũ accipe-  
remus? Septies ergo contra propitiatorium siue contra uelum debuit aspergi sanguis illi uir-  
tuli significatiui, digito sacerdotis: quia non nisi per passionem & sanguinem huius filij homi-  
nis potuit aut debuit sanctus septiformis spiritus in remissionem peccatorum dari nobis. Nec  
hoc dicimus, quin & ante aduentum eius spiritum sanctum acceperint, & patriarchæ & proph-  
etæ & iusti q̃ plurimi, sed nõ hoc dato, quod dicitur & est peccatorum remissio. ¶ Duo qd  
pe funt data spiritus, alterum in diuisiones gratiarũ, quo solo illi anteriores illustrati fuerunt  
alterum in remissionem peccatorum, quod ante hoc datum non fuerat, sicut Euangelista te-  
statur: Nondum enim (inquit) erat spiritus datus, quia Iesus nõ dum fuerat glorificatus. Hoc  
sciens ipse, uidelicet quod datum hoc non daretur nisi per mortem & sanguinẽ eius, dicebat  
ipsa nocte qua tradebatur: Vado ad eum qui me misit, sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia  
impleuit cor uestrum, sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadam. Si enim  
non abiero, paracletus non ueniet ad uos; si autem abiero, mittam eum ad uos. Quod eum di-  
xisse de passione uel morte sua, liquido constat potius, quam de futura ascensione post quadra-  
ginta dies à resurrectione sua, quia uidelicet propter illam discessionẽ eius discipuli non con-  
tristari, imò gaudere habebant, sicut sanctus Lucas memorat, dicens: Et ipsi adorantes, reuer-  
si sunt in Hierusalem cum gaudio magno: De passione uel morte sua dixisse omnino recte in-  
telligitur, sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadam & c. præsertim quia sic eu-  
angelista præmiserat, dicens: Ante diem festum paschæ sciens Iesus quia eius hora uenit ut  
transeat ex hoc mudo ad patrem. ¶ Igitur necessario ualde sacer dos iste in sanguine uitali di-  
gitum tinxit, & contra propitiatorium siue contra uelum sapius asperfit, quia uerũ est, & hoc  
ab ipso in ueritate dictum sit, quia sanguis eius prius funderetur, neq; conditum baptismi sa-  
cramentum, neq; spiritus sanctus datus fuisset in eo quod est paracletus, id est, consolator, sci-  
licet in eo quod est remissor uel remissio peccatorum: quæ una uel summa est consolatio san-  
ctorum electorumq; omnium, tam præcedentium quam subsequentiũ, quia omnes, tam  
illi q̃ isti, sanguine eius emundati sunt, nec aliter dissolui poterat eis mediũ paries inimicitia-  
rum, qui significabatur per uelum, quod erat ante propitiatorium.

Libri XI, finis.

# RVPERTI ABBATIS

TIS TVITIENSIS, OPERIS DE GLO-  
RIA ET HONORE FILII HO-  
MINIS, LIBER XII.



VDIRE delectat, propter gloriam & honorem tuum fili hominis  
audire & intelligere dulce est, d gloriosum aial, in contemplãdo qua-  
tuor facies tuas, illud quod dixit sanctus Ezechiel, ubi prophetis te  
uidit oculis iuxta fluum Chobar. Cum (inquit) aspicerem anima-  
lia, apparuit rota una super terram iuxta animalia, habes quatuor fa-  
cies & c. Rota ista nimirum sancta scriptura est, habens & ipsa quatuor  
rotæ sunt una rota, quia sicut habet ipsa prophetiæ series, ipse uel ead-  
dem sunt rotarum, quæ animalium facies. Verus ergo & fidelis ser-  
mo, quem dicit, quia cum aspicerẽ animalia, apparuit rota una & c. Cum enim tu, quẽcũq; es,  
aspicis hæc animalia, tunc & nõ prius apparet tibi rota ista, cum (inquã) aspicias uel recipis ista  
filij hominis sæpe dicta quatuor sacramenta, incarnationem, passionem, resurrectionem, atq;  
ascensionem, tunc uel extunc apparet & elucet tibi quid uelit, quod tendat sancta ueteris instru-  
menti scriptura, rotunda, uolubilis, perfecta, quatuor faciebus secundum istas quatuor par-  
tes distincta. ¶ Quas: partium pro hac ratione prima est liber Geneleos, secunda lex ceremo-  
niarũ siue sacrificiorum, tertia libri Regũ, quarta libri prophetarũ. Nam reuera si in libro Ge-  
nese

Quid est se-  
pries digi-  
to aspergere

Leui. 4.

Duo sunt  
data spũs  
sancti.  
Iohã. 7.

Iohã. 16.

Luc. 24.

Iohã. 13.  
Spũs sanctus  
ut paracle-  
tus, nõ fuit  
ser datus ni-  
si per mor-  
tem Chri-  
sti, addo uis-  
Eph. 2.

Rota hĩa  
quor facie-  
es, sacra scri-  
ptura est,  
Ezech. 1.

Quatuor  
partes uete-  
ris testamẽ-  
ti, scdm 4.  
facies ani-  
malium,

ne eos rite perpendas, quod aspiciat in fectio dei, ibi in rota ista facies est hominis. Exempli gratia: Vbi tanta cura est deo de patrum siue patriarcharum coniugis, cum dicit Abraham seruo seniori domus sua: Pone manum tuam subter femur meum, ut adiurem te per dominum deum caeli & terrae, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chanaanæorum, inter quos habito, &c. si in isto & in cæteris similibus solummodo res gestas attendis, & non etiam intentionem gerentis dei, non tibi apparet rota, imò nimis est obicura talis scriptura: si autem aspicias, quid in huiusmodi deus intenderit (intendebat enim in eam, quam ante secula proposuerat, incarnatione uerbi sui) rota apparet, scriptura lucida est, & in rota facies hominis est. ¶ Si militer in legalibus ceremonijs, in immolatione uituli, arietis & hirci, in omni ritu sacrificiorum, quem per manum Moyfi deus ordinauit, si solum quod gerebatur attendis, & non etiam intentionem eius qui hæc fieri mandauit, non tibi apparet rota, imò uilis & abiecta est tota scriptura litera: si autem aspicias, quia deus intendebat figuram in illis haberi passionis eiusdem incarnationi filij sui, quoniam opus erat electis illius temporis per hæc initiari, rota tibi apparet. Et in ea faciem uituli, quod animal eorum, quæ sacrificabantur, maximè est. & hanc ibi faciè agnoscere, pium atq; honorificum est. ¶ Nihilominus in rebus gestis, rebus bellicis regum, quorū David primus extitit, de quo sapientia dicit, quia cum leonibus luit quasi cum agnis, & in urfis similiter fecit sicut in agnis ouium, ab isto quoq; usq; ad Iudam Machabæum, de quo sic scriptum est, Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiens in uenatione, nonne rota ista faciem habet leonis? Narrat quippe fortitudinem tantam regum, ducumq; filij delium, quanta sufficere potuit aut debuit, quanta pro tempore & re necessaria fuit contra leones, urfos & pardos, ceterasq; feras diabolice scilicet primo cõtra gentes quæ in circuitu erant, quarum prima & diuturnior fuit gens Philistinum. Deinde contra Assyrios, Babylonios, Persas & Medos, Macedones siue Græcos, per quos diabolus laborauit exire pare arbotem feracem fructus æterni, delere gentem de qua Christum oportebat nasci secundum promissionem dei, firmatum iuramento ad Abraham, iuramento ad David. Hæc ergo tertia facies rotæ, id est, sacræ scripturæ, recte dicitur & est facies leonis. ¶ In prophetis profetia re clausissime quartam accipis faciem rotæ, faciem aquilæ uolantis. Illa namq; sacræ scripturæ pars sublimiter uolat, totiusq; intentionis suæ oculos in uerum solem figit apertos, non solum faciès illum significans, sed (quod maius est) maiestatem diuinitatis eius uerbis enuntians. Igitur cum aspiceret (ait) animalia, apparuit rota una super terram iuxta animalia, habens quatuor facies, id est, cū crederem & firmiter tenerem deum dei filium uere hominem factum, uere passum uel mortuum, uere resurrexisse à mortuis & ascendisse in cælum, tunc intelligibilis mihi facta est sancta ueteris instrumenti scriptura, continens hæc, & tota tendens in hæc quatuor sacramenta. Alioqui clausa mihi fuisset & occulta, ut est usq; nunc omnibus illis, qui non aspiciunt hæc animalia, Iudæis maxime, qui non recipiunt, qui agnoscere nolunt hæc salutis nostræ sacramenta. Vnde Apostolus: Usq; in hodiernum diem, ait, id ipsum uelamen ueteris testamēti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur. ¶ Experimento didicimus, & cum gratiarum actione, tanquam experti, uerum esse perhibemus quod deinde dicit, quia cum ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarent animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ: & quocunq; ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum. Spiritus enim uitæ erat in rotis. Hoc (inquam) ita esse ut dicitur, non solum credimus, uerum etiam oculis nostris ipsi uidemus. Olim antequam ambularent & eleuarentur animalia, non ambulabant neq; eleuabantur rotæ de terra, sed conclusæ erant in sola Iudæa. neq; enim editæ fuerant scripturæ plus quam in una lingua, scilicet Hebræa, & ibi quia non intellegebantur, quasi iacebant in terra. Deniq; præter paucissimos, gratiam habentes spiritus prophetici, hoc ipsi nesciebant Hebræi, quod spiritus uitæ esse in rotis, quod in literali structura subesset uigor celestis mysterij. Nunc ipsi uidemus, quia rotæ istæ ambulauerunt & ambulāt, ex quo animalia ambulare cœperunt, uidemus quia de angustijs terræ Iudææ, de cauernis linguæ Hebræicæ, sanctæ ueteris instrumenti scripturæ prodierunt, & usq; in medium gentium ambulauerunt, ubicunq; incarnationis, passionis, resurrectionis atq; ascensionis Iesu Christi prædicatur aut prædicatum est euangelium, & ubiq; iuxta sunt, ut quicquid horum dicat euangelium, statim paratum consonet testimonij, quod sic oportuerit fieri, nec aliter uenire siue ambulare aut procedere Messias, quem expectauerant ipsi Iudæi, quàm uenit, ambulauit & processit ite filius hominis à Nazareth, iste Iesus filius Mariæ, qui putabatur filius Ioseph. In quibus ualde mirum est, & mirabiliter à deo prouisum, quod ipsi qui sunt horum animalium aduersarij, rotas istas gyram in orbem terrarum in auxilium ipsius ipsi, qui cõtradunt & contradicere uolunt sæpe dicitis quatuor sacramentis, Iudæi, per omnes gentes captiui, scripturas baulant, sua (id est, Hebræica) lingua conscriptas in testimonium ueritatis atq; ita, quam uis uolentes, affirmant quia sic scriptum est, & sic oportuit fieri. ¶ Procedamus igitur cepto itinere, inter flexus atq; reflexus rotarum currentium, & hæc animalia sequentium, inter uo-

Gene. 24.

Facies uituli.

Facies leonis.

Ecc. 47.

1 Mac. 3.

Gen. 15. 22.

Psal. 88. 118.

Facies aquilæ.

Ezec. 1.

2 Cor. 3.

Eleuabatur rota.

in orbe terræ diuulgabant post passionem Christi.

ezec. 1.

Luc. 3.

Ezec. 3.

ces alas animalium, alteram ad alteram percutientium, unde audimus uocem cõmotionis magnæ, benedicta gloria dñi de loco sancto suo, quoniam gloria hæc est & iste honor, quæ gloria glorificatum, & quo honore honorificatū filiū hominis, nostra in præsentī opere deuota spectat intentio. Sed quid agis anima? Vt sentio, fatigaris, & in procedendo quasi dormire incipis. Dic ergo animalibus istis siue uic animalium, uni quatuor facies habenti, dic spiritui uitæ quod est in rotis: Dormitauit anima mea præ te dno, confirma me in uerbis tuis. ¶ Tu sæpedicte & sæpedicte mihi Cuno, uenerabilis pontifex ecclesiæ Ratisponensis, fatigationis huius causam præbuiisti, & ex te occasio uenit difficultatis, quæ nunc animus meus uacillat, & pene fluctuat in uis suis. Ante hoc fere triennij miranti tibi & scire uolenti narraueram, qualè p euentum accidisset, ut post tam multos sanctos patres catholicos atq; nominatissimos, quos scriptura sufficienter impleuerunt armaria ecclesiarum Christi, ego nescirem omnium, animum inducere ad scribendum tam copiose, & (ut dicere solitus eras) tam efficaciter siue utiliter, ut dubitare non possis, quin sit hoc dei donū, & quoniam ista quoq; facultas defursum sit, & descenderit à patre luminū, à quo est omne datū optimum & omne donū perfectū. Admirationem tibi augebat facilitas cõversationis meæ, uidelicet quia fere nihil in me uidebas de illis præparationibus sanctos patrum, quibus in huiusmodi studijs laboraturi, feliciter se præparauerit, sicut dei ministros (ut beatus Apostolus ait) in uigilijs, in ieiunijs & ceteris bonis, quibus adhibitis clarificari solet sensus hominis, ut recto intuitu mereat incedere per sanctas ac uenerabiles scripturas ueritatis. ¶ Narraueram ergo tibi causas puero loquacior, lepore timidior, quanq; scire & certus essem, de te nõ esse uerendū: quippe qui lōge ab illis es omnimoda dissimilitudine, quibus interdū illud maxime foetet, quod boni odoris est, qualiū nimis auersos ac terribiles oculos primus ex prus est, somnia sua denarras, puer Ioseph. ¶ Auditis causis, tu homo simplicis oculi, ac totus lucidi corporis, dixisti, scribe hæc mihi. Me prorius abnuente, tu iterum atq; iterum repetens atq; exigens, ut hæc scriberem, quā nuda prece nihil obtineres, magnum nimis & forte uinculū, quo me traheres, collo iniecasti, scilicet adiurationem sancti ac tremendi nominis, Per patrem (inueniens) & filium & spūm sanctum præcipio tibi, ut hæc scribas mihi. Nõ ignoro, pater & dñe mi, quoniam talis ac tanta uehementia de radice uel fonte dilectionis prodierit, quæ nostra semper opuscula quibuscunq; potes, cõmendare properas, homo cuius oblita est inuidia, quicq; cū beato Iob dicere possis, quæ ab infantia mea creuit meū miseratio, & de uero matris meæ egressa est meū. Ad hanc partem, scilicet ad meos commendationem scriptorū, nõ nihil ualere arbitraris notitiam fere memoriam eorū, quæ ut scribam, tu tantopere cõpellis, & pro quibus nimis uehementis exactior, cum recufarem, ut iam dixi, adiurationem quoq; adhibuisti. ¶ Tandem ergo, quoniam parendum est ob reuerentiam nominis dñi, recordabor gemituū meos & diuine consolationis, uel unum ex patribus orthodoxis in exemplo habens beatū Hieronymum, qui cum iam multos haberet uel habiturus esset obtrectatores, scribere non timuit, quanta sup eo cura fuisset superne maiestati, ut flagellis cæsum depelleret à secularium librorū studijs, atq; ad sanctarū compelleret studium scripturarū, profuturū (ut nūc apparet) cunctis per orbem terrarū ecclesijs Christi. ¶ Primo hanc ueritatem dicam, quia facultas hæc quam sic amplecteris, & pro qua mihi congratularis, consolatō est miserentis dei, iuxta beneplacitū sapientiæ eius, quæ cū dixisset, Noli regibus d Lamuel, noli regibus dare uinum, quia nullū secretū est, ubi regnat ebrietas, ne forte bibat & obliuiscant iudicij, & mutet causam filiorū pauperis, continuo subiunxit: Date sicerā mœrentibus, & uinū his qui amaro sunt animo. Bibant, & obliuiscant egestatis suæ, & doloris nõ recordentur amplius. Mœrens quippe erāt, atq; amaro animo incedebam puer siue adolescētulus, cuius uidelicet mœroris atq; amaritudinis causa, ut iam breuiter eloquar, hoc dico, quæ se debā iuxta flumen Chobar. Hæc enim lectio nunc mihi erat in manibus, tractanti de quatuor animalibus, siue de quatuor unius animalis facieb⁹. ¶ Nouit ipsum gloriosum aīal, & ipse nouit spūs uite, qui est uel erat in rotis, quæ cum in exordio libri huius XI. De gloria & honore filij hoīs, ista lectio sese offerret, tunc in mēte nõ habebam, ut hac uice huc diuerteret, tibiq; pareret in hac parte, quæ uerebar, quod cuius suspecta posset esse p̄sumptionis & uanæ gloriæ. Verū ubi iam dictam lectionē attigi, & post contemplationē faciei uituli procedere uolui ad contemplandā faciem tertiā, scilicet faciem leonis, recordatio tui sese obtulit, in stantius atq; uehemētius, quæ eatenus occurrisse senserim, & quasi manu me tenuit, quodammodo dicitis mihi: Huc diuertere, quia nisi rem, pro qua sic adiuratus es, prius uideris, nisi quæ solita facultate uti poteris, ut cõmode progrediaris. Quid multa? Quasi subsistēte spū q me decebat aut ducere uidebat, coact⁹ sum huc à proposito cursu diuertere, tñ multum uariis, diuicq; incertis, nūc probas, nunc improbās digressionē hanc: tandē uix animo sedit, uisumq; est nõ nimis discrepare à uolūtate sapientiæ, si scriberē quod uel ad quod mœrenti mihi, qualè ue egestatē deplorāti, sicerā suā & uinū suū dederit, scilicet p̄sentem consolationē de sanctis scripturis, quæ aliquantisper obliuisceret doloris mei. ¶ Igitur se debam (ut iam dixi) iuxta flumen magnæ Babylonis, iuxta fluuiū Chobar, quod interpretat grauitudo uel grauitas, De il-

Psal. 118. Digestio longa ad Cui non de deo no supno.

1 Cor. 4.

Iacob. 1.

2 Cor. 6.

Gen. 37. Adiurat⁹ pau tor à Cuno ne narrare uelationes sibi factas.

Iob. 31.

Narratio argumētū.

Vinū & sicerā dāt mœrentibus. Prou. 31.

Ezec. 1. Quod coact⁹ e auro ista hic de narrate.

Mœror aut toris p̄ptet



Tyrānidem diaboli.

la nanq; Babylone loq̄t, cuius est rex uel princeps, in qua tyrānizauit spūalis Nabuchodonō for, scilicet diabolus, iugūq; suū aggrauauit sup filios q̄q; ciuitatis dei uiuētis, Hierusalem coelestis, quos oēs in Adā cōprehētos, in istā suam Babylone, in hoc seculū nequā captiuos abduxit, subditos peccato originali, reos mortis. Hęc mihi dō Lamuel magni mceroris & amari causa erat animi. Audiebā em̄ auditu intellectionali uoces peregrinorū: siue captiuorū, lamentantiū atq; dicentiū: Sup flumina Babylonis illic sedim⁹ & fleuim⁹, dū recordaremur Sion. ¶ Assumptoq; lactu in absconditis in interiore hōie, flebā & ego passim atq; lamēbar sciētē, & lamentando laudabā (sicut docet Ecclesiastes) mortuos magis q̄ uiuentē. Mortui nanq; illi, qui in dño mortui sunt, securitatē iam suimet affectu sunt, reuersi in illā beatā Sion, unde oēs p peccatū Adā exciderunt, cuius recordatione, dū captiui essent, fleuerunt. Porro uiuētēs q̄ diu in corpore sunt, & a dño peregrinātūr, quō securi esse possunt: Nō est enim tuta sessio uel firma statio secus flumē Chobar, uel supra cātera Babylonis flumina, p̄sertim cū & Apostolus dicit: Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Ipsa nāq; fluminū littora lutosa sunt atq; palustris, tamq; lubrica, ut temp̄ suspectus esse debeas, ne motio uel prolapsio pede in subiectū flumē cadas. Lau dabā igit̄ (ut iam dixi) mortuos magis q̄ uiuentē, nō quā uicē, sed gemitua & lacrimuosa laudatione, ac si iam uererer mihi accidisse illud, qd̄ in euāgelio dictū est, duo in lecto, unus assumet & alter relinquet, siue (ut cū hac similitudine secundū numerū nostrū loquar) tres uno ex utero, duo assumēt, & unus relinquetur. Relictus sum (aiebā) ego solus, & quæ runt animā meā, & cū huiuscemodi v̄bis cantilenā lugubrem frequentabā. ¶ Iam qd̄ mihi acciderit, qualibus audeā uerbis eloḡ: Cum essem in medio captiuorū (ait iste, cui⁹ memor nunc erā uisor animalū coelestīū) cum essem in medio captiuorū: iuxta fluiuium Chobar, aperti sunt celi, & uidi uisiones dei, & cę, usq; similitudo hominis in eis. Sed qd̄ hic simile illi: Veruntamē quam similitudinē cognoui, iamq; ex parte tetigi, istius magnę Babylonis, in qua oēs simul nati, & illius, in qua tunc erat ille captiuus cū captiuis, liber quīs cum timore uicina sub eo locutione uti: quia apti sunt mihi oculi, & uidi filiū dei, uidi ipsū uigilās in cruce uisū tem filium hominis. Nō corporali uisu uidi, sed ut uiderem rep̄te euan uerūt corporis oculi, & apti sunt meliores, i. interiores oculi, cum tenerē in sinu atq; cōplecterer crucem lignēā, & in eā imaginem eiusdē saluatoris, sedens occultus retro post sanctū altare in quodā oratorio beate Marię semp uirginis, claro iam diluculo, multis eādē imaginē defigens atq; circumfusculis, & adorās (ut sedebā) frequenti demissione capitis. Solitus erā id ipsum facere, sed illo diluculo agebā in maiore contractione, i. mentis humilitate. ¶ Qualis autē uisus est aspectus eius: Humana hoc nō potest lingua uerbis cōprehendere, tantūq; dixi, ga sensi breuiter illic, q̄ ueraciter dicat ipse, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, q̄ ueraciter de ipso Apostol⁹ dicat, q̄ exauditus est pro sua reuerētia. Vultus eius miro atq; ineffabili modo sese demittēs, q̄ reuerentibus oculis accepta se habere significauit oscula adorantis, adorationē osculantis. Nulla mora interfuit, & ad uisum cōmunem reuerūs, crucē quidem sup altare loco suo refistui. Gustus autē quidam ineffabilis, gustus suauitatis eius in ore animę, aliq̄ diu ipsa die super fuit, qui tñ paulatim recedens, tādēq; deficiēs, memorem adhuc facit me uersiculi hui⁹: Gustate & uidete q̄ suauis est dominus. Et qd̄ misē, si ueritas uerū dixit, beati qui lugēt, quoniam ipsi consolabūtūr, & cōsolationis primitias iam in isto seculo paraclētus, i. consolator spūs, pueris suis dare dignatur: Nam pueris maxima, i. infirmis & inualidis, pro ipsa infirmitate sua lugentibus, cōsolatione opus est. Hinc ipse dñs in Esaię, cum sanctę ciuitatis suę Hierusalē laetitiam & diem festū agere demandaret, hęc inter cātera dixit: Pueri eorū in humeris portabunt, & sup genua consolabunt. Quemadmodū mater cōsolatur filios suos, & ego cōsolabor uos, & in Hierusalē consolabimini. Notum est q̄ mater cū suos filios diligit oēs, citius tñ atq; pronius ad cōsolationem flentis paruuli sui sese impendit, & illum super humerū aut in brachio suo portat, & super genua cōsolatur. ¶ Dicam ergo gratias agēs, qualem deinde mihi fecerit cōsolationem, perseueranti in illo (cuius supra memini) fetu captiuorum, dicentiū: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion. Quid enim si quis legens contempserit: Hodie confessiones beati Augustini, i. libros, in quibus confitetur miseratio nes domini, nemo contemnit. Forsitan dum ipse uiuere, aliquis legens nō pro magno dedit. Confortemur ergo, quoniam tu pater mi, p̄sul Christo amabilis, quod hęc secretius habiturus es, promisiisti. Quin & si quis hęc p̄ripiens & legens, quasi gloriabundum me contemnendum putauerit, dicentem me audiāt pro istis exiguis id ipsum, quod pro suis uere magis Apostolus dixit: Nam & si uoluerō (inquit) gloriari, non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Deniq; non parum habet confortationis in huiuscemodi, conscientia ueritatis. ¶ Conforteram bona spe circa idem tempus ad inuocandum nomen domini, nomē quod inuocatum est super nos, & in quo sumus signati, sanctamq; trinitatem in uocabam & adorabam inuocatione supplici, adoratione fidelī. Turris enim fortissima, ait sapientia, nomen dñi, ad ipsam currit iustus & exaltabit, Substantia diuitis, urbs roboris eius, & quasi murus ualidus circumdās eum.

Psal. 136. Laudabam m. ma. q. ui. Eccis. 4. 9.

a. Cor. 5.

Roma. 11.

Matt. 24.

3. Reg. 10. Viso filij dei facta Rupro. Ezec. 1.

Exēplū uenerandę imaginū.

fortes solabam. Quāta con solatio ex i la uisione. Matt. 11. Heb 5.

Psal. 33. Matt. 5.

Esai. 66.

Cōfessiones S. Augustini.

a. Cor. 12. Cōfugiedū ē ad nomē dñi in tērationib⁹ magni. Prou. 18.

eum. Sentiebā q̄p̄ hostes inuisibiles p̄sequentes me, & idcirco currebā ad nomen istud matutina prece, ut uelut turris fortissima exaltarer me, ut uelut urbs roboris muniret me, ut uelut mur⁹ ualidus circumdaret me. & hoc qdem facere cępit, spero autē quia p̄ficiet. ¶ Visa p̄ idē tēpus uisione memorabili, plena uenerāde suauitatis, p̄cedente causa huiuscemodi, Mcerēs erā, meq; somno dederā hora solitę ofonis siue adorationis illius, quā p̄dixi: & causa erat mceroris, quia nō tam cito nec tanta ut uolebā, pax mihi prouenerat de insurgentibus in me malignāibus: quasi unquā dum uiuimus, tuti uel securi esse possumus, cum potius militia sit uita hois sup terrā, in qua si legitime certamus, nimisq; ferimus & interdū ferimur. Itaq; mcerēs quasi puer, cuius uolūtas nō statim fit, somno me dederā hora solitę ofonis, cū ecce uideo se mi uigilās in ipso lectulo magnā lucē uelut solem sup me incūbentem, & audio sonās in ecclesia signū, ut fieri solet dum statutā cōuocamur ad orationē, surgere & ad ofonem currere mihi uisus sum. Fiat mihi secundū uoces aut v̄ba quę audiui, canēte uno cōuentu multorū, q̄s nesciui, in una parte ecclesię psalmū L. Miserere mei deus, & alio cōuentu in alia parte ecclesię psalmū XXVI. Dñs illuminatio mea, stāte maligno aduersario cōtra me in angulo in ingressu oratorij: quē ut uidi, exprobraui, uelut exprobrare solemus quempiā laruale aspectum, signo totius faciei potius q̄ uerbis: propter quod cū ille iratus cōtra me irrueret, somno illo tenū excitus sum. ¶ In telligere poterā q̄ pro cōsolatione hęc mihi fierent, ueruntā illi quorūq; diem totū in mcerore trālegi, & sequētis diluculi siue antelucani hora, oratione omīssa, quam consueuerā, somno cum tristitia me reddidi, cū ecce tenuiter dormienti similitur, ut pridie, uisum est signū ad orationē cōmoueri. Surrexi, & ad ecclesiā cucurri, & ecce quasi pro solemnitate dñi multa ecclesiā cōpleuerat turba diuersorū ordinum, maxime autē monachorū, quodā uenerādę canitię episcopo celebrante solennia Missę. Multa ad offerendā quasi post euan gelij, qñ solet offerri sanctum sacrificiū, ascendebat processio utriusq; sexus personarū uenerabilū. Cui⁹ & ego, quasi elemosynā petiturus de oblationibus illis: & ecce iuxta dextrū cornu altaris tres p̄sonę stantes, habitus ualde reuerēdi & dignitatis, quantā nulla potest similia q̄ba v̄bis consequi. Duę personę multū antiquę, i. ualde canerant capitis, p̄sona tertia ut speciosa affabat iuuenis, regia dignitate, ut ex uestitu eius poterat agnosci. ¶ Vna ex p̄sonis (ut dixi) uenerādę canitię, ualde iucūda dignatione ac sereno uultu manum meā apprehendit, meq; osculata est, & pauca v̄ba dixit: quę qdem memoria non tenui, scio tñ quia pertinebant ad officij uel ministriū scribendi. Persona illa regia, iuuenis ille speciosus, nihil qdem loquebat, sed me tanq; frater, q̄ germana affectione, q̄ reuerenter seu uenerabiliter, quieto ac modesto uultu me inuebat, meq; p̄ cordia suo penetrabat intuitu. Nō statim, sed postmodū sanctam in his trinitate, iuuenemq; illum esse filiū dei, hoc modo agnouit: Quidam spūs mali, me ab utraq; parte circumstātes, corā ipso altari me altiore ipsi pusillis infestare, & latera mea fodere cęperūt digitulis importunis. Cum ita me affligerent, & ego auxiliū implorarem ab his quos uidebā, dñs Iesus qui paululū fecerat, ita tñ ut uiderem eum, per nomē mihi innotuit, dicētibus personis alijs: Expecta paulisper, Iesus ueniet cōfestim, teq; adiuuabit. Hoc au dito, ipsum inuocaui dñm Iesum ex noie. Nec cunctatus ipse, ascendit ite: per gradus per q̄s descenderat, quasi cū potestate & reuerenda maiestate, & poterat spūs illos propellens, manus p̄ illos: à lateribus meis cito auellens, liberauit me. Tunc ipse tres personę grandi & paristatura æquales, me pusillū circūsteterunt. & aperto pergrādi libro, me superpositū eidem libro, in sublimē sustulerūt. Quo factō, is q̄ me in initio fuerat osculatus, cōfortans dignāter & familiariter, hec locutus est: Noli timere, & designās super sanctū altare quę dā sanctorū phylacteria auro fabrefacta, quę uulgo dicimus feretra. Adhuc em̄, ait, eris melior q̄ ista sint. ¶ Visto hęc tam manifesta fuit, ut ueraciter dicere possim, q̄ siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit: quīs res ista nihil ad magnitudinē illam dicentis, quia raptus est usq; ad tertium cœlum, q̄ raptus est in paradisum, & audiuit arcana v̄ba quę non licet homini loq̄. Nā & cū adducerer ad uidē dum, scio me de lectulo exiisse, & in ecclesiā cucurrisse, rēto & uigilantibus solito itinere: & cōpleta uisione, cum personas illas abeūtes prosequi uellem, neq; concederet mihi, aspexi q̄ nudus & sine omni uestimento essem, & ob hoc festinus eō recurrere uenerā, ubi lectulum attigi, cōfestim experrectus sum. ¶ De apertione libri & de ratione quā persona illa dixit, aureas ostendens sanctorū memorias siue phylacteria, nō opus est ut in interpretationē faciā tuę charitatis, cuius de me iudiciū sæpe audierūt & secuti sunt multi, q̄ uere deus librū suum, i. scripturam sanctā mihi aperuit, & multis sanctorū patrū sententijs, quorū in sancta ecclesia digne celebris est memoria, & uelut auzerutilar, aliquāto meliora dixerim. ¶ Quid deinde dicā: Si flagellat, ait beatus Iob, occidat semel, & nō de p̄enis innocentum rideat. Cuius dicti nunc idcirco meminim, quia per idē tempus de p̄na mea, i. de expectatione mea, quę impatienti animo uidebat nimis longa, ipse quodāmodo risit. Non imputo illi, iam dudū enim condonauī, uidelicet illa cōdonatione iustissima, quā idem beatus Iob exprimit his v̄bis: Soluat manum suā & succidat me, & hęc mihi sit cōsolatio, ut affligens me dolo-

Alia uisio eidem in somno facta.

Iob. 7.

Rursus alia uisio.

Iniunctū ei p̄ uisionē scribēdi officium.

Qualis illa uisio. a. Cor. 12.

Aprio libri quid designat.

Iob. 9. Quid est cōdonare deo.

Iob. 6.

re nō parcat, nec contradicā sermonibus sancti. Eiusmodi iudicationē, quæ est non contra dicere, sermonibus sancti, non reprehēdere iudicia sancti & iusti, ut certissime credo, à me exe gerat, dum solito dolere, & abundantius flere propter causam eandē. i. propter tædium vi tæ presentis, & fere per triduum non mutarent in diuersa uultus mei. Visus quippe mihi sedēs post sanctum altare, tali schemate uel habitu, pro q̄ debeat dici, ut uere est antiquus dieꝝ, cū propius accessissem, crucē per grādem signum magni doloris baiulans, protēta manu exēra pater clementissimus, nature nꝛę amicus, mitis & humilis, amice, inqꝛ, dona mihi quod feci tibi. ¶ Illico manū eius manu mea uelut p firmamēto cōdonationis, q̄ uehementer, q̄ alacriter percussit, quam ille fortiter stringēs, me rotū quasi ad amplexus & oscula traxit, sed nō mora, uis magna cuiusdā sanctę ac diuinę uoluptatis me somno excussit. Nū infantilia uident hæc? Imò res ualde seria est, cōdonare illi q̄ quid sup nos graue ab ipso illatū est, omnia, quorū hoc initiū uel summa fuit, ga audisti uocē uxoris tuæ & comedisti de ligno, ex quo præceperā tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, & c. usqꝫ, quia pulvis es & in puluere reuerteris. Quęcūqꝫ mala sup nos propter peccatū induxit, nimirū cōdonanda sunt ei, uidelicet corde & ore dicēdo tale quid, ut est hoc dictū à Daniele uel ceteris cōcaptiuis: Omnia, quæ fecisti i nobis dñe, in uero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi. ¶ Maxime aut dilectionis & fidei est nō patiēter mori, sed patienter uiuere in hoc seculo pleno peccatis, & uolūtatem sequi creatoris cuncta bene disponētis, dum nō cito exaudis cupiens dissolui, desiderans ab ista ualle lachry maz migrare ad gaudiū uisionis dei. Igit cōdonauī q̄dem, uerum n̄ inter cætera, pro q̄bus ad iurasti me pater mi, narrabo, quō de pœna mea riserit, tandemqꝫ me cōsolatus sit: ¶ Vir quidā uenerādo habitu stare uisus est, meqꝫ in tuens familiariter, Adhuc, inqꝛ, octo annos uictur⁹ es. Cum quasi ludibundū hæc eum dixisse putarem, eundē sermonem repetens. Vex, ait, loqꝛ, ad huc octo annos uicturus es. Nox erat illa solennis & festiua beati Matthei apostoli, cuius sup euangelij fundamentū ut præsens opus cōstruerem, tu exegisti, opus de gloria & honore filij hoīs. Cū sanctas manus eius osculari uelle, non admitti: & ab hoc depulsus, euigilaui. Quid putas, quō subsequentes & dies & mēses & annos enumerauimihī: Sic em̄ acceperā, & sic eū dixisse uolebā, ac si omnino deterrinasset atqꝫ ita dixisset, Octo annos, & nō plus, uicturus es. Non attendebā, neqꝫ attendere uolebā præ nimia desiderātis animi festinatione, posse aliqd subesse, in quo errare, salua uisionis ueritate, neqꝫ cogitabā de Cassio Narniēsi episcopo, cui à dño per eius pref bytesqꝫ (ut refert beatus papa Gregorius), hoc demādatum est: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua, natali apostoloꝝ ueni es ad me, & retribuā tibi mercedē tuam. Tunc è uicino apostoloꝝ natalitius dies imminēbat. Eodem ergo tēpore sollicitus fuit, secūdo quoqꝫ anno uel tertio, in mortis expectatione suspēsus, quarto, q̄nto & sexto similiter. Qui despare de uitate reuelatiōis poterat, cū ecce anno se ptimo, in uigilijs expectati natalis, lenis hunc calor attingit, atqꝫ ipso die natalitio cum solēnia missaz p̄gisset, & mysteria sacre communionis accepisset, e corpore exiuit. ¶ Si parualicer si milare magnis, similiter ego, ut ille, sensu siue intellectu operatior fui, q̄ haberet ipse sermo uisionis, quia sicut illi nō totum hoc dictū est, natalitio die apostoloꝝ presentis anni uenies ad me, sic nec mihi dictū fuerat, q̄ statim completis octo annis, debere hanc uitam finire. Trāserunt ergo mihi septem anni, & octauus annus uolui inceptat, magna cum expectatione & penē iugi mortis meditatione, cum ego fere totus & solito uigilantior in me cōuerus, mirari ceppi, qd̄ mecum gererem, & qualiter pro expectatione tantę rei me habere debuissē. Habe bam aut tunc in manibus librum beati Augustini de ciuitate dei. Et hic erat locus quem lege bam: Cum aut (inquit) unicuiqꝫ mortalium sub quotidianis uitæ huius casibus innumerabi les mortes quodāmodo comminētur, q̄ diu incertum est, quænam earum uentura sit, quæ ro, urū fatius sit, unā perpeti moriendo, an omēs timere uiuendo, &c. Ex occasione lectiois hu ius tunc instantius cor meum cōueni, laudans cum Ecclesiaste magis mortuos q̄ uiuentes, ut iam superius dixi, & suspirans, cōsiliū hoc mecum inī, quatenus quærerem à deo precibus attentis ueritatem seu certitudinem tantę rei, ut si ex ipso uisio supra dicta uenisset, iterato mi hi oraculo dignatio eius ipsam confirmaret. ¶ Ad hoc ne gotium sedit animo, sanctum inuoc are spūm, quoniam & si patris & filij & spiritus sancti una substantia est, una diuinitas & ope ratio inseparabilis: tamē sicut patris propriū est opus hominis conditio, & filij propriū opus redemptio, sic proprium est opus spūs sancti eiusdem hominis illuminatio, reuelatiōqꝫ gra tia, & omnium gratiarum diuisio. Ad hunc ergo conuerti me toto corde, & pro tantā rei me gtorio ausus sum illum interpellare, licet mihi occurreret, faciemqꝫ mentis meæ reuerberaret illud quod in Esaia dominus, cum præmisisset, ¶ Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tu am, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum, continuo subiun xit: Me etenim de die in diē querunt, & scire uias meas uolunt, quasi gens quę iustitiā fecerit, & quę iudiciū dei sui nō dereliquerit. Nō em̄ oim̄ est, respōsa domini quærere, quę tūc p̄ pro phetas administrabantur: sed eorum dumtaxat, qui iudicium faciunt & iustitiam operantur.

Dani. 7.

Gene. 3.

Dani. 4.

Alia rursus uisio quod octo annos uictur⁹ ad huc esset.

Exit⁹ Cassij Narniensis episcopi. Gregori. in dialog. libr. 4. cap. 50.

Desideriū Rupti, dis solui & ec cū Chro cu pientis. Aug. de Ci uit. de lib. 1. cap. 11.

Eccis. 4.

Inuocatio sancti spūs p̄ reuelatio nē.

Isai. 50.

¶ Ve

¶ Veruntamē fidutiā in hoc præstabat non solum cōmunis fides, uerū etiam propria quędam consciētia, seu dignationis eius dē spūs sancti memoria, quia dieb⁹ illis nonnūqꝫ uisitationem seu respectū eius modis qualibuscunqꝫ sentiebā, sup quibus parcendū est, p̄sertim cum & mā gnus Apostolus dicit: Parco autē, ne q̄s me existimet supra id qd̄ uidet in me, aut audiat aliqd ex me. Veruntū qm̄ hæctenus p̄ter illam cōmunem triū personaz uisionē singulariter dixi, & de illa quę uidebat persona patris, & de p̄sona filij, qualiter dolorē meū consolaret fuerint, cōn ueniēs uidef, ut & uisum nō minus iucundū narrē de tertia p̄sona spūs sancti. Nam quōscunqꝫ quispiā accipiat, forsitan benignitas eius dē dei patris & filij & spūs sancti, narrationem hæc sic tanqꝫ gratiaz actiōne suscipit, qm̄ solet deus ab hoīe gratiaz actiōne exigere pro suis benefi cijs, Exēpli grā: Nonne (inqꝫ dñs) decē mundaui sunt, & nouē ubi sunt? Nō est inuentus q̄ te diret & daret gloriā deo, nisi hic alienigena. Dicā ergo: ¶ lacebam aliqñ non ualde sopit⁹, imō semiuigilās in lectulo, & ecce (ut uidebat) p̄ gradus dormitorij fratū descendērā, multoꝝqꝫ spirituū horribilium & facie crudeliū quasi castra cōtra me consistebāt. Ego ut aliq̄ties eate nus nomen spūs sancti per somnū quoqꝫ, horrore aliq̄ ingruente, proferre solitus erā, nihil ali ud cōtra eos dicere dignatus, hoc solū nomen teterrimis eorum uultibus obieci, spūs sanctus. Ipsum testor, quasi magno turbine retroacti pene resupinabant, nō ferentes uirtutē noīs. Cū pro hoc illis insultarē, paululūqꝫ intermissa sancti noīs enuntiatione, gestu faciei totius expro brarē, illi quasi uiribus ex iracundia resumptis, in me uelut fortes iruerūt, & ego in fugā uer sus, in pratum qd̄ inter columnia claudunt, illic inuenio senē antiquum uirgā manu gestantē, & agnosco spūs sanctū, filiole filiole in clamātem, quo noīe paruulos appellare solemus, quos de sacro fonte suscepimus, meqꝫ tali appellatione cōfortantem gestu potentis pariter & adiu uantis, ut si cōsisterent aduersum me castra, nō timeret cor meum: si exurgeret aduersum me praelium, in hoc ego sperarem. Cōfortatus ergo, eoqꝫ unde uenerā procurrēs cōtra illas pha langes teterrimas, & cū illis congressus, eodē modo uel ordine quo prius ingrauelcēto cōssi ctu, iteqꝫ ad patronum cōfugis, sic cum appellās ad succurrendū, cōgeminatō clamore appel lationis, quō solet quis illum appellare, qui eū de fonte suscepit. Ecce aut inuentus est eodem in loco, non sicut prius senex antiquus, sed ignis ualde serenus, & circa eum querudo & securitas magna, ita ut oblitus totius aduersitatis, quasi nulla fuisset, solū ignem illū demissus atten derem, & defixis in trorsus oculis p̄spicere uellem. ¶ At ille quasi quoddam sibi me de semet ipso fenit umbraculū, duo hinc & inde uelamēta subleuans in modū alaz, quæ paulatim con uenit, me quasi ablactatū, ad sensus cōmunes ab illa tali contēplatione remiserūt, nō igna rum interpretationis, qd̄ sibi uoluisse species ignis, & quid habitus senis quasi patrum filio lum consolator. Ipse est em̄ sanctē regnatiōis nobis autor in baptismo, & ipse est ignis quē dñs nos ter Iesus Chrs̄ misit in terrā, & uoluit uehementer accendi. Hoc ergo utrunqꝫ in orati one siue hymno, quē tunc de ipso cōposui, gratulanter cōfessus sum his uerbis: Et sicut mori uoluit, nos quoqꝫ docēs cōmori, dum uiuos aqua sepelis d̄ artifex mirabilis. Pro sepulture tri duo sit trina reuersio, ut mortuos obruit, ut resurgēs egredif. O deus, nostris auribus audi uisus, p̄ses nostrī opus qd̄ operatus es, annuntiauerunt nobis, cū processisti igneis in linguīs a throno dei, ut terra coelū fieret, ut dñi essent hoīes. ¶ Sed iam redeamus ad rem, propter quam etiā hanc intuli narrationē, Memoria dignationis eius dē spūs sancti, qua consciētiā meā non nūqꝫ letificauerat, illis diebus per uisitatiōes huiuscemodi fidutiā in hoc mihi præstabat, ut iā dixi, quaten⁹ iterato mihi oraculo cōfirmare dignaretur uisionē, si ex ipso fuisset, qua mihi di ctum fuerat, adhuc annos octo uicturus es, eo q̄ septē anni trāsissent, & unus superesset. Fatiga bar em̄ iuxta qd̄ in parabolis Sapientia dicit: Spes quę differt, affligit animā. Ut ergo fieret mi hi quod seq̄tur, lignū uitæ desiderū ueniēs, & iteqꝫ, Desideriū si cōpleatur, deleat animam, conuerti me (ut iam dixi) ad exorādum pro hac re spūs sanctum, & audeo dicere q̄ feci hoc tanqꝫ ceruo similis, iuxta quod in psalmo fidelis aīa dicit: Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquaz, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad deū fontem uitæ, qm̄ ueni am & apparebo ante faciē dei: Tūc em̄ fuerūt mihi lachrymę meæ panes de ac noctē, & per tridū uultus mei nō sunt in diuersa mutati, & mira intētionē nihil aut paḡ cogitās de meri tis, quæ nulla erat, sola fide nixus, cū tuo luctabar noīe sanctę spūs, & uotū uolebā tibi, q̄ sem p̄ternas tibi retribuēt gratiaz actiōnes pro bñficio impetrato tāte exauditionis, & nūquid hoc fruiolū erat: Quid em̄ aliud faciemus tibi? Oēs sigdem, qui illuc transeunt in locū taberna culi admirabilis usqꝫ ad domū dei, trāsunt in uoce exultatiōis & cōfessionis. Et alibi Psalmi sta cū dixisset, illuc em̄ ascenderit trib⁹ tribus dñi, testimoniuū Israel, quasi quæreres ad quid ascendat illuc, ait: Ad cōfitendum nomini dñi. Gaudeo igit dñe sanctę spūs, q̄ sic luctar⁹ sum, scilicet prece & lachrymis, nam hæc fuit lucta Iacob, scilicet flere & rogare, secū dum ueritatē scripturæ propheticę, qua cū dixisset propheta Osee, & in fortitudine sua direct⁹ est cū ange lo, & inualuit ad angelū & cōfortatus est, statim fortitudinis eius expressit modū, subiungēs, fleuit & rogauit eū, Gaudeo in quā, q̄ nō dimisi te nisi bñdiceres mihi, & tu hoc modo bene

v. f. ratio spi ritus sancti circa Rupp tum. 2. Cor. 12.

Luc. 17. Alia itē uisio ex auxili liū spūs sancti contra dæmones.

Psal. 26.

Spūs sanct⁹ in specie ignis. Luc. 12.

¶ ego oīo ha beī in sine huius opis, cūꝫ intui, De⁹ meus. Psal. 47. Act. 2. Percitio Ru pri, p̄ reuelatiōe finis uitæ suæ.

Pro. 11.

Psal. 41.

Ibidē.

Psal. 121. Gen. 32. Osee. 12.

¶ di

Sancti spūs  
mirabilis il-  
lupius i pe-  
ct<sup>o</sup> Rupti.

dixisti mihi. ¶ Nox erat in fātis diei, quē Chriana religio nūcupat caput ieiunij, capita solen-  
niter cinere cōspersgens, sana correctione illius culpe primi parētis, qua ambiuit esse deo simi-  
lis, cū esset terra & cinis: cū ego leniter dormiens, uidebar mihi quasi cum amico loq, quare n-  
te qd haberem, qd tantopere instare ad quarendā se inueniendā eiusmodi rem. Ego respō-  
dens dicebā esse (ut uere est) magnum negotiū, cuius rei cum haberē desiderij, propter mul-  
ta quae hic occurrunt pericula peccatorū, scire m tū impensis maioribus opus esse, ut aliquate-  
nus prepararē ad migrādum. Cū hęc uel talia dixissem, repēte paululum semotus ab eo cui  
loquebar, uideo quasi ccelū desuper modice aperiri, atq; inde quasi talium lucidā subfātā  
ineffabilis, substantiā uiuentis, uelociter ac dicto citius demitti, qd meo illapsum peccatori, ma-  
gnitudine uel pōdere suo me protinus somno excussit, auro grauius, melle dulci. Quod ubi  
elapsus est, primū quidē aliquanta morula quieuit, scq; ab omnimotu cōtinuit, me quoq; ge-  
to, ut forte resupinus iacebā, expectante uerū rei, mox autē moueri cōcepit, & circuire uterq;  
interioris hois, uterq; animae, quē eatenus nesciebam, cuius uel quāta esset capacitatis. Circui-  
bar itaq; modo mirabili res uiua & uera uita, semper q; circuitus se quēns pcedente erat maior  
multoq; amplior, quos tū circuit<sup>o</sup>, cū multi fierent, no atq; di uenerat. Mirorq; atq; ineffa-  
bili modo & circuibāt inundationes, altera post alterā, & sese infundebant, donec tandē ulti-  
ma infuso ueluti qddam magnū flumen inundās, hoc mihi dabat intelligi, & hoc sentire me  
fecit, q totum aīe uel cordis exceptoriū plenum esset, & plus capere nō posset. Quo facto, ite-  
rum quieuit paulisp, ut neq; infunderet qd iam fecerat, neq; efflueret quod postmodū fecit: & in-  
terim uolebat homo interior quasi faciē clarius uidere illius subfātā uiuentis, sed qdammo-  
do occultabat se, ut nō uideret faciē eius, cū ualde magno pōdere portaret, & in magna dul-  
cedine sentiret. Postmodū cepit reflecti, aliāq; in parte circuitus agēs, in modū fluminis pla-  
uum latus effluxit, uidentibus oculis interioris hominis, qd cū ultim<sup>o</sup> circuitus pfluere, pau-  
lulum subsistit, & ecce uidebā qā substantia illa pulcherrima quasi auro liqūdam erat. Vbi hoc  
actum est, & eius rei sensus pterijt, ego ignorans qd deinde prouentus esset, hoc solum dolo-  
bam, qā secundū intentionē meā nihil dixisset, qui hoc pro maximo grē bñficio accepissem, si  
diceret, hoc anno (ut expectasti) de corpore migratur<sup>o</sup> es. ¶ Ecce in hoc obediui nomini dñi,  
per quod adiuuasti me uenerāde pōtifex, amator glorię nominis dñi, ut scriberē tibi quod ui-  
ua uoce in cōtinens narrauerā, se cretius auribus tuis libēter audietibus opa dñi, qualiter hęc  
acceperim facultatē in sanctis scripturis, de qua dubitare nunq; uoluisti, quoniam esset ex grā uel  
spū dei. Et uere a deo scire & fateri, qā donū est altissimi pro consolatione doloris mei, quē di-  
xit quo accipere, iam nō inuenit anima mea in se, ut interpellaret eum pro eiusmodi re, aut ita  
festinaret, ut prius, uesperā rapere diei huius, finem uitę huius, ratione admissa, q; prius aliqd  
sit operandū q; exigēda merces, qm nobis quoq; pusillis talis opes materia data est. ¶ Ita cō-  
solatus sum, & ita pes, quā dedit mihi in uerbo suo, me cōsolata est in humilitate mea, ut illud  
qd dixit dator eius dē spei Chri filius dei, nō dubitē mihi accidisse: Qui credit in me sicut dicit  
scriptura, flumina de uentre eius fluent aq; uiuę. ¶ Foras uidelicet scriptura, cū ita dixisset, Bibe  
aq; de cisterna tua & fluēta putei tui, deriuent uerba tui, & in plateis aquas tuas diui-  
de. habero eas solus, nec sint alieni participes tui. Quo dicto docet nos & discere & docere in  
unitate fidei, nihilq; in sanctis scripturis sentire cū hereticis, ita subiunxit: Sit uena tua benedi-  
cta, & lactare cū muliere adolescentię tuę. Deniq; hoc mihi est letari cum muliere adolescentię  
meę, in huiusmodi studio siue exercitio sanctę scripturę cōsolationem habere. ¶ Hęc nāq; est  
ista mulier sapiētia, cui dixit sapiens, Soror mea es: & prudentia, quā uocauit amicā suam. Hęc  
est illa mulier, quā tu in omnib; (si meministi) uxorem me duxisse uidisti, natosq; ex ea mihi si-  
lios cōplectebaris, quod utiq; facis, dū scripta mea libenter legis, & libris meis nūquā carere  
uis. Accipe nunc qualibus uerbis ibidē cōtinuo sapientia delictet, & congratulet colla: tanti-  
bus tali mulieri, tali adolecētī. Cerua, inq; charissima & grauisimus hinnulus. Vbera eius in-  
ebrient de omni tēpore, & in amore illius delectare iugiter. ¶ Iam quale inuitū fecerim, qualem  
uocem primam ediderim post illam, quam p̄scripsi, inundatione fluminis, scribēdo libel-  
lum hymnorum in laudibus spiritus sancti, non p̄teriborū more solito sedulus audit

Legē illa-  
plum.

Donū spūs  
scit ad ex-  
planandas  
scripturas.

Flumina de  
uentre eius  
fluēt aq. ui-  
uę. Iohā. 7.  
Prou. 5.

Qualis mul-  
ier facta  
scriptura.  
Prou. 7.

Prou. 5.

Hymn<sup>o</sup> sap-  
phicus de  
sancto spū.

Quam salutaris calicem tenere,  
Reddere uota.  
Tu modo mentem rege pneuma sanctum,  
De tuoreple cor & os apertum,  
Qui iubes festum dare tympanum, uel  
Sumere psallum.  
Sancte sanctorum, deitas deorum,  
Gaudium, lumen, medicina, uitas  
Sit tibi laus cum patre, cum genato  
Spiritus aime. Amen.

¶ Sic

¶ Sic incipiens magnam intus uerbabam materiam, per angustum foramen ubertim prodire  
non ualentē, dum metricis pedibus uerbaligando, ut in scholaribus assuetus eram, longū in  
paucis sermonibus labore infunderem. Non dū enim plene mihi acciderat id, quod supra me  
morau, dictū ā sapientia, sit uena tua benedicta, id est, non dū, cum suscipere potuissem, ordi-  
nem presbyterij susceperā. Scriptum est autē: Labia sacerdotis custodiūt scientiā, & legem re-  
quirunt ex ore eius. Ad hoc ergo (ut reor, & sicut postmodum expertus sum) interim differe-  
bar, ut prius in isto gradu cōfiterē, & tunc demū ad tractādās ecclesiasticas more sacras scri-  
pturas, legitimi acciperem oris apertionē. ¶ Eatenus diuina Christi ecclesiam uexauerat di-  
scordia, propter sedis apostolicę schisma, quae tamen mortuis autoribus paululū conquire-  
rat: propter illam & propter alias quoq; causas multas, & qui magis uidebantur religiosi, & ec-  
clesiasticam puritatē diligebant, episcopos suos in suscipiendis ordinibus deuitabant, simpli-  
ci quidē oculo, sed in omnibus discretione opus est. Nam quandiu palmes manet in uite, po-  
test fructum ferre, postq; autem ascesit, & foras missus fuerit, iam fructū ferre non poterit.  
Sic nimirū quislibet ecclesię uel sacramentorū Christi minister, quandiu in cōmunionē uni-  
uersitatis manet, quicquid administrat, ratum est: ubi autē ā legitimo iudicio denuntiātū fue-  
rat, p̄cium illud esse uel damnatū, quicquid deinceps operari uidetur, speciem quidē pie-  
tatis habere potest, sed uirtutē eius habere non potest. Et ego quoq; simplici oculo illos ordi-  
natores, qui infames fuerant, deuitabam. Et circo, ut dixi, ordinem presbyterij iam p̄ordi-  
natis quibusdā iunioribus non dū susceperam, & fortassis p̄ter illam quam dixi causam, il-  
lud quoq; mihi \* inierat, quia dignum me non existimabam. ¶ Venit autē, & illud quoq; non  
p̄teribo quomodo uenerit, dñs & pater nuptiarū, qui uocauit nos ad nuptias, & dixit mihi,  
quod diceret recumbenti in nouissimo loco, amice ascēde superius. Plenus eram & plenus ei-  
ram ad lectulū diuturnis cogitationibus, quibus nonnunq; delectabar, imō & sæpe excita-  
bar, & in quibus deficiebat spiritus meus, cogitās dies antiquos, & in mente habēs annos eter-  
nos, q; is qui creauit & redemit nos, tremēdo tandem iudicio iudicaturus esset nos. Oprabat  
anima pauida, si quo modo daretur facultas illum iudicis aduentum anticipare, et meditabar  
cum corde meo, quomodo possem p̄uenire, & aliqua cum ipso secretus uerba facere. Sum-  
mam cogitationū illarum, ut meminī, sonant hęc uerba beati Iobi: Nunc quoq; in amaritudi-  
ne est sermo meus, & manus plagę meę aggrauata est super gemitū meum. Quis mihi tri-  
buat ut cognoscā & inueniā illum, & ueniā usque ad solij eius? Ponam coram eo iudiciū, & os  
meum replebo increpationibus, ut sciam uerba quę mihi respondeat, & intelligā quid loquat  
mihi: Cum huiusmodi cogitationibus ierā ad lectulū, ut iam dixi, & dormienti somnus meus  
hoc modo suauis exiit mihi. ¶ Videbam stans coram altari, super ipsum in medio stantē do-  
minicam crucē, & in ipsa dñi saluatoris imaginē. Quem cum diligentius intuitus essem, agno-  
ui ipsum dominū Iesum ibidem, crucifixū & uiuentē, oculos in me apertos habentem. Quod  
ubi perpexi, cōfestim inclinans faciē, aio ad eum: Benedictus qui uenit in nomine dñi. Quam  
saluationem quāta cum humilitate, cum qua reuerenda capitis sui deflexione susceperit, nul-  
latenus edicere possim, nisi hoc tantū quia potuit homo interior hoc intuens aliquatenus sen-  
tire, q; ueraciter de semetipso dicat, & discite ā me quia mitis sum & humilis corde. Non satis  
hoc mihi erat, nisi in manibus apprehenderē, amplexumq; deoscularer. ¶ Sed quid agerem?  
Altius erat altare ipsum q; ut eum attingere possem. Vt ergo eiusmodi cogitationē seu uolun-  
tatem meam, uoluit & ipse: Sensi enī ego quia uoluit, & nutu uoluntatis eius ipsum altare, p̄  
medium sese aperuit, meq; intorsus currentē suscepit. Quod cum festinus introissem, appre-  
hendi quem diligit anima mea, tenui illum, amplexatus sum eum, diutius osculatus sum eum.  
Sensī q; grauitur hunc gestū dilectiōis admitteret, cum inter osculandū suum ipse os aperiret,  
ut profundius oscularer. Plane hoc agebatur, hoc illa significatione parabatur, ut fieret illud  
quod in canticis dilecta exoptās dicit: Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris  
meę, ut inueniā te foris & deosculer, & iam me nemo despiciet. Apprehēdam te, & ducam in  
domum matris meę, & in cubiculū genitricis meę, ibi me docebis, & dabo tibi poculū ex ui-  
no condito, & mustum malorū Granatorum meorū. ¶ Deniq; extunc mihi nō nihil prouenit,  
secundum sensum dictorū huiuscemodi, quia cum ad me reuersus fuissē, & infra uigiliās no-  
cturnas uisum huiusmodi suauissime retractarem, sicq; interpretarer illam altaris & ipsius or-  
dis dñi Iesu apertionē, q; sacramentorū eius profunda deinceps clarius intelligere deberē: im-  
terea paulatim amor illius sacerdotalis officij menti sese infudit, tātumq; excreuit, ut mox die  
facto dicerē patri meo spiritali, me nō uelle amplius reniti, imō uelle ire cum primū iuberet,  
& suscipere iugū dñi, causa tamē tacita quae acciderat, ut iam dixi. Gratulatus est, & ut primū  
affuit tempus ordinationis, hūc sacrum, licet indignus, ordinem suscepit. ¶ Nec uero minore  
signo, quā praeuenerat deus meus misericordia mea, me in hoc officio subsecuta est, nō em-  
plus q; triginta dies trasierat, cum ecce iacente me in lectulo, ferē clauso iam die, cum uix oer-  
los in somno clausissem uenit desuper quasi similitudo uiri, proni, & aequaliter extensi, solam  
quām

Rupertū  
ante pres-  
bytericū  
carmina  
scriptit.  
Malach. 2.

Cur pres-  
byteratum  
sero susce-  
pit.

Iohā. 15

Tit. 1

Legē inē-  
rat.  
Lucā 14

Psā. 76

Iob 23

Visio no-  
cturna, sup  
uenerat: &  
uigiliis  
imaginis  
crucifixi.

Matth. 11

Canticor. 8

Sūmatio-  
luptas in 11  
lapso diui-  
no.

quàm maxime faciem suam occultans, & in me demissa, totam cõpleuit animam meam substantiam, eo modo mihi impressa, quæ uerbis exprimerenullatenus possim, multo citius atq; profundius q̃ cera quicquid mollissima, sigillũ fortiter impressum admittere possit. Protinus somno, qui uix obperferat, excussus sum, & uigilans sensi dulce p̃dus, uigilans delectatus sum, & quid dicam? Anima mea liquefacta est, anima mea dñe pene defecit, pene de corpore effusa est. O q̃ uera cõcionatoris nostri sententia. Adolescencia em̃, inquit, & uoluptas uana sunt. Porro ibi nõ uanitas, sed ueritas, ibi uera & uiua uoluptas, ubi usq; in finem cõpletur, quod scriptũ est: Qui adhæret dño unus spiritus est. Hinc est quod canimus in psalmo: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Eiusmodi uoluptatẽ uiuẽti in corpore saltem gustasse iucundũ est, iucunditatis & exultationis thesaurus est. Verum dicere liceat, quia nisi illa repentina sancte uoluptatis mundatio cito se cõtinuisset, animã uelociter in sua de corpore in modũ torrẽtis abstraxisset, secumq; detulisset poterat unde & melius iam scio, quomodo sententiã dũ sit, q̃ deus ad hominẽ locutus est. Nõ em̃ uidebit me homo, & uiuere potest. Sed (tu dixi) cito uisibit in uisibilibus illa uis amoris, paulatimq; defecit: ego autẽ extunc o meum aperui, & cessare quin scriberẽ nequaquã potui, & usq; nunc, etiã si uelim, tacere nõ possum. ¶ Sit hoc mihi facere illud, quod supra memorauit de Canticis, scilicet inuenire dilectũ foris, & deo seculari, ut iam me nemo despiciat apprehẽdere eum, & inducere in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, ut aliquis filioꝝ eius ex hoc proficiat, meq; doceri à spiritu ueritatis, & dare illi poculũ ex uino condito, id est, sermonẽ bonum siue rectum & bene sonantẽ ex spiritu sancto, & mustum maloz Granatorum meoz, scilicet delectamentũ scientiã cum fructu bonoz operum. Si ueritatẽ dixi, si nihil horũ de corde meo finxi, turris fortissima sit mihi nomen dñi, per quod adiurasti me pater & dñe mi, & fiat mihi secundũ quod dixit filius dei, idemq; filius hominis: Qui autẽ diligit me, diligitur à patre meo & ego diligam eum, & manserit ab eis in seipsum: & luceat mihi iustitiã sol, sitq; illuminatio mea dñs, & misericordia mea deus meus, & subleuet me de corruptione & egestate, quemadmodũ in propheta dicit: Et sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Et cõdoneat mihi quicquid de timore, quem timebam, euenit mihi: quicquid eorum, quæ uerebar, accidit, toto tempore huius peregrinationis siue incolatus prolongati, numerusq; dierum meoz prima & octaua beatitudinis cõpleatur, quæ est possidere regnum celoꝝ: fiatq; mihi, quod ei dicimus in psalmo, tibi em̃ derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Et ad me quoq; illud pertinet, quod in Esaia dictum est, iste in excelsis habitabit, munimenta saxoz sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, et introeam ad altare dei, ad altare coelestis sanctuarij, & ibi contingat animam meam, quod uerus amor dicit, ofculatur me osculo oris sui, & ipse spõsus immortalis in illo cõtineat me corpore sponsæ suæ ecclesiæ, cui amore æterno & sempiternis copulabitur nuptijs. ¶ Non em̃ sine causa sic insipientis factus sum, necq; tu sine causa sic instanter me adiurasti, ut de me ipso scriberem, res huiusmodi. De causa liber hic aliqua breuiter eloquitur. Nonnulli putantes se probe illud facere quod in Iob dictum est, sapientes continentur & non abscondunt patres suos, quibus solis data est terra, & non transfuit alienus per eos: quondã (ut uerbis loquar eiusdẽ beati Iob) affixerunt animã meam, & attriuerunt me letimoniis, & non minusq; decies confoderunt me, & non erubescant opprimentes me, refragantem quibusdã sententijs quas proferebãt, à uero & recto sensu discrepantes, quas tamẽ magnis & ualde nominatis patribus suis, id est, magistris suis, accepisse uidebãtur, quos uidelicet patres suos cõfiteri, & nõ abscondere, gloriosum arbitrabant. Quoz uidelicet patrũ ipsoꝝ rum autoritati, utpote hominũ quis sapientum, cum ego nõ crederem, meliusq; & sanius loqui auderem, secundũ scripturaz autoritatẽ. O quanta indignatio, quãta exprobratio iuxta hunc modũ: Intellige prius, & sic loquamur: Quid timent cõtra deum spiritus tuus, ut proferas de ore tuo huiusmodi sermones? Sapientes cõfitentur & non abscondunt patres suos. Tui patres ubi sunt? Qui uel quales magistri te docuerunt? Secundũ hæc & his similia non semel, nec paucis diebus, sed multoties, & aliquot annis me cõfoderunt, & sermonibus oppreserunt donec perseuerantiã uirtute, & scripturaz autoritate subnixus, obtinui uictoria palmanẽ, te quoq; plurimũ adiuuante, & testimoniũ perhibente, q̃ nõ ex timore spiritus, nõ ex præsumptione proprij cordis, sed ex dono mihi accidisset gratiæ dñi, ex dignatione spiritus sancti, fiducia talem habere tractãdi sanctaz scripturaz sacramenta: & q̃ nullo modo facultatem hæc assequi potuissem, nisi per spiritũ bonũ, de quo uel à quo bona cuncta procedũt. Cõfiteantur ergo sapientes illi quantũ uolunt, nec abscondãt patres suos, quibus solis, ut aiunt, data est terra, id est, scripturaz artiumq; liberaliũ scientia. ¶ Ego quis & ipse non nullos in discipulis scholaribus patres habuerim, & in libris artium liberaliũ nõ segniter studiosus extiterim, hoc profiteor quia uisitatio ab altissimo melior mihi est, q̃ decẽ patres eiusmodi, cuius sub uirga sæpe in labijs percussus, nonnunq; etiã toto corpore, cõcussus, sicut auribus tuis fidelibus aliquoties intimaui, loquor ad scribendũ quicquid ille monitor suggerit, spem habens istam, quam

Cantic. 5.  
Eccles. 12  
1. Cor. 6  
Psal. 37

Exod. 17

Bona petitio Ruperit Cantic. 8

Esaia 38

Psal. 9  
Esaia 33

Cantic. 1

Propter amulos ista scribi oportuit.

Iob 15  
Iob 19

Iob 15

Uisitatio ab altissimo melior cunctis magistris.

quàm sapientia dicit: De fructu oris uiri replebitur uenter eius, & genimina labioꝝ eius saturabunt illum. Nunc ad te sermo meus liberior dirigitur discipule ueritatis, desiderator sancti ratis, amator filij dei, eiusdemq; filij hominis episcopo, bonis omnibus amabilis. Iam dudũ in hoc gaudeo, & pro hoc tibi iure gratulor, quia præclare in te quoq; lucet experimentũ ueritatis, quẽ in euangelio secundũ Marcum dicit: Amẽ dico uobis, nemo est qui reliquerit domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut filios, aut agros propter me & euangeliũ, qui non accipiat centies tantũ, nunc in tempore hoc domos, & fratres, & sorores, & patrẽ, & matrẽ, & filios, & agros, cum persecutionibus, & in seculo futuro uitam æternam. ¶ Anteq; uerihuius sermonis in te habitũ collaudem experimentũ, dicere libet aliquid, propter eos, qui hinc hærent uel mirari & dicere possunt. Nunquid omnes qui sua qualicunq; siue quantumcumq; propter Christũ reliquerunt, centies tm̃ in hoc tẽpore uel in hoc seculo receperunt. Vt de cæteris taceamus, nunquid eremitæ siue anachoretæ centies tantũ, quantum reliquerãt propter Christũ, in isto seculo receperunt? Propter eos quibus huiusmodi cogitationes occurrere possunt, notandũ est, quia nõ dixit, qui reliquerit propter me tantũ, sed addidit & propter euangeliũ. Deniq; si tantũ dẽ & nõ plus est propter euangeliũ q̃ propter Christũ, superflũ erit, præmissio propter me, ad didicisse, & propter euangeliũ. Illud nimis in sensu addidit per hoc dictũ, ut sentias eum dixisse, & nõ esse perfectionẽ etiã præsentis remuneratione dignam, cum qs non cõtensus propria salute, relictis omnibus sequẽdo Christũ discurrat, festinat, succitat amicũ, id est, prædicat euangeliũ, ut audieret filij sequatur Christũ, q̃ uidelicet ministrum in primis est apostolorũ, q̃ tunc in fine reueant, cum hæc diceret eis, quoz primus Petrus dixerat eis: Ecce nos reliquimus oĩa, & secuti sumus te: Quid ergo erit nobis? De huiusmodi ostendat quispiã aliquẽ, q̃ nõ receperit uel recipiat in suo tẽpore & domos, & fratres, & sorores, & patrẽ, & matrẽ, & filios, & agros, cũ persecutionibus, id est, in medio etiã persecutionis, quẽ uolentibus pie uiuere in Christo nõ desunt, centuplũq; reliquerat, iccirco expeditus prædicare. ¶ Petrus q̃ piscator erat, q̃ diues nõ fuerat, q̃ cibos manu & arte quærebat. Hic ubi missio spiritus sancto de celo prædicare cepit euangeliũ, nonne centies tantũ recepit quantum reliquerat, uocãtem de nauicula sequẽs Christũ: Vt taceã, quod & primũ in Antiochia & deinde in urbe Roma magna re sedens pontifex, & domos habuit, imò & ecclesias cõstruxit, & fratres, & sorores spirituales, & patres, & matres, & filios multo plures secundũ spiritũ habuit, q̃ secundum carnẽ quis habere possit: ut, inquam, illa oĩa taceam, solũ illud ius possessionũ siue facultatum cõmuniũ in initio euãgelij, ubi multitudinis credentiũ erat cor unũ & anima una, nec quisq; eoz quæ possidebat aliquid suũ esse dicebat, sed erãt illis oĩa cõmuniã ualuit illi plus q̃ centum retia cõtumq; nauiculas, qualis unam reliquerat. His animaduertis, illud quoq; quod in Mattheo taliter scriptũ est, & oĩa qui reliquerit hæc propter nomen meum, liquet plus esse, quam si dixisset, propter me, uidelicet ut propter nomen meum id esse intelligas, propter me notificandum, quod sit prædicatio de euangeliũ. ¶ Igitur ut dicere ceperã, cõgratulamur tibi episcopo, uenerabilis, quia magnũ in te experimentũ lucet huius ueritatis. Domum quippe unam nescio quantũ, & propinquos aliquos, ut percepi, nõ infimos, nõ nihil agroꝝ habentes, in una ciuitate reliquisti. Et ecce dñs factus es in hoc tẽpore eiusdẽ ciuitatis. Nunquid nõ tam æternã habebis. Laudi eius, qui quos ante tẽpora secularia præsciuit, & prædestinauit sanctos oēs, ipsos & suo quenz tẽpore uocauit, iustificauit & magnificauit: illud adscribendum est. ¶ Quod te nõ qualicunq; tẽpore, sed in ipso ingressu feruẽtis adolescentiæ uocauit cita uocatione, ut eum, quem quasi in ingressu mudi posueras, retraheres pedem, & relictis omnibus, patria quoq; siue provincia natiuitatis tuæ longe post tergum dimissa, peregrinus ad monarchicam uitam cõfugeres, in montẽ spirituales uictoria: suo nomine prælagum, uocatur em̃ Sigeberch. Quis em̃ hoc fecit, nisi aspiratio gratiæ uocantis? A fructibus cognoscipõtest, quia plantatio tuæ cõuersionis, plantatio fuit patris coelestis, quæ nunq; possit eradicari. Nunquid puer siue adolescentulus tũc eras, quãdo uidisti inter deum & hostem antiquũ, de te certamẽ haberi, quasi dubium esset uter eoz, scilicet deus creator, an Satan corruptor, te habere deberet, ita rudis fuisti, ut putares de te solo inter partes tam contrarias eiusmodi certamen haberi: Imò & de toto genere humano certamen hoc fuit ab initio. Vtrum deus qui creauit: an diabolus qui primum hominem decepit, deberet possidere nos. ¶ De hoc certamine ego tibi es flagitanti nuper scripti opusculum libellorum duodecim, intitularum de uictoria uerbi dei, quod admirationis esse multas etiam sapientibus, & ab ipsis libentissime legi, fateor, ipse gaudent audiui. Certamen istud uetus est, & pro omnibus certatũ est, & adhuc pro singulis certatur, & in omnibus uel pro omnibus electis suis uincit deus. Nemo em̃, ait filius dei, potest rapere de manu patris mei siue, & nõ rapier, inquit, oues meas quisquam de manu mea, Tibi autem

Proverb. 18  
Laudatio Cunonis, piscopi. Marc. 10

Quæstio.

Responso.

Propter me & euangeliũ.

Matth. 19.

1. Timot. 3

Petrus, qui oĩa reliquit, etiã in hoc seculo centuplũ recepit.

Actoz 2. 4

Matth 19

Exaltatio Cunonis ad episcopatu

Roma. 9

Cuno in adolescentia factus monachus in Sigeberch. Matth. 15

Opusculũ de uictoria uerbi dei.

Iohan. 14



tem de teipso iccirco demonstrata est illa singularis uisio, ut esses sollicitior, & territus fugisti non percepto neq; præmonstrato tibi, quæ nam pars uincere & quæ haberet uinci, forte ne te comprehendisse arbitraberis. ¶ Et tunc quidem sciens reliqueras omnia propter Christum, sed nondum sciebas quod ea reliquisses propter euangelium, id est, iccirco ut alijs multis euangelizares Christum ipse autem sciebat, qui te uocauerat in opus prædestinatum. Illud quoque nesciebas futuri huius ministerij quoddam esse initium, quod acceptum desuper datu optimum, scilicet boni ingenij uel perspicacis intelligentiæ talentum, factus iuuenis sub obedientia patris spiritualis impendebas non solum iunioribus, uerum etiam coæuis tuis, non magis præceptor scientiæ quæ exemplar disciplinæ monasticæ. Unde & ipsum talentum siue donum acceptum merito in te creuit, iuxta illud: Qui habet, dabit ei, & abundabit. ¶ Quid multa? Tunc super clarissima candelabrum non contemnenda altitudinis, posita est lucernula dei, quædo tu, quæ illum inabat lux uera, & uerus accendebat ignis, regimen suscepisti ecclesiæ Sigebergensis. O quod multi iam extitit in lumine gaude re ceperunt. Ois simplex oculus longe lateq; manentium, maximeq; in domo magna quæ est Agrippinensis siue Coloniaensis ecclesiæ, flammam tui luminis libenter aspiciebat, si quis erat nequæ oculus, qui tibi aduersaret, hoc ipsum quod sibi grauis esses etiam ad uidentem, fatari non audebat. Tanta erat tui luminis autoritas, ut statim contra se dictum putare posset illud propheticum: Vt qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Interea dum familia dñi, super quæ tu fidelis seruus, & prudens constitutus eras, cui corde flammato & ore lucido uita æternam euangelizabas, merito & numero augetur siue multiplicaretur tam in oculis tuis paruulorum, uel nullus eras, quod maxime percipiebant hi, qui familiares tibi erant, quique tecum de salute animæ familiariter colloquium habebant: quod ipse ego perferentiens, animaduerti non nihil, imò multum ad te attinere illud propheticum: Quare dicitis Iacob & loqueris Israël, abscondita est uia mea à dño, & iudicium meum à deo meo transiit. Nunquid nescis, aut non audisti? Deus semper tuus, dñs, qui creauit terminos terræ, non deficiet neq; laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ eius, qui dat lassio uirtutem, & his qui non sunt fortitudinē & robur multiplicat. Item illud: Ego deus tuus apprehendens manum tuam dicensq; tibi: Ne timeas, ego adiuui te. Noli timere uermis Iacob, qui mortui estis ex Israël. Ego auxiliatus sum tui. Huiusmodi responsa tuæ humilitati esse congruentia, si hæc uermis non aduertisti, at saltem nunc attende, cōmonitus augmēto gratiæ seu magnitudine beneficij, quod altissimo nonnulla de te cura sit. In primis hæc appellatione noli timere uermis Iacob, qui mortui estis, dicam quomodo congruat tibi & similibus tui, imò cunctis humilibus corde, qui didicerunt à bono magistro dicente: discite à me, quia mitis sum & humilis corde. ¶ Humilis quisq; spiritualium pater filiorum, & uermis est, & Iacob uermis quidem suus: Iacob autem, dei iudicio. Iacob deniq; magnus homo fuit, & multos habens mares filios, pro causa unius forminx, quam solam filiam genuit, afflictus est, & tristitia habuit. Sic nimirum uiri apud deum magni, qualium omnium uentium tu mihi notissimus es, cum multas habeat uirtutes, multosq; ut & tu habebas filios spirituales, aliqui habent quasi filia, id est, infirmitate occultata, pro qua dum quis humiliatur cor à dño, uermis est, & Iacob uermis, ut dixi, suo. Iacob autem, dei iudicio: & mortuus est sibi, id est, timet se illa infirmitate mori, sed uirtute deo. ¶ Noli ergo timere, dicit tibi, ego auxiliator sum tui, & ab effectibus probas, quia non fuit nec est à me abscondita uia tua, nec à me iudicium tuum transiit, sed hoc potius dicitur: Tu deus qui uidisti me, & iudicium meum, hoc quod iudicasti, & qui se humiliat exaltabitur, non transiit à te. Ego quoque cum ipso deo interrogare, uerbis ipsius interrogo te, qui cum de huiusmodi secretam aliquoties haberemus colloquutionē, uolebam cōsolatum te esse. Nunquid nescis, aut non audisti? Videlicet istud quod sequitur: Deus semper tuus, dñs qui creauit terminos terræ, non deficiet neq; laborabit, scilicet ubicunq; uel quotiescunq; infirmum curare uel pauperem honestare uoluerit. Cuncta enim possibilia, cuncta facilia sunt ei. Nec est, inquit, inuestigatio sapientiæ eius. In quo: Nimirum ut secundum causam præsentem loquar, in eo quod dat lassio uirtutem, & his qui non sunt fortitudinē & robur multiplicat, id est, qui electum suum prius dimisit lassari, & lassitudinē suam agnoscere, ita ut penitus sibi uideatur non esse, siue nihil esse. & tunc demum uirtutem dat, tunc demum fortitudinē & robur multiplicat. ¶ Non ita est cum fortibus, non sic agitur cum sanis, id est, cum illis qui sibi iusti uidentur, & in suis confidunt uirtutibus. Sed quid? Continuo subiungens, deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Pueri namq; recte dicuntur, qui sunt inexperti, quique in tentationibus non militauerunt, iuuenes autem qui sibi uidentur fortes, & quasi de suis uirtutibus superbiunt. ¶ Manifestum iam te habere non dubitamus iudicium siue experimentum, quod uia tua dño abscondita non fuerit, & iudicium tuum à deo tuo non transierit, quia cum nescires, cum præsens non adesses, imò longe remotus abesses: Responsensis ecclesiæ pastore suo uiduatu, pastorem te, id est, pontificem sibi elegit: quæ magna est gratia, donumq; pontificis magni, qui celos penetrauit, quæ ad modum Apostolus dicit, & ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios autem euangelistas, alios autem pastores & doctores. Cum clerus & populus in partes pro eligendo

Profectus Cunonis.  
 Marci 4  
 Lucæ 8  
 Cuno factus abbas Sigebergensis.  
 Eliaze 3  
 Humilitas Cunonis.  
 Eliaze 40  
 Eliaze 41  
 Matth. 11  
 Humilis P-latus & Y-mis & Iacob dicit.  
 Gene. 24  
 Cuno curge fuit deo.  
 Qui sibi fortes uident, deficient.  
 Eliaze 40  
 Electio Cunonis in episcopum.  
 Hebræo. 4  
 1. Cor. 12

eligendo sibi pastore diuideret, fieretq; periculosa partium contentio, alijs hinc, alijs illum clamantibus, iamq; prope esset ut seditione inualescente ad arma cōcurreretur, unia sapientior caeteris, cuius cor deus tetigit, repente tuum nomē in mediū protulit, teq; eligi cōsuluit, & protinus totus ille partium motus cōquieuit, & in te unū, quæ diuisa fuerat, unitas ecclesiæ cōcessit. Cuius nutu, cuius intuitu taliter credamus actū, nisi illius, de quo Apostolus, ipse est, inquit, pax nostra qui fecit utraq; unum: Gaudeas igitur, quia, sicut iam dixi, non ita fuit uia tua abscondita à dño, quin uideret te quis paruulum inter multos, quos habet ipse regendos siue disponendos. ¶ Ergo ne, ait aliquis, gaudendum est in re huiusmodi? Nonne potius renitendum est, secundum exemplum Moysi, cum mitteret ad tantum ministerium, ut fieret populo Israël dux & princeps liberationis, educendo eos de terra Aegypti? Ad hæc, inquam: Nonne & illius exemplum sequendum est, qui cum audisset uocē dñi dicentis, quem mittā, & q̄s ibit nobis, dixit, ecce ego, mitto me. Nimirum Moysi quidem humilitas laudanda, & in exemplum pro tempore & re assumenda est, sed præter humilitatē, aliam quoque rationē habuit, quæ ex uerbis istis intelligitur, quæ dixit, postq̄ semel & iterum, ac tertio recusauit: Obsecro, inquit, dñe, mitte quem misurus es. Quis nā erat ille, nisi de quo patriarcha Iacob prædixerat, donec ueniat qui mittendus est: Christum ergo iam ad salutē populi sui nimirum festinus mitti uolebat, & iccirco recusabat. Ac si diceret: Non ego uicarius eam, sed ille obsecro iam ueniat. ¶ Itaq; præter istum qui eiusmodi causam intendebat, ostendit mihi aliquem, qui iustus inire officium siue ministerium eiusmodi, laudabiliter recusauerit: nisi forte recusantis esse putes, quod Hieremias dixit, ah, ah, ah: Domine deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. At ille hoc dicere potuit non recusando ministerium, sed potius optando sibi augeri donum, quod & protinus factum est, quia misit dominus, ait, manum suam, & tetigit os meum, & cætera. Illi ergo maxime laudabiles sunt, qui dilectionis instinctu, ob salutem proximorum semetipsos offerunt, sicut & Helix: uisus est offerens: oro, inquit, ad Heliam, ut fiat spiritus tuus duplex in me, scilicet spiritus operationis uirtutum, ut duplicia, quam tu fecisti signa possim facere: per quæ cōmoueat populus & non obliuiscatur dicere illud, quod te agente dixit: Dominus ipse est deus, dominus ipse est deus, contra quem Iezabel impia nititur. ¶ Congratulantis animo cuncta hæc tuæ sanctiæ loquor paternitati, & inter hæc non præteribo illud, quod ualde placet oculis nostris, quia non nihil habes de imitatione beati Martini. Iam uero sempto episcopatu, ait scriptor uitzæ eius, qualem se quantumq; præstiterit, non est nostra facultatis euoluere. Idem enim constantissime perseuerabat qui prius fuerat, eadem in corde humilitas, eadem in uertute eius utilitas erat, atque ita plenus autoritatis & gratiæ, implebat episcopi dignitatem, ut non tamen propositum monachi uirtutemq; desereret. Vidimus te præclarę ciuitatis episcopum, uermemq; pellibus & pulla desuper cappa coopertum, siue affibulatum præcedentem, & euntes post te præclaros utriusque tam clericalis quam laicalis ordinis spectabiles uiros, peregrinorum murium pelli culis secundum morem uel honorē suum coloratos siue defloratos, in eo sapientes, quod episcopum se habere uel sequi gauderent, talium contemptorem, censu diuitem, affectu uel habitu pauperem, in corde humilem, in uertute uilem, in mensa sibi communi, cum dignitate episcopi propositum monachi uirtutemq; non deserentem. Hoc esse dixi, de imitatione beati Martini. ¶ Unde non uanam fuisse constat illius sanctimonialis uisionem, quam audisti. Referebat dictum sibi per uisum, occurrit dum esse beato Martino, festo die suo, in ipsis rogationum diebus tunc imminentibus, quæ ante ascensionem domini ex more celebrantur. Mirabatur illa pronuntio huiusmodi, sciens & in somnis quoque memoria tenens, festum beati Martini non agi diebus illis, sed longe alio tempore anni undecimo die mensis Nouembris. Non ergo multum attendens uisum uel ut otiosum reticuit, donec tu, quem uenturum esse non ante uisum illum sciebat, electus aduenisti, die rogationū. ¶ O quanta cum lætitia cleri & populi, quanto cum tripudio non solius ciuitatis uerum etiam totius patriæ, quantis cum laudibus Christi ciuitatem introisti! Cuius laus, cuius erat ille honor? Nunquid tuus, aut tibi debitus? Ergo tibi uerbis congruentibus uicem rependere uolo. Nam quia solitus eras uel mihi uel de me alijs dicere, quod ea, quæ scriberem ego, mihi non magis imputares, quam a seruo: ego similiter dico, quia tantam illius susceptionis gloriam, ferè non magis tibi ascribo, quam illam gloriam siue honorem, laudesq; turbarum cum palmarum ramis occurrentium domino, ascribere uelim illi, cui fe debet, asello. Non enim propter se sed propter sefforem suum dignus erat asellus ambulare uiam stradam uel uentis hominum, tantisq; circumdari floribus & ramis palmarum. Sic nec tu taliter suscipi dignus fuisti propter temetipsum, sed propter habitantem in corde tuo per fidem Iesum Christum. Hæc uidentis illa iam dicta sanctimonialis, uisum, quem uiderat, ad te pertinere, recognouit, & extunc quibusque fiducialius enarrauit. ¶ De humilitatis tuæ insignibus sermonem repetam, sperans & spem meam firmissimam esse desiderans, quod in ipsa perseuerabis, & perseuerando gloriam tibi in futurum thesaurizabis, quia non gloria humilitatem, sed humilitas, ait sapientia, gloriam præcedit. Hoc tibi uel cordi

Eph. 4  
 Quæstio. Exodi 3  
 Responsio. Eliaze 6  
 Exodi 4. Gene. 49  
 Nō licet recusare ministerium euangelij. Hier. 1  
 4. Reg. 3  
 3. Reg. 18  
 Cuno simi lis beati Martini in episcopatu  
 Visio ciuitatis beati Martini. alia.  
 Chr's honoratus i Cunonis susceprione. Numeri 12  
 Matth. 21  
 Eph. 3  
 Episcopo uenieda esse, exemplo Christi, huius militas.

**Prouerb. 15** tuo recte persuasisti, propter humilitatē filij hominis, cuius gloriam & honorē bestia dilectio  
**Matth. 20** ne diligis. Ipse enī dixit Non ita erit inter uos, sicut inter principes gentiū, qui dñantur eorū.  
**Lucæ 22** Sed quicūq; uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister, & qui uoluerit inter uos primus  
 esse, erit uester seruus. Sicut filius hoīs nō uenit ministrari, sed ministrare, & dare animā suam  
 redemptionē pro multis. Nonne quotidie hic filius hoīs ministrat nobis in sancto altari mini  
 sterium eiūsdē redēptionis, scilicet, sacramentū corporis & sanguinis sui? Quare ergo nō eru  
 besimus ministrari, tali ministro ministrāte nobis, & ad eumdem cuiq; dominari, nisi solis uiti  
 is? ¶ Audi me, adhuc unū quod narabo tibi de eiusmodi, qualia superius narraui, quia sic uo  
 luisti. Cum adhuc essem recētor, & proinde etiā attentior in ordine huius ministri, scilicet  
 in officio presbyterij, uidi in uisu pleno iucunditatis, ministrantē nobis istum filiū hoīs. Quid  
 dicam, uel qualibus ybis eloquar habitum gestumq; ministri? Deniq; quasi in magna do  
 mo ad mensam decorā & magnā residētibus multis, ipse aspectu reuerēdus & amabilis, diffi  
 bulato ac deposito, quo sup tunicā amictus erat, pallio, manibus decētissimis, & incesu q; spe  
 ctabili ministrabat, hinc & inde ministratōne panis & uini. Erant autē quasi crustula panis cā  
 didissimi cōcaua, uinumq; fufum in se recipiētia, & ferculū huiusmodi omnibus ministrabat.  
 Amplius dicere nō possum, nisi quia quod exprimi nō potest, salua maiestate ministrabat, &  
**Canticor. 5** sic eum ministrare ualde decebat, tali uel tāto affectu, ac si diceret illud de Cāticis: Comedite  
 amici & bibite, & inebriamini charissimi. ¶ Et quidē uera est, & mihi tunc uera fuit sententia  
 multas curas somnia, sed nihilominus uerū est, quia bonas curas plerunq; bona & uera sequit  
**Eccles. 7** tur somnia. Nō fuit hoc de somnijs eiusmodi, quā multos errare fecerunt, imō ad ueritatē du  
**ecc. 34** cit, in eo quod mihi dulciter & sæpe cōmemorat, & tibi cupio ut cōmemoret illud dictū filij  
**Lucæ 22** hoīs, ego autē in medio uesterū sum sicut qui ministrat, et adiuuante cōmemoratione hac, ab eo  
**Eccles. 9** quod ccepisti humilitatis gradu cōministrare sanctitatis nō desistas. Quid multa? omni tēpore,  
 ait sapientia, sint uestimenta tua candida, et oleum de capite tuo nō deficiat. Scienti loq; tor, ga  
 uestimentum tuum hominibus quidē nigrū, sed deo & ea quæ dei sapientibus candida sunt,  
 & oleum in capite tuo charitatis est in corde tuo, quæ nunq; deficiat. ¶ Ego quidē dispēdium  
 timere potui pro absentia tui, secundū p̄sagiū quod uidi priusquam progredereris. Mancū  
 me esse uidebā, dextera de cubito suo manu auulsa, quæ res illud sine dubio, quod de te actū  
 est, p̄signabat. Veruntamē bene utrunq; erat, quia dexteram ipsam quā auulsam, nō omni  
 no amiserā, sed altera, id est, sinistra manu deportabam, simulq; quasi miraculū factū est, ut  
 alia loco illius tenella manus dextera succreuerat. Secundū hęc reuera te, manum dexteram  
 meam nō omnino amisi, sed adhuc in sinistra, id est, in p̄sentis uitæ cura tu mihi auxiliū qua  
 lecumq; ferre poteris. ¶ Certiorē autē habemus & habere debemus paracletū, id est, consolatorē,  
 uidelicet eum qui dicit per Psalmistā: Dñs custodit te, dñs protectio tua, super manū  
 dexterā tuam. Quāuis ergo p̄sentia tui careā, quē sic habebā ueluti custodiā fidā, & dex  
 teram manū meam, nō sim quasi desolatus, sed ipse custodiat sperantē in se, & custodire & pro  
 tegere potest sup omnem manū dexteram. Spem istam inter cetera nō nihil roborat recor  
**Canticor. 5** datio miraculi, cuius ego in opere quod de Canticis Canticorū scripsi, mentionē feci, ubi dile  
 ctā loquit: Dilectus meus misit manū suam per foramē, & uēter meus in tremuit ad tactū eius.  
 Fateor de me quoq; illam narrationē feci: sed quia uerebar in sapientia meam, ne uiderer glo  
 riarī frustra, necessitatē nō habens quā nunc habeo, quæ sicut sæpe dixi, tu me adiuuasti: iccirco  
 sic ipsam narrationē trāsfigurauī, ut & rem ipsam ueraciter dicerē, & tamē persona nō posset  
 agnosci. ¶ Ultimo tandē libelli huius capitulo exorati se esse nouerit, quisq; ista legerit, ut nō  
 quasi in sapientē subannare, sed quasi mœsti paruuli causam cōpatiēns attēdere uelit, illam ui  
**Pouerb. 31** delicti, quam in initio horū dixi, secundū yba sapientie dicentis: Noli regibus dā Lamuēl, noli  
 regibus dare uinū, quia nullū secretū est ubi regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliuiscātur  
 iudicio, & mutant causam filiorū pauperis. Date sceram mœretibus, & uinū his qui amaro  
 sunt animo. Bibant & obliuiscant egestatis suæ, & doloris nō recorderent amplius. ¶ Verba  
 ipsa quoniam recitauī, libet aliquatim aperire. Lamuēl quod interpretat in quo deus, ipse est  
 Christus, de quo Apostolus dicit: Quoniam quidem deus erat in chro, mundū reconcilians sibi.  
 Hic sese gratū habere & gratatē adimplere consiliū istud spūs sapiētiæ, dicemus: Noli La  
**Luc. 11** muēl regibus dare uinū, &c. Dicit in euangelio: Cōfiteor tibi pater, dñe celi & terræ quæ ab  
**Coloss. 2** scondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Deniq; & hic reges, & ibi  
 prudentes & sapientes idem sunt, scilicet, superbi, sensu suq; carnis inflati. Istis ait: Noli dare uinū  
 illis, id est, noli aperire, imō clau de diuinorū profundis mysteriorū. Quam ob causam: Videli  
 cet, quia nullū secretū est, ubi regnat ebrietas, id est, nulla oris custodia, ubi scientia inflat. Se  
 cretū illud non est tibi, qd eadem sapientia desiderans a tibi, cum dixisset: deriuentur fontes tui  
 foras, & in plateis aquas tuas diuide, subiunxit atq; ait: Habeto eas solus, nec sint alieni parti  
**Prouerb. 9** cipes tui. Quia ergo secretū non est tibi, & alienis, id est, hereticis cōmunes se faciunt: Noli in  
 quir, dare eis uinum, ne forte, quod sæpe contingit, ita bibant, ut obliuiscantur iudiciorum, &  
 mutant

Visto de mi  
nistratōne  
Christi in  
missa.

Eccl. 7  
ecc. 34  
Lucæ 22  
Eccles. 9

P̄sagiū u  
sioīs de Cu  
none.

Dñs prote  
ctio tua, lu  
per manū  
dexteram  
tuam.

Psalm. 120  
Canticor. 5

deprecatō  
adlectōre.  
Pouerb. 31

Lamuēl, id  
est, in quo  
deus, Chri  
stus est.

Luc. 11  
Coloss. 2

Nullū secre  
tum ubi re  
gnat ebrietas.  
1. Cor. 8  
Prouerb. 9

mutent causam filiorū pauperis, id est, ne male iudicent de scripturis, & aliter interpretētur,  
 quam expedit saluti auditorū, quos tu pauper, tu ipse mitis et humilis corde filios tibi ex aqua  
 & spū sancto regenerasti. ¶ Mœretes & amaro animo siue egentes atq; dolētes sunt iam di  
 cti paruuli, id est, humiles, qualis est ille gemitus: Heu mihi quia incolatus meus prolonga  
 tus est, qui in isto seculo cōsolari renunt, & iccirco legēt, quia sponsus ab eis ablatu est. Istis  
 date scerā, istis date uinū, id est, istis aperiatu sensus, ut intelligant scripturas, legentes legē  
 & euangeliū, & ita bibēt, nūc interim cōsolentur ex parte, donec ueniat quod perfectū est.  
 Fateor talū ego unū erā, quondā tam arate adolescentis, q̄ propria paruulus a stimone,  
 ita tūc scienter lugēs, & cum beato Iob, dicens: Preat dies in qua natus sum, & nox in qua di  
 ctum est, cōceptus est homo. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non cōputer in die  
 bus anni, nec numeret in mensibus. Sit nox illa solitaria nec laude digna. Sed bibi scerā, bibi  
 uinū, eo modo uel ordine, quo fideliter denarraui, in quo quia, ut puto, fatisceti tibi, iam nunc  
 istorū finem faciēs, interruptū subnectā siue repetā, ut compleā quod superest operis de glo  
 ria & honore filij hominis, sperans quod in proximo te uisurus sim. Finis libri duodecimi.

Date scerā  
mœretibus  
Psalm. 119  
Matth. 9  
1. Cor. 13

Iob. 3

Ezech. 1

Facies leo  
nis, sacra  
mentū re  
surrectōis  
domini.

Coloss. 1  
Iohan. 19  
Sicut fre  
mitus leo  
nis, ita &  
ira regis.

Pouerb. 19

Hilaritas re  
gis, sicut  
ros sup her  
bam.

Lucæ 23  
Gene. 49  
Ezech. 3

Facies leo  
nis à dex  
tris.

Marci 14.  
Pateri p̄  
sione tene  
bat dexte  
ram filij.

# RVPERTI ABBATIS TUVITIENSIS, DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER XIII.



**B**ENEDICTA GLORIA DOMINI DE LOCO SANCTO suo, ait illa, quam audiuit propheta, ut longe superius memora  
 re iam cœperā, uox cōmotionis magnæ, & uox alarū animalū per  
 cutientium alterā ad alterā, & uox rotarū sequentiū animalia, & ite  
 uox cōmotionis magnæ. Ab illa cōmotione o gloriosum animal, qd  
 nunc uidemus per speculū & in ænigmate, iuxta sæpēdictū flumen  
 Chobar, animal quatuor facies, quæ tua quatuor sacramēta sunt, scilicet  
 carnis natio, passio, resurrectio, atq; ascētio, illam faciem tuam iam  
 iuxta propositū laudare cupimus quæ recte dicitur facies leonis, uideli  
 cet fortissimā atq; inuictam uirtutē tuę resurrectōis. Eiusdem cōmotionis ueraciter magnē  
 inquit simul & p̄sagiū fuit illud, quod te clamante uoce magna & emittente spiritū ecce  
 uelum templi scissum est in duas partes à summo usq; deorsum, & terra mota est, & petre  
 scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorū qui dormierant surrexerunt,  
 nq̄ anteq; resurgeres, sed te primogenito mortuorū resurgente surrexerunt. ¶ Eatenus se cō  
 tinuerat facies leonis, agente uel patiente quod suum erat uitali facie, donec diceret, consum  
 matum est, & inclinato capite traderet spiritū, & patefacto latere per lanceam militis, exiret  
 sanguis & aqua redemptionis animarū simul & corporū pretium. Statim & extunc, ut uerbis  
 sapientia loquar, sicut fremitus leonis, ita & ira regis, & sicut ros super herbam, ita & hilari  
 tatis eius. Cui quæ so statim ira regis, sicut fremitus leonis? Nonne inferno & sempiternę mor  
 ti, diabolo tenebrarū principi, anti quo peccatori, preposito mortis? Et cui uel quibus hilaritas  
 eius, sicut ros super herbam? Nonne omnibus sanctis siue electis qui expectauerunt eū ab ori  
 gine mundi: Talem fremitū tanti leonis quomodo senserunt spūs illi, quando quidē terra in  
 sensibilis & inanimata sensit? Mota est enī, & motu suo cum scissura petrarū fremitū illum se  
 sustinere nō posse clamauit. ¶ E contra hilaritatē uultus eius quomodo senserunt Abraham,  
 Isaac & Iacob, & ceteri sancti, quando quidē & Iarro confitēs sicut rorem sensit? Audierat enī  
 pauloante sibi dictū ab illo: Amen dico tibi: Hodie mecū eris in paradiso. ¶ Pulchre igitur di  
 ctum, & ueraciter adimpletū est: Iuda te laudabunt fratres tui, Manus tua in ceruicibus ini  
 micorum tuorū. Adorabunt te filij patris tui, Catulus leonis Iuda, ad prædā fili mi ascendisti.  
 Requiescens accubisti ut leo, & quasi legna. Quis suscitabit eum? Secundū hæc & his similia,  
 quæ & uox alarū animalū percutientū alteram ad alteram, & uox clare personat rotarū ani  
 malia sequentiū, id est, scripturarū ueterum sacramētis euangelicis consonantium, recte dicta  
 est hæc facies leonis esse à dextris. ¶ Nam facies uitali à sinistris, per quæ uidelicet sinistra  
 significata est aduersitas passionis, & facies leonis, ut iam dictum est, à dextris, per quæ de  
 gnatur prosperitas uel gloria resurrectionis. Sinistra autem dixerim pro infirmitate assum  
 ptæ humanitatis, saluo eo qd sicut resurrectio carnis eius nostris corporibus, ita & passio eius  
 nostris animabus dextera est. Nam per passionem eius primā, quæ est animarū, resurrectio  
 habemus, & per resurrectionē eius, resurrectioem secundā, quæ corporū est, in uitam æter  
 nam expectamus. Sibi ergo soli facies uitali, id est, sua passio à sinistris erat, secundū quod tri  
 stis erat anima eius, & tædebat & pauebat. ¶ Nam interim pro causa ualde necessaria dexte  
 ram eius pater tenebat, id est, fortitudinē eius differri uolebat, ut ea non iam tunc, sed oppor  
 tuno

**Psal. 72** **Matth. 25** **Marci 11** **Iohan. 18** **Matth. 27** **Psal. 72** **Fremi<sup>o</sup> leo nis, uox cō motionis magnæ.** **Ioseph<sup>o</sup> de bello Iudai co lib. 7. ca. pte 12** **Dñs de Sio rugiet.** **Amos 1** **Hiere. 7** **Eia. 45** **Matth. 40** **Gene. 49** **Roma. 1** **Differu rit<sup>o</sup> uox domini.** **Psal. 45** **Ala. 2** **Matth. 24** **Actos. 1** **Matth. 24** **Benedicta gloria dñi, est ueritas & uerbum domini.**

tuno uteret tempore, iuxta qd in psalmo cōpetit diceret: Tenuisti manū dexteram meā & uoluntate tua deduxisti me, & cū gloria suscepisti me. Nam & si cuiuslibet sancti uel iusti uox ista esse potest, nihilominus & multo magis ex psona huius eam intelligi decet. Nam reuera iuxta qd ipse orans, dixit: Veruntamē nō mea uolūtas sed tua fiat, deus pater manū eius dexte ram tenuit, deus pater sua uolūate illū obediētiū repræsētā ad tēpus fremitū leonis. Qui pau lo ante, scilicet postera die quā passurus, ingressus est ciuitatē, leuiter se excutiēs cum paru o flagello, quē fecit de resticulis, tantā multitudinē uendentū & ementiū de tēplo eiecit, & mer cionia siue lucra eos; cum cathedris euerit. Et dein de cum tradere, dicēdo, quē quæritis, ego sum, totū cohortē præsēdis & ministros pontificū cū traditore prostrauit. Eo usq; tenuit dexterā illam, ut nō saltem descēderet de cruce, dicētibz Iudæis: Si rex Israel est, descenda t nūc de cruce & credimus ei. Postq; ergo tenuit manū dexterā eius, & in uolūate sua deduxit eum, fecit, & qd protinus sequit, & cū gloria suscepisti me, id est, à mortuis gloriose suscitasti me. Nūc iam supra scripto prophetiæ capitulo sermo attētiū innitit, & secundū uerba ipsē, quod ad iam dictū fremitū leonis ptineat, aliqd loquamur. Et audiui, inquit, post me uocē cō motionis magnæ. Benedicta gloria dñi de loco sancto suo, & cætera, ut supra. Sicut hic in pro phetia semel & iterū audita habemus uocē cōmotionis magnæ, sic & in illo fremitū leonis, sci licet, & in descēsu ad inferos, & in resurrectione Iesu Christi factū esse terræ motū, iam supra di ximus, magnæ cōmotionis inuitū fuisse simul & præsagiū. Inuitū, quæ protinus cū ipso terrēmo tu ablatū est ab eis omne cœleste præsidiū, clamātibz, ut Iosephus quoq; testat, præsidiis tēpli uirtutibus, trāseamus ex his se debis. Præsagiū, quia uidelicet in eo quod uelū tēpli scissum est, nobis quidē reuelatio cœlestiū mysterioz, sed illis scissura ueli cum scissura petrarū pręsa gium fuit impacabiliū seditionū, quibus extūctis inter se discissi sunt, excitantes etiā contra le gemet ipsos Romani imperij terræ motū. Hanc deniq; partem fremitus leonis simul memora re libet, quoniā & alius propheta, uidelicet Amos, taliter incipit: Dñs de Sion rugiet & de Hie rusalem dabit uocē suam, & luxerūt speciosa pastoz, & excicatus est uertex Carmeli. Quæ nam fuerūt illa speciosa pastoz, nisi illa, de pulcherrimo templo lucra pontificū siue sacerdo tum; & quid uertex Carmeli (quod interpretatur scientia circuncisionis) nisi superbia Iudaici populi, carne quidē circuncisi, sed corde & auribus incircuncisi? Luxerunt ergo, ait, speciosa bantur pastores illi, dicentes: Templū dñi, templū dñi, templū dñi est: & ablatū est à Iudæis, omnis uitor gratiæ spiritualis, mandatū quippe est nubibus, ne pluerēt imbrem super illam superbiæ uerticē, mandatū est apostolis, ut excusso puluere pedum in eos, ipsi ad gentes trā firent. Istæ sunt quatuor partes illius cōmotionis magnæ, cuius uocē, ut præsmissum est, san ctus Ezechiel audiuit post se: Nam dñs de Sion rugiet: hoc recte intelligitur, dñs tanq; leo siue catulus leonis infernū cōfringet, & ante faciē eius mors fugiet, iuxta illud, qd iam supra memi nit, catulus leonis Iuda, ad prædā ascendisti fili mi. Et de Hierusalē dabit uocē suam, id est, inci piendo ab Hierusalē prædicari faciet in nomine suo cūctis gentibus pccentiam. Eiusmodi autē uox dñi, scilicet prædicatio euangeliū: nunquid nō & ipsa rugitus leonis est? Iustitia em̄ dei in eo reuelatur, ait Apostolus: Reuelatur em̄ ira dei de cœlo super omnē impietatē, & iniu stitiam hominū, eos qui ueritatē dei in iniustitia detinent. Differunt tamen præsentū loco rugitus dñi, & uox ipsius quam dedit. Rugitus nanq; solus infert timorē, uox autē loquelam exprimēs, cum terrore habet etiā doctrinā rationē: Et dñs nimirū super infernū solummodo rugit, & rugitu suo mortē exterruit atq; fugauit: mundo autē, id est, cunctis gētibus uocem suam dedit, doctrinā rationē expressit, uocē, inquam, suam scilicet loquendo in euāgelio per semetipsum, qui prius de derat uoces Moyfi & prophetarū. Hinc est uel fuit illa supra dicta cō motio magna. Cōturbatæ sunt gētes, ait Psalmista, & inclinata sunt regna, dedit uocē suam, mota est terra. Nec uero simplex cōmotio illa. Nam aliq; moti sunt, ad persequendū, aliq; ad agē dam penitentia, credendo iudiciū futurū, secundū uocem alarū animalium, alterā ad alteram percucientium, & secundū uocem rotarū animalia sequentiū. Altera nanq; ad alterā ala per cutitur: quia duo sunt aduentus leonis huius, & alter de altero cōfirmatur: secundū in quo uo dicaturus est de primo, in quo est iudicatus. Magna & fortis percussio alarum huiusmodi, & percussio nis uox ualde terribilis. Exempli gratia, cum dicit: Amodo uidebitis filium homi nis uenientē in nubibus cœli. Et angeli dicūt, sic ueniet, quemadmodū uidistis eū euntē in cœ lum: qd profecto testificat uox rotarū, uox legis, & prophetarū, & psalmoz: Tu nec erit & alia cōmotio magna quādo sic ueniet ille iudicaturus. Nam & uirtutes cœloz, & mouebūtur. Vnde non otiose repetiuit, quod iam semel dixerat, & uocem cōmotionis magnæ. Hæc pro illo ter ræ motu dicta sint, quia uidelicet & quod eo moriente, & quod eo resurgente terræ motus fa ctus est, magnæ cōmotionis signum fuit, de qua pro rerum magnitudine nulla potest lingua sufficienter eloqui. Quæ tandē uel quid est gloria illa dñi, quam prædicat & benedicit, tam animalium q̄ sequentium rotarū: omnis uox, dicendos: Benedicta gloria dñi, de loco sancto suo!

Quid

Quid, inquam, est gloria ipsa, cui maxime propositū nostrū intendit, in presenti opere de glo ria & honore filij hois? Quo alio noie, ut melius possit agnosci, nuncupāda est gloria dñi: Nē pe isto noie, qd est ueritas dñi, & ipsa ueritas dñi, qd est nisi uerbū dñi? Verū tamē causa postu lat, & causam dicturi sumus, cur ipsum uerbū dñi, in quo gloria dñi, libeat præsentū loco nū cupare ueritatē dñi. Cum staret sub iudicio ante præsidē, ipsum incarnatū uerbū dñi, & inter rogantū & dicēti, ergo rex es tu, respōdisset, tu dicis, quæ rex sum ego: stantim causam suam, cau sam aduētus siue incarnationis suæ taliter edixit: Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mū dū, ut testimoniū perhibeā ueritati: Ois q̄ est ex ueritate, audit meā uocē. Magnū ualde capitu lum & breui sermone sensus pergrādīs, quē si affecutus es, tūc reuera dicasi: Benedicta glori a dñi. Vt ergo clarescat ipsa ueritas, quāta sit gloria dñi, & q̄ gloriosum opus huius filij ho minis, moriendo & resurgendo testimoniū perhibere uel perhibuisse ueritati, primo confide randa est ipsa facies ueritatis qualis sit. Non em̄ hic uulgariter nomē ueritatis debet accipi, id est, eo modo tantū, quo nominati solent in nostris quoq; cōmunibus uerbis iuxta quē ueritas Ethnicus quoq; siue comicus ille ueritatē nominare poruit, dicens: Obsequiū amicos, ueritas odium parit. Vnde ergo uel per qd iuari melius possit ad cognoscēdam faciē ueritatis, quā u ex eo quod illi opponitū est, scilicet ex inconstantia uanitatē: Cuius quæro uanitatē? Est em̄ tam amplū nomen uel significatio uanitatē, ut non solum phantasmata diaboli, qualia fece runt Magi Aegyptioz coram Pharaone, cōtra ueritatē dei: uerum etiā cuncta quæ sunt sub sole, uana dicantur & sint. Vanitas uanitatū dixit Ecclesiastes, uanitas uanitatū, & oia uanitas. Et post enumeratiōes multoz, quæ sub sole fiunt, uidi, inquit, in omnibus uanitatē & afflictio nem animi, & nihil permanere sub sole. Nimirum cuncta quæ nō permanent, propter hoc ipsum quia nō permanent, uana esse iudicauit: Veruntamē ut hæc uana esse iudicent, seu uani tatis arguantur, non tam tēporalis cōditio ipsoz, q̄ cupiditas meretur hoim: qui nimirū uani & falsi sunt, dum in eos usu siue affluentia beatitudinē sibi cōstituisse præsunt. Deniq; & di ficare domos, & plantare uineas, et facere hortos & pomeria, possidere seruos & ancillas, mul tamq; familiā habere, arma, cetera quoq; & magnos ouīū greges, aurū & argentū & substantias regum ac prouinciarū, & cætera huiusmodi, sancti quoq; patres Abraham, Isaac, & Iacob, & Iob & Dauid possidere potuerūt: nec tamen ea possidēdo in uanitate ambulauerūt. Ad sum mum uidit, deus, inquit scriptura, cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Et de cibis Apo stolus loquitur, quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendū, qd cum gratiæ actione percipitur. Ergo ut uana iudicentur, non ipsoz natura, sed male utentiū facit affectus, quādo nimium uel superuacue diliguntur, uidelicet præ cōcupiscentia carnis, & cōcupiscentia oculo rum, & superbia uitæ. A quibus nos reuocans Iohannes apostolus quoniā, inquit, omne qd est in mundo, cōcupiscentia carnis est, & cōcupiscentia oculoꝝ, & superbia uitæ: quæ non est ex patre, sed ex mundo est, & mundus transiit & cōcupiscentia eius. Semota igitur mediāz multitudinē uanitatū, summam uanitatem, & quæ recte dicatur uanitas uanitatū, explorare libet, quatenus ex deprehensione illius uictæ partis notior fiat hæc pars uictrix, scilicet ueri tas dei, uictoriæ laudē adepta per testimoniū huius filij hois, quæ admodū dixit, ut supra iam meminī: Ego in hoc natus sum & ad hoc ueni in mundū, ut testimoniū perhibeā ueritati. Ex plorata est, & ipsa est altitudo Saran, quemadmodū dicunt, ait Iohannes apostolus, subaudiit hi qui eum cognouerūt, uel stulte admirati sunt. Explorata, inquam, est, maxime sanctis pro phetis. Nam in Ezechiele deus exprobrat illi sub noie Pharaonis regis Aegypti. Ecce, inquit, ego ad te Pharao rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminū tuoz, & dicis, me us fluuius, & ego feci memetipsum, & c. usq; eo quod dixeris, fluuius meus est, & ego feci eū. Quid rogo est dicere, istum draconem magnū, meus est fluuius, & ego feci eum, nisi dicere, meum est humanū genus, & ego feci illud: Et unde putas illi altitudini Saran ut hoc audeat dicere? Puta quod proinde gloriatur sic, tantumq; sibi arroget, quia nequissimus uenenator per os serpentis sibilans, radicem nostræ originis in primis parentibus uitiauit, ut tam multi plex ultra numerū succresceret propago generis humani, supra numerū, inquam, eos, quos deus præsciuit, & prædestinauit regni sui cōsortes fieri, quosq; in benedictione iussit nasci, be ne dicens em̄ dixit, credeste, & multiplicamini. Nam reuera nisi intercessisset præuaricatio, au tore illo serpente maligno, nō dixisset deus ad mulierē: multiplicabo erumnas tuas & conce prus tuos, nō proflixisset ex carnis liquore tantus fluuius tanta superfluitate abundans, imō superabundans humanū genus. Sic uanus & mendax nebulosus ille malignus, ut proinde ausus sit dicere factorē se humani generis, pro eo quia uitiatior est humanæ originis. Qualis autē q̄ mala sit intentio uel semper fuerit, in operatione tāti aduersarij in omni uirtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, quoz primum illud ex scripturis agnouimus, q̄ serpente ingressus, & per os eius locutus, stultā mulieri admirationē fecit, eūq; seduxit: ultimum, q̄ hominē peccati, scilicet Antichristū ingressurus est, & seducet eos qui iu ste pereant, eo quod charitatē ueritatis non receperunt, credentes mendacio, iudicentur oēs

Iohan. 18  
Veritas hic opponitur uanitati.  
Terentius in Andria.  
Exodi 7. 8  
Eccles. 1  
Bona tēpo ralia dicuntur uana, nō ex natu ra, sed propter male utentes.  
Eccles. 2  
Gene. 1  
1. Timot. 4  
I. Iohan. 2  
Vanitas uanitatū, est altitudo Satanæ.  
Iohan. 18  
Apocal. 2  
Ezech. 29  
Altitudo saran quę arrogat sibi gen<sup>o</sup> hu manū, tāq; factor eius  
Roma. 8  
Gene. 3  
Qualis intē tio. Satanæ in neq̄tīs & dece ptiombus suis.  
1. Thessa. 2  
0 2 quinon

qui non crediderunt ueritati, sed conserunt iniquitati: qualis, inquam, intentio eius sit uel fuerit, operæ pretium est, & ad præfens negotiorum pertinet hic breuiter edicere, ut, sicut propositum est, per hoc oppositum bonam & utilem intentionem dei clarius queamus agnoscere. Hæc nimirum intentio eius fuit, quæ nunc frustrata est per Iesum Christum, ut creatura cognoscere non posset creatorem suum. Quam ob causam? Videlicet, quia cognoscere illum uita æterna est, quam ille deo mortuus & mortis auctor omnibus inuidet. ¶ Contra intentio dei in omni operatione sue bonitatis, in omni uirtute & signis & prodigijs ueracibus, in omnibus quas conserdit scripturis ueritatis, hæc fuit & est, ut creatura creatorem suum in ueritate cognosceret. Quam itidem ob causam? Nimirum quia cognoscere illum, uita æterna est, quam ille nobis cupit, quia bonus est: Nam hæc est uita æterna, inquit filius ad patrem, ut cognoscatur te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Causa ista uere magna est, & digna deo, propter quam uoluerit cognosci & glorificari, & admirabilis fieri, magnumque certamen suscipere contra illam intentionem diaboli, quo posset, uincendo illum, melius cognoscit eo quod fructus cognitionis eius, uita æterna creaturæ sit. Quemadmodum Iamnes & Mambres resisterunt Moysi, ita hi resisterunt ueritati: homines corrupti mente, reprobis circa fidem, sed ultra non proficiunt. Insuper enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit, Igitur ut certamen per amplum atque diutinum, diffusum in uniuersitate melius per compendium perspicias in parte sit tibi Pharaon ille carneus, tanquam spiritalis Pharaon diabolus: sic illa localis Aegyptus, tanquam totus mundus: sic Israelitæ peregrinantes in illa Aegypto, tanquam omnes electi dei degentes captiui in hoc seculo: sic omnis temporis illius Aegypti tanquam omnes homines reprobi, & a deo alieni: sic illi duo magi, tanquam omnes ministri Satanæ, quicunque resisterunt ueritati, maleficijs siue quibusdam arcanis & incantationibus maxime armati: sic Moses & Aaron, tanquam omnes sancti & prophete uel iusti, quicunque doctrinam uel ministerium ueritatis assecuti, ad hoc missi sunt & in hoc steterunt, ut testimonium perhiberent ueritati. ¶ Quo tendebat Pharaon, uocans sapientes & maleficos, ut facerent etiam ipsi per incantationes Aegyptias & arcana quædam, similiter ut Moyses & Aaron, proiicientes singuli uirgas suas, quæ conuersæ sunt in dracones: & conuertentes aquas in sanguinem, & eductentes ranas super terram Aegypti, similiter ut Moyses & Aaron, licet ultra proficere non poterunt: Quo tendebat, nisi eo, ut dominus deus Hebræorum dicere non posset, quod dicebat, tu scias quod non sit similis mei in omni terra? At ille & magi ipsius resisterunt quidem ueritati, sed ultra non profecerunt, & insipientia illorum manifesta fuit, dum per immolationem agni tandem effectum est, ut cantare liceret Israelit: Quis similis tui in fortibus domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis & faciens mirabilia? ¶ Iuxta hunc modum qui spectatus est in parte, spectandum est & in uniuersitate. Quo enim tendebat spiritalis Pharaon diabolus, adhibens & subordinans sibi per mundum uniuersum templa & sacerdotes arreptitios siue phanaticos, magos & aruspices, poetas quoque turpium minimum declamatores, similiter, ut putabat, sicut deus, imò plures quam deus: tantum in uirga gente habebat prophetas & sacerdotes. Quo tendebat nisi eo, ut nesciret mundus, nebula eius obtenebratus, illud quod scire uita æterna est: scilicet quod non sit deus nisi unus? Non propositum nobis est demonstrare, sed neque scire licet, quibus modis, quibus artibus homines corruptos mente in suum deduxit, qui nisi corrupti sua sponte fuissent, & uoluptatum amatores, odiumque ueritatis habentes: non tam facile, non tam curiose, tantum admississent creaturæ dei adulterium: non ignorantes iniquum esse & impium, cum illo habere pactum, sed plane sciētes, & tamen obsequentes, propter illum, quem nimis diligebant, temporalem huius mundi successum. ¶ Exempli gratia: Numa Pompilius, tertius a Romulo rex, sacrorum Romanorum constitutor, conscriptas eorumdem sacrorum causas, ipse quidem, quo ad uixit, penes se habuit, sed nec populo nec senatui, nec saltem ipsis sacerdotibus eas innotescere uoluit. Constat quippe quia curiositate illicita, ad ea dæmonum peruenerat secreta, quæ ipse quidem scriberet, ut haberet unde legendum commoueretur: sed tamen quamuis rex esset, qui minime quenquam metueret, scire neminem uoluit, ne homines nefaria docerent uel lare autem timuit, ne dæmones iratos haberet. Obiit ergo ubi totum putauit, scilicet in sepulchro suo, cui appropinquare aratrum posse non credidit, quod tamen factum est. Nam cuiusdam Terentij bubulcus, cum iuxta sepulchrum eiusdem Numæ aratrum trañceret, liberos illos ex terra eruit, & in urbem ad prætorem pertulit. At ille cum inspexisset principia, rem tantam detulit ad senatum. Vbi cum primores quasdam causas legissent, cur quid que in sacris fuerit institutum, eosdem libros, quo prætor, combureret, tanquam religiosi, patres censuerunt. Sed redeamus ad rem. ¶ Quam uano tumore inflatus ille Satanæ, sibimet applaudebat, eo quod effectisset, ut non solum cætera dei opera, quorum sub sole nil permanet, ait Ecclesiastes, uerum etiam ipse homo ad imaginem dei factus, uanitatis argui posset: ita ut scriptura quoque diceret: Homo uanitati similis factus est, dies eius sicut umbra prætererit.

Intentio dei

Iohan. 17

1. Timot. 3

Allegoria in historia Exodi.

Exodi 17. 8

Exodi 15 Diaboli intentio.

Ad do \* qui

Ad do \* ius

Numa P5- pilius.

Lege \* secundus. Vide Augu stini de ci uitate dei lib. 3. cap. 9. Item lib 7 cap. 24

Psal. 143

Item

Item: Veruntamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuens. Et iterum alia scriptura dicit: Homo natus de muliere, breui uiuēs tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Effecterat quippe duas homini mortes, alteram animæ, alteram corporis: secundum illam mysticam similitudinem in Aegypto, uel, sicut iam supra dictum est, Magi coram Pharaone, cum duo essent, proiecerunt singuli uirgas suas, quæ uersæ sunt in dracones, nescientes futurum, quod uirga dei, uirga Aaron uersa in colubrum, deuoraret uirgas eorum. Vnam quippe solummodo, quæ carnis est, mortem, deus homini bene prouidus intulit, dicendo, ne forte fumat de ligno uiræ & uiuat in æternum, emittens eum de paradiso, & dicens ei, quia terra est, & in terram ibis. Veruntamen & ipsa mors carnis, non minus quam mors animæ auctori diabolo ascribenda est, quia propter peccatum, cuius ille auctor extitit, utraq; mors in hunc mundum subintrauit. Itaque uanus male gloriabatur, quod optimam dei creaturam, scilicet hominem, quasi uictor, uanitati & morti subiecisset: ignorans futurum, quod, sicut iam dictum est, uirga dei, uersa in colubrum, uirgas contrarias deuoraret, id est, mors carnis diuinitus prouisa, utranque generis humani mortem euacuaret. ¶ Quam iusto e contra dolore interim omnis creaturæ angelicæ & humanæ pars electa dolebat, bene æmulans pro sui creatoris honore, eo quod opus eius nondum ita esset consummatum in ueritate, ut obstrueretur os nebulonis illius, gloriantis quasi pro uictoria, tanquam omnino & inreuerabiliter auertisset propositum dei, parte angelorum detracta, & uictoria omni creatura humana. Hinc Iohannes in Apocalypsi cum præmisisset, & nemo poterat in celo, neque in terra, neque sub terra, aperire librum, neque respicere illum, & ego, inquit, fiebam multum, quia nemo dignus inuentus est aperire librum nec uidere eum. Denique in persona stentis Iohannis uniuersitatem intelligimus, & eorum qui erant in celo, id est, sanctorum angelorum, & eorum qui erant in terra, scilicet hominum iustorum in quacumque generatione uiuentium, & eorum qui erant sub terra, uidelicet mortuorum desiderium qui apud inferos longum uidendi gloriam dei habebant desiderium. Omnes utique dolebant tanto dolore, quantum ille Iohannis stentis debuit significare, eo quod nemo dignus inueniretur aperire librum, & soluere signacula eius, id est, adimplere sacramenta salutis nostræ, uel promissa quæ in scripturis ueritatis clausa continebantur. ¶ Ab aliqua similitudine capiamus argumentum. Cum ille Philistæus Goliath, stans clamaret aduersus phalanges Israel, & diceret, quare uenistis parati in prælium? nunquid ego non sum Philistæus, & uos serui Saul? eligit ex uobis uirum, & descendat ad singulari certamen, & post hæc & cætera huiusmodi, iactaret se dicens, ego exprobraui agminibus Israelis hodie: nimirum dolebant omnes uiri Israelitæ, quia nemo inueniebatur qui auferret hoc obprobrium ab Israel, cum præcederet idem Philistæus mane & uespere, & staret quadraginta diebus. Fugiebant omnes a facie eius timentes eum ualde, & dicentes, alter ad alterum: Ad exprobrandum Israel ascendit, ad exprobrandas acies dei uiuentis. ¶ Quid autem erit obprobrium siue exprobratio unius hominis, pro causa eiusmodi in comparatione tantæ rei, tanti aduersarii, dicentis: Deus ego sum, & in cathedra dei sedi, & meus est fluuius, & ego feci eum, scilicet genus humanum? Si ergo dolore iusto dolebant omnes Israelitæ propter unum talem Philistæum, & propter illud tale obprobrium Israel, quia non habebant uirum qui descenderet ad singulari certamen: quanto magis iure dolebant omnes sancti, & homines & angeli, pro gloria dei, eo quod non haberet, qui pugnaret contra talem tantumque aduersarium diabolum, secundum iam dictam similitudinem Iohannis multum stentis, eo quod nemo esset inuentus, neque in celo, neque sub terra dignus aperire librum uel respicere eum? ¶ Igitur dominus pater uerbi æterni, & deus totius consolationis, qui non statim, sed post quadraginta dies illius obprobrium, cum iam bene experti essent omnes Israelitæ, quod non deberent considerare in uiribus suis, misit eis paruulum Dauid, quem prouiderat sibi regem in filijs Isai, in quo experimentum faceret uirtutis nominis sui, dicente, tu uenis ad me cum gladio & hasta & clypeo, ego autem uenio ad te in nomine domini, ut sciat omnis terra, quia non in gladio nec in hasta saluat dominus: ipse non statim post uerbum promissionis, sed post generationes quadraginta, quatuor prima in ipso Abraham, quadragesima reputatur in Ioseph, misit filium suum Christum, sicut ait Apostolus, in plenitudine temporis, qui saluaret non in gladio, neque in hasta, sed in sua humilitate & patientia. Quis ita futurum crederet, quod talis ille paruulus, de domo patris cuius pascebat oues assumptus, tale experimentum daret uirtutis seu nominis domini? Nunquam enim sic contigerat in Israel. Sed nec quisquam eareus prodierat ex cunctis hostibus Israel, qui multi fuerant, taliter, ut ad singulari certamen prouocaret, & talem conditionem proponeret. Si quieuerit pugnare mecum, & percusserit me, erimus uobis serui: si autem præualero, & percussero eum, uos serui eritis, & seruietis nobis. ¶ Itaque uenerabilis in puero causa, propter quam se periculo dedit, spem firmissimam habes in nomine dñi, quod auferret obprobrium ab Israel, scilicet ut ultra non dominarentur, aut præualerent eis Philistini, uenerabilis, inquam, causa quam dixi, ut sciat rebat.

Psal. 38 Iob 14

Gene. 3

Roma. 3

Dolor est elector de lapsu hois nondum reparato. Apocal. 5

Goliath exprobrans ty. p. diaboli. 1. Reg 17

Maiores exprobratio diaboli. Ezec. 28. 29

1. Reg. 17

Galat. 4

1. Reg. 17

Dauid paruul. ty. Christi genes rebat.



omnis terra, quia est dominus deus Israël, & nouerit uniuersa ecclesia hæc, quia non in gladio nec in hasta saluat dominus, ipse enim est bellum. Similiter quis, nisi cui deus reuelauerat per spiritum suum, existimare uel sperare posset, quod mortalis homo per omnia nostra natura in deum in ipsa sui conceptione assumptus, in hoc nasciturus, & ad hoc esset in mundum uenturus, ut tale testimonium perhiberet ueritati, quemadmodum dixit, quod iam superius meminimus, ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. ¶ Quale enim uel quomodo deus rei testimonium perhibuit ueritati scilicet uerbo dei, uerbo deo qui illi assumpsit? Nimirum fidele testimonium perhibuit, id est, experimentum in semetipso dedit, quod ueritas quæ non est aliud quam ipsum uerbum dei, non minus in humilitate ueris infirmitate mortalium naturæ, quam in maiestate seu fortitudine diuinitatis suæ, non minus in profundo inferni, quam in altitudine cæli, esse infatigabilis, infatigabilis, incommutabilis. Huius rei testimonium perhibuit ueritati moriendo, ad infernum descendendo, à mortuis resurgendo, in cælo unde uenerat ascendendo ut sciret omnia creatura angelica & humana, per hoc experimentum, quia uerbum dei manet in æternum. & hoc sciendo ipsa quoque creatura uiuere in æternum, nam hæc est, inquit, uita æterna, ut cognoscatur te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. ¶ Cuius unquam oculus hoc uidit? Cuius auris audiuit? Cuius in cor hominis ascendit, quod taliter deberet fieri, nisi prophetarum paucorum, quibus deus per spiritum suum reuelauit: Ut de hominibus taceam, nunquid uel sancti totum hoc sacramentum sciebant omnes angeli? Denique Apostolus dicit: Mihi in nimo omnium sanctorum data est gratia hæc in gentibus euangelizare inuestigabiles diuinitas Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo qui creauit, ut innotescat principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientie dei, secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro. Non dixit, ut innotescat ecclesie per principatus & potestates quæ sunt in cælestibus, quod minus mirum uideretur, sed ut innotescat per ecclesiam principibus & potestatibus in cælestibus multiformis sapientie dei, quam fecit in Christo Iesu, ita uidelicet ut uideret glorificatum caput eiusdem ecclesie, admittentem & dicentem: Quis est iste qui uenit de Edom, in tinctis uersibus de Bosra, iste formosus in stola sua gradens in multitudine fortitudinis sue. Et alibi: Quis est iste rex glorie, quis est iste rex glorie? ¶ Quorum ne omnino ignoremus admirationem, quod uere digna sit, consideremus, quoad possumus, rem tanti sacramenti, quod à seculis absconditum innotuit eis, secundum hæc ipsa uerba beati Apostoli: data est mihi, inquit, gratia in gentibus euangelizare inuestigabiles diuinitas Christi, & ut supra: Pulcherrimas & ualde pretiosas diuinitas Christi, quas eisdem filio suo thesaurizauit diues pater deus, qui omnia creauit, quas alias uult intelligi, nisi eas, quas continet Gazophylacium dei, Gazophylacium euangelii eiusdem Iesu Christi: Quas enim alias inuestigabiles diuinitas ipse, qui hæc loquitur, Apostolus in gentibus euangelizauit: Ergo diuinitas Christi, diuinitas inuestigabiles sunt omnes gratie uel dona spiritus sancti, omnis habitas in eo corporaliter plenitudo diuinitatis, plenitudo gratie & ueritatis, quia uidimus, ait euangelista Iohannes, gloriam eius, gloria quasi unigeniti à patre, plenam subaudit, uidimus eum gratie & ueritatis. ¶ De huiusmodi diuinitas aliqua dicitur, prius dicendum arbitramur de illa dispensatione sacramenti absconditi, imò & ante de ipso sacramente abscondito à seculis in deo qui omnia creauit, Cuius quæso de absconditione sacramenti hæc dicit: Cognito namque sacramente siue absconditione sacramenti, tunc demum sine scrupulo uia sese ostendet ad cognoscendam dispensationem sacramenti, de qua dixit, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi. Quis ergo intelligi uult nosse sacramenti absconditi à seculis, subiungendo, in deo qui omnia creauit? An forte causam ipsam secretam, propter quam deus omnia creauit? Non enim frustra uel otiose, talè præfati loco relationem fecit, dicens, in deo qui omnia creauit & quæ causa est, propter quam deus omnia creauit, nisi iste filius hominis? ¶ Religiose dicendum, reuerteretur est audiendum, quia propter istum filium hominis, gloria & honore coronandus, deus omnia creauit. Vnde idem Apostolus ad Hebræos cum præmississet, ut deus dominus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum, ut gratia dei in omnibus gustaret mortem, ita subiunxit: Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloria adduxerat, auctore salutis eorum per passionem consummari. Diligenter animaduertendum, duo dixit, propter quæ omnia, & per quæ omnia. Et quid per quæ omnia si solum dixisset, non esset adeo mirum siue incognitum: scimus enim omnes, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nunc autem duo hæc dixit, prius, propter quæ omnia, deinde, & per quæ omnia. Ergo ipse causa est, propter quam uidelicet causam deus creauit omnia, & quæ pulchre, & uenerabiliter sacramentum appellauit, absconditum à seculis in deo quia creauit. Denique quæ dicitur deus, fiat hoc uel illud, fiat firmamentum in medio aquarum, fiat luminaria, & illuminent terram, & ita fieret sciebant angeli de his & de cæteris, quod per uerbum fieret, quoniam de omnibus ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. ¶ Causa autem, cur hæc omnia faceret, abscondita erat in deo, & iccirco causa ipsa recte dicitur sacramentum, quia hoc erat in deo absconditum, id est, soli deo cognitum, propter quod & angelos creasset, & fabricam huius mundi cõderet: Nunc autem innotuit, & an

gelis in cælestibus & hominibus in terra, quæ per quæ facta sunt omnia, propter ipsum etiã facta sunt omnia. Quod ut lucidius appareat, de dispensatione sacramenti eiusdem dicendum est. ¶ Et illuminare (inquit) omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo quod omnia creauit. Eorum quæ scipua sunt in dispensatione sacramenti, i. causæ secretæ, propter quæ de omnia creauit, scilicet uerbi dei, filij dei, eiusdem filij hominis, propter quæ omnia, & per quæ omnia, sicut iam dictum est, in quibus primum est opus in carnatione, secundum passio, tertium resurrectio, quartum ascensio, de quibus quatuor sacramentis, ad æternam salutem necessariis (nam absque horum fide nemo potest saluari) hic nobis sermo est scribendus de gloria & honore filij hominis. Sic namque accipimus unum sacramentum, quod erat in absconditione illa, & quatuor facta, quæ apparuerunt in dispensatione ista, sicut in uisione prophetica, de qua in hoc opere dictum est, unum aial & quatuor accipimus facies, siue quatuor aialia. ¶ Nunc uide in ista quaternaria dispensatione facti, quod sancti angeli mirantes interfuerunt, quoniam Apostolus de isto sacro dicit, ut innotescat principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientie dei. Nato illo de uirgine Maria, ipsa nocte pastoribus angelus locutus est cum claritate magna, & mox ut ille gaudium magni annuntiauit, dicens, quia natus est uobis hodie saluator, quæstus Christus dominus in ciuitate David, subito facta est cum illo multitudo militie cælestis laudantium deum & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Nimirum iure laudabatur, recte admirabatur & glorificabatur, quia magni innotuerat eis factum, quia uidebant eiusdem dei & domini sui in terra non minorè humilitatè siue clementiam, quam uiderant in cælo maiestati sue potentiam. Itè cum pateret, cum in passione agonizaret, nimirum presentes aderant angeli ad tam miuè patientie & humilitatis eius spectaculum. An quæ de uno solo narrat euangelista, quia apparuit ei angelus de cælo confortans eum, putas quæ non plures affuerunt? Imò & illos presentes habebat, & si uoluisset, uisibiliter exhibuisset, de quibus Petro dicebatur: An putas quæ non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum. Itè cum resurgeret à mortuis, ex abundanti est asseruere, quia læti & iucundi exeperunt eum omnes sancti angeli, & sicut alibi scriptum est, Laudauerunt eum astram matutina, & iubilauerunt omnes filij dei, antonij præ gaudio tanti sacramenti, quod innotuerat eis, ita ut dicerent: Quis est iste rex glorie? quis est iste rex glorie? & responderent ipsi suæ admirationis: Dominus fortis & potens, dominus potens in plio ipse est rex glorie, dominus uirtutum ipse est rex glorie. Sufficiebant duo ex illis ad iudicium siue pro testimonio magnæ cunctorum fidei ueritatis, sed dentes uisibiliter ad monumentum eius in albis. Itè cum ascenderet, & apostoli intuerent eum euntem in cælo, magna cunctorum beatorum spirituum festiuitatè satis in dicauerunt duo ex ipsis, quæstiterunt iuxta illos in uersibus albis. Hæc idcirco dicta sunt, ut aliquatenus presentire queamus, quam magna, quam læta fuerit admiratio sanctis angelis super illo sacro, secundum hæc uerba beati Apostoli, Et illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo, qui creauit omnia, ut innotescat principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientie dei. ¶ Adhuc de ista uera domini gloria seu uitate gloriosa, quæ diaboli uanitatè & mendacium taliter uincit, aliqua dicitur magno eiusdem ducimur amore ueritatis, ut non intacta prætereamus illa stultitie suspitionem, quæ Apostolus in gentibus re darguens, nos autem (inquit) predicamus Christum Iesum crucifixum, in quibus quidè scādalum, gentibus autem stultitia. Stultum namque uisum est gentium sapientibus, quod deus, cum prædicet omnipotens, ut uere est, causam euenire permittit, propter quas oporteret eum hominem fieri & crucifigi, secundum stultitiam (ut eis uisum est) prædicationem euangelij. Quare non potius fecit ut omnipotens deus, quatenus neque homo caderet, neque angelus, atque ita salua starent omnia sine labore eius: Stultum namque fuit (autem) sapientes huius seculi, quorum sapientiam deus stultam fecit: Stultum fuit, male pro mortuis mori, sicut prædicatis, quam præuenire malum siue causam, propter quam oporteret necessario deum hominem factum, etiã pro hominibus mori: male pro reparandis ruinis laborare, quam creaturas angelicæ atque humanæ, ne ruere possent, firmiter in ipso creationis initio stabilire, secundum istam seculi sapientiam consequens uisum est nonnullis etiã ecclesiasticis, quod deus uoluerit malum ipsum fieri, propter quod oporteret dei filium hominem factum (ut iam dictum est) mori, ne si aliter diceret, uiderent consequenter debere fateri, quod deus omnipotens non sit. Itaque utrobique magna est difficultas humano sensui, & utrobique presumptoribus blasphemadi occasione parit. Autem enim isti: Si malum deus fieri noluisset, malum autem uenit, propter quod ipsum usque ad mortem laborare oportuit, ergo deus omnipotens non est. Autem e contra illi: Si deus omnipotens est, & malum ne fieret, auertere potuit, malum autem eo permittente factum est, propter quod usque ad mortem laboraturus erat, ergo deus sapiens non est. Et ut de aliis exemplis nos magis coarctent, idè sapientes huius seculi, quorum (ut iam dictum est) sapientiam deus stultam fecit, dicere possunt, si uoluit: Si potuisset fortissimum Sargon inimicos suos, omnes principes Philistinorum, & cum eis tot uiros ac mulieres sic interficere, ut non etiã ipse moreretur, nonne stultum fuisset sic de illis uitio nem querere, & sic eos interficere, ut etiã ipse moreretur? ¶ Inter medium istarum partium eximium pater Augustinus, regiã tenens uisã, dixit: Quis enim audeat credere aut dicere, ut neque angelus neque homo caderet, in dei potestate non fuisset: Sed hoc eorum potestati maluit non auferre, atque ita,

Fortis parat.  
Quatuor sacramenta ad salutem necessaria.  
Eze. 1. & 10. Admiratio angelorum super iis.  
Eph. 3. Luc. 2. In Christi incarnatione.  
In passione. Luc. 22.  
Matt. 26. In resurrectione.  
Iob. 38. Psal. 33.  
Luc. 24. In ascensione. Act. 1.  
Eph. 3.  
Ardua quæstio de omni potentia & uoluntate dei. 1. Cor. 15.  
Iudic. 16.  
Ruffio beati Augustini.

Hæc rñso  
insufficiens.

Marc. 6.

Angelus &  
hō non de  
virtute, sed  
de uicio in  
uiciū cecidi-  
derunt.

Aliter ange-  
l' & hō, ali-  
ter res cete-  
ræ dicuntur  
uang.

Rñso ad  
quæstionē  
alia.  
Iohā. 5.  
addo esse.

Hebr. 2.  
Alia que-  
stio.

Respōsio.

Augustin⁹  
de ciuit. dei  
lib. 14. ca. 23.

Fili⁹ dei fa-  
ct⁹ esset ho-  
mo, etiā si  
Adam non  
peccasset.

& quantum mali eorum supbia, & quantum boni sua gratia ualeret, ostēdere. Veruntū cū hæc dicit, nō fatiſ illoꝝ suspitionē perimit: quibus cū dei omnipotentia cōstet, cōsequens esse uidet, q̄ deus malum fieri uoluerit, cū eo sciēte uel p̄sciente factū sit. Quid igit dicemus ad hæc, nisi eē aliqd qd̄ deus oipotens nō potuerit aut nō possit: Nec uero primum a nobis dicēdum, imō longe ante nos dictū est, q̄a deus iniustus esse nō potest. Sed & in euāgelio Marcus hoc negationis ȳbo uti nō dubitauit. Cum em̄ abisset dñs Iesus in patriā suā, dicētib⁹ illis, unde huic hæc om̄ia, nōne iste est faber, filius Marię, non poterat (ingr̄) ibi uirtute ullā facere, scilicet uirtute fidei, uirtute spei, uirtute charitatis. Huiusmodi nāq; uirtutes intelligi uoluit, subiūgendō, nisi pau-  
tos infirmos impositis manib⁹ curauit, & mirabat̄ propter incredulitatē eorū. Si ergo dñm uirtute uer̄ deū, dei oipotens oipotentem filiū dixit, in illis cōuicaneis eius nō potuisse facere uirtute ullā, q̄a nō per ignorantia errabāt, sed p̄ inuidiā blasphemabant: quanto magis de illis spiritibus malis & malignis, sup̄bis & inuidis, q̄ glorię creatoris inuidebāt, sane dicas, quā nō potuit in eis facere ullā uirtute? ¶ An putas q̄a de uirtute in uitiū, & nō potius de uicio in uitiū ruendo, & angelus cecidit de celo, & homo eiect⁹ est de paradiso? Nō em̄ ita cecidit, ut q̄ erat sanctus, siue in aliqua sanctitatis arce locatus, fieret iniquus: & in id, qd̄ sanctitati est contrariū, labere fesset ad hoc ut sanctus fieret, deū q̄ cognoscēdo & diligēdo sanctus fieret, & ad sanctitatem proficeret, & angelus in celo, & homo positus fuerat in paradiso. Nō ergo de sanctitate, quā non attigerat, in iniquitatem, sed de loco in locum, de celo in istum caliginosum aërem, de mansionibus quæ in domo ab initio & angelis & hominibus multæ paratæ sunt, cecidit siue eiect⁹ ille angelus, & cadēdo factus est diabolus, quia sup̄biuit, & sibi met̄ ipse placuit, tanquā sibi sufficiens, qd̄ non fuit de uirtute in uitiū cadere sed in eo, qd̄ factus erat, remanere scilicet in uanitate, quod quiddā medium est inter uerā & incōtaminabilem essentia dei, & illud unde omnia creauit, scilicet nihil. ¶ Er̄ caetera quidem nascētia genera in id reuertitur, unde facta sunt, scilicet in nihilum, & idcirco in uitiū dñi subsistit, recte uana dicuntur & sunt: angelica uero & humana creatura, non quidē in nihilum, ita ut omnino non sit, sed in semetipsa remanēs, & deo qui uere est, frui cōtemens, nihilominus uana, imō & ipsa uanitas est. Vanitas em̄ uanitati, dixit Ecclesiastes. Vanitas uanitati & om̄ia uanitas, & homo ipse uanitas, siue uanitati similis factus est. Et ipse diabolus nō solummodo uanus, uerum etiā totus uanitas est princeps, quia deo frui cōtempnit, & in semetipso remanere uoluit, ut iam dictū est. ¶ Vtrū in potestate dei fuerit, quatenus nec iste de celo, nec homo illū imitans caderet siue eijceret de paradiso, dicat ipse dei filius, oipotens ex oipotente, deus ex deo. Non possum (ait) ego a meipso facere quicquid, sicut audio, iudico. Vnde sciēdum quia iudex iniustus est qui a semetipso facit, i. qui aliter iudicat q̄ audit siue intelligit. Hoc facere deo impossibile est, iniustus enim omnino nō potest. & proinde sicut audiuit, sic illū iudicare oportuit, ut se non communicaret aut impartiret creaturæ illi, quæ aua est uelle seipsam sufficere sibi. Salua igitur oipotencia, salua beneuolētia dei, ruente diabolo, & homine decepto, malū accidit, propter quod deum sapientem laudabiliter hominem fieri, & pro hominibus mori oportuit, aliter q̄ homo saluari non potuit, & hoc nimis sensu fidelis animus non segnior, imō citator sit ad occurrēdum, & gratias agendū charitati dei, quia necessario propter nos tantum se humiliat. ¶ Nunc ad illud lōge superius memoratū Apostoli capitulum recurrere libet, quod dicit: Decebat enim eū, propter quē omnia, & per quē omnia, q̄ multos filios in gloria adduxerat, autorem salutis eorū per passionem cōsummari. Hic primū illud quærere libet, utrum iste filius dei, de quo hic sermo est, etiā si peccatum, propter qd̄ omnes morimur, nō intercessisset, homo fieret an non. Nam de eo q̄ mortalis homo non fieret, q̄ mortale corpus non assumeret, nisi peccatum accidisset, propter quod & nos omnes facti sumus mortales, nulli dubium est, nulli nisi infideli incognitum est. Illud quærimus, utrum hoc futurū, & humano generi aliquo modo necessariū erat, ut de⁹ homo fieret caput & rex omniū, ut nunc est, & quid de hoc respondebis: Nimis de omnibus sanctis & electis certū est, quia nati fuissent oēs, & soli, si nō accidisset illud peccatū primæ præuaticationis. Hinc pater Augustinus in libro XIII. de ciuitate dei: Quisquis aut̄ dicit primos homines nō coituros fuisse nec gnāturos nisi peccassent, quid dicit, nisi propter numerositatē sanctoꝝ necessariū hominis fuisse peccatū: Si enim nō peccatū soli remaneret, quia sicut putat, nisi peccassent, gnare non possent, profecto ut non soli duo hoies iusti possent esse, sed multi, necessariū peccatū fuit, quod si crederet absurdū est, illud pot⁹ est credendū, q̄ sanctoꝝ numerus, quātus cōplendē illi sufficit beatissimæ ciuitati, tantus existeret: & si nemo peccasset, quātus nūc p̄ dei gratia de multitudine colligit peccatum, quicq; filij seculi huius generat̄ & generant. ¶ Cū ergo de sanctis & electis oibus dubiū nō sit, q̄ nasciturū foret oēs usq; ad præfinitū numerū secundū propositū dei, quo ante peccatū bñdicens: Crescite, ait, & multiplicamini: & absurdū sit putare, & p̄pter eos, ut nascerent, peccatū necessariū fuerit: quod de isto capite & rege oim̄ electoꝝ, angeloꝝ & hoim̄ sentiēdum, nisi q̄ & ipse maxime causam necessariā nō habuerit ipsum peccatū, ut homo fieret ex hoibus, deli

delicias suę charitatis habitur⁹ cū filijs hoim̄, ipse est em̄ sapiētia dei, q̄ de isto suo proposito dicit: Dñs possedit me initio uias suās: &c. quæ ita cōcludit: Quā appendebat fundamenta terræ, cū eo erā cuncta cōponens, & delectabar p̄ singulos dies, ludens corā eo om̄i tempore, ludens in orbe terrarū, & delicia meę esse cū filijs hominū. ¶ Tantæ charitatis propositū, q̄ proposuerat deus dei ȳbum deliciarum cum filijs hominū, formā habendo circumscrip̄tā ex natura humana, in medio angeloꝝ & hominū, mixtæ adoratione dignū, q̄a non euacuauit ex aduerso ueniens peccatū, imō ita tunc factū est illud, qd̄ alibi siue alunde dicit⁹ est: Vbi aut̄ abundauit delictū, sup̄abundauit & gr̄a. Vbi nāq; abundauit tr̄n tantæ præuaticationis delictū, ubi sup̄ mortē animæ, qua mortui fuimus in illis parentibus nris, p̄ illud originale peccatū accessit mors altera, mors scilicet corporis, puidētia dei, dicētis ad hoim̄, quia terra es & in terrā ibis: gr̄ofum, accessit p̄ceptum patris ad charitatē filij obedientis, quatenus ipse filius talis fieret absq; peccato, quales nos propter peccatū facti fuimus. i. non solum nostrā, quā proposuerat assumere naturā, offensus non refugeret, uer̄ etiā propter nos usq; ad mortē nostrā descendere, qd̄ eum maxime deceret, quā admodum (ut iam meminimus) Apostolus dicit: Decebat enim eū propter quē oia, & p̄ quē oia, q̄ multos filios in gloria adduxerat, autorem salutis eorū per passionē cōsummari. In hac ergo cōsummatione, eo q̄ per passionē cōsummatus est ipse autor salutis nra, p̄dus est paterni præcepti, decus est obedientiæ filij, paternæ dilectionis, de quo idē Apostolus dicit: Humiliauit semetipsum, factus obediēs usq; ad mortem, mortē aut̄ crucis. Et alibi: Qui etiā proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et ipse filius ipsa nocte qua tradebat, ait ad discipulos suos: Sed ut cognoscat mundus q̄a ego diligo patrē, & sicut mādatum dedit mihi pater, sic facio. ¶ Et quia p̄ charitatē pater hoc mādatum dedit, & p̄ charitatem filius obediuit usq; ad mortē crucis, ipsa autē charitas sanctus est spūs eorundem patris & filij, recte & uenerabiliter idē Apostolus ad Hebr̄os dicit: Sāguis Christi qui per spūm sanctū semetipsum obtulit immaculatū deo, emundatū conscientia nostrā ab opibus mortuis, ad seruiendū deo uiuenti. Hæc eius humilitatis & obedientiæ gloria magna gloria cōfessim secuta est. Nā propter hoc deus illū exaltauit, & donauit illi nomen qd̄ est sup̄ omne nomē, ut in noīe Iesu omne genu flectat, cœlestiū, terrestriū & infernoꝝ. ¶ Hic iam audire plurimum delectat illud, quod idē Apostolus uas electiois, q̄ gratiose, q̄ uenerabiliter in tonat: Adeamus ergo cum fiducia ad thronū gratiæ, ut misericordiā cōsequamur, & gratiā inueniamus in auxilio tempore opportuno. Fide res nos esse uult, fiduciam nos habere horat, quod uidelicet fiducia nimis uenerabilis atq; laudabilis est, quoniam fides eā cum dilectione, fides scientiā cum charitate habens opatur. ¶ Quid enim? Tu forte suspensamēte alta celoꝝ suspiciēs, & illic in tuēs oculo contēplationis hunc altissimū dei filium, stantem siue sedentē a dextris dei ad dexterā maiestatis in excelsis, tremebūdus & magna formidine tactus in corde tuo dicis: Eheu, quid nā erit de nobis seruis iniquis & scelestis, quos propter scelera talis ac rātus dñs, tot & tantis affectus est cōtumelijs usq; ad mortē, mori autē crucis: Cū hoc uel huic simile aliqd̄ dixeris, nō uane uideat tibi, q̄ ille (ut est mitis & humilis corde) ueraciter respōdere possit: Nec ego talis ac tantus nunc existerē, nisi causa tui, nisi propter peccata gn̄is humani. Et reuera sic est, tamq̄ certum nobis esse debet, ac si ore proprio responsum ei uis daret aut dedisset. Vt qd̄ enim homo iste siue filius hominis in deū assumptus est: ut quid passus uel mortuus est? Nōne pro impijs: nonne pro inimicis? Videmus autē (ait idē Apostolus) dñm Iesum Ch̄m, propter passionē gloria & honore coronatum. Ergo impij & scelerati causa fuerunt ei, ut coronaret & sederet a dextris dei, coronat⁹ gloria regni, honore pontificij. Multū igit̄ debet impijs per fidē eius ad pietatē conuersis, multū debet inimicis p̄ ipsum deo recōciliatis. Hinc iure nobis fiducia, & fiducia nostra ipsi placet, quoniam iusta est, quoniam rationabilis est. ¶ Igitur cū fiducia (inquit) adeamus. Quōd adeamus? Ad thronum gratiæ. Magnifice dicit̄, uenerabiliter audiendū. Quid enim est thronus gratiæ? Dulcius quippe ac delectabilius hoc sonat, quod dicit, ad thronū gratiæ, q̄ si diceret, ad thronū iudicij uel iustitiæ. Et quid est thronus Ch̄i filij dei, thronus est iudicij uel iustitiæ, & in hoc tempore magis expedit nobis, ut primū sit thronus gr̄a. Quibus uel qualibus nobis? Nimis peccatoribus, quos (ait idē Apostolus) primus ego sum, & gratia dei sumid qd̄ sum. Deniq; & eius cōsecutionis, de qua cum præmississet, quod iam dicit⁹ est, Adeamus ergo cum fiducia ad thronū gratiæ, protinus subiunxit, ut misericordiā consequamur, & gratiā inueniamus in auxilio opportuno: magnū in seipso sciebat experimentū, q̄a cū fuisset peccator & blasphemus cōsecutus erat de illo throno gratiæ duo hæc, misericordiā & gratiā: misericordiā, uidelicet remissionē peccatoꝝ, & gratiā, scilicet insup̄ apostolatū, hoc nūc interim op⁹ siue officij est, nō tam iudicis sedētis in throno iudicij, q̄ p̄tōficis summi, sedētis in throno gratiæ, q̄ futurus autē est, ut se deat iudex in throno iudicij, sedeat rex in throno iustitiæ, q̄ reuertentur quatuor aialia hæc, siue quatuor unius animalis facies, de quibus nobis hæcenus sermo est. ¶ Reuertentur enim modo quodā, & non reuertentur. Vtrūq; enim in propheta scriptum est

Pro. 8.

Maxia charitas dei erga hoies.

Rom. 5.

Heb. 2.

Phil. 2.

Rom. 8.

Iohā. 14.

Charitas

p̄ris & filij

& spūsan-

cti.

Heb. 9.

Phil. 2.

Adeam⁹ cū

fiducia ad

thronum

gr̄e.

Heb. 4.

Gal. 5.

1. Cor. 5.

Obiectio

cōtra fidu-

ciā istam.

Respōsio.

Mart. 11.

Heb. 2.

Adeam⁹ ad

thronū gra-

tia.

1. Timo. 1.

1. Cor. 15.

Aialia illa q̄

tuor reuer-

tent & non

reuertentē.

Ezec. 1.

Non

Non reuertebatur, ait, cum incederet, sed unum quodque eorum ante faciem suam gradiebatur. Et subinde: Et animalia ibant, & reuertebant in similitudine fulguris coruscantis. Quo ergo modo non reuertentur? Eo nimis modo non reuertentur, ut Christus, qui semel passus est, iterum patiat. Quo autem modo reuertentur? Memoriter quippe tenendum, quatuor unius animalis facies, esse unius Christi quatuor sacramenta hæc, quæ Christiano ignorare non licet, incarnationem, passionem, resurrectionem, ascensionem. Eo utique modo, ut sedeat in nouissimo die in sede maiestatis suæ, filius hominis cum insignibus suæ passionis, scilicet cum cicatricibus uulnere, quæ in manibus & pedibus & in latere suo suscepit, & demonstrat oibus quia resurrexit in ueritate carnis, & faciat cum oibus electis suis, gerunt à dextris, illud quod dictum est in canticò Deuteronomij, Sicut aqua prouocans ad uoladum pullos suos, & super eos uolans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. De utroque hoc, scilicet & de non reuertendo, & de reuertendo, idem Apostolus dicit: Neque ut sepe offerat semetipsum, quemadmodum presbiter intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno, alioqui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi, Nunca autem semel in consummatione seculorum, ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit, Et quemadmodum statutum est hoibus semel mori, post hoc iudicium, sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundò sine peccato apparebit expectantibus se in salutem,

Deut. 32.

Hebr. 9.

Questio de beatitudine sanctorum iam olim defunctorum. 2. Cor. 5. Phil. 1. Reiposio. 1. Thess. 4.

Iob. 19.

Quo secundo apparebit deus. 1. Thess. 4.

Matt. 25.

Iob. 40. Duplex leo

Facies aquila post extremum iudicium. Matt. 13.

Viso diuina claritate enarrari non potest. Ioh. 17.

Viso illa, hic ignis est, illic caminus erit. Esai. 31. 1. Cor. 13. Heb. 2.

Propter quem oia.

Quod cum dicit, non ab re querat aliquis. Quid factum est hæcenus uel nunc fit omnibus sanctis, qui expectauerunt eum ab origine mundi, si tunc apparebit? Nã, apparebit, de eo dicimus quod nondum uidemus. Quid ergo factum est illis? Nunquid nondum uidet gloria dei, gloria & honorem huius filij hominis, sedetis à dextris dei? Vt quod ergo tantopere desiderat peregrinari à corpore, nisi ut presentes sint ad deum? Vt quod cupiunt dissolui, nisi ut cum Christo sint? Quomodo ergo nunc dicit, secundò apparebit expectantibus se in salutem? An forte propter illos dicit, quod tunc in corpore presentes erant, iuxta quod & ad Thesalonicenses dicit, Deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic cum domino erimus. Et hoc quidem recte sentitur. Verum tamen & de omnibus sanctis, qui peregrini à corpore, presentes sunt ad deum, nihilominus recte dicas, quia expectant eum, recte inquam dicas, quia & uidet eum, & expectat eum. Nondum enim totum uidet eum, nondum in carne sua uidet deum. Hæc est expectatio illorum, ut in carne uideat deum. Scio enim (ait beatus Iob) quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circum dabor pelle mea, & in carne mea uidebo deum saluatorem meum. Pro huiusmodi expectatione recte intelligis dictum, secundo apparebit expectantibus se in salutem, & qualis (rogo) tunc erit eius apparitio: quali cum uoce gloria dei, quæ cum commotione apparebit? In iussu enim (ait idem Apostolus) & in uoce archangeli, & in tuba dei descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Magnus erit ille rugitus leonis, tenentis atque amplexatis prædam, scilicet sanctos & electos omnes constitutos à dextris, quorum omni multitudine diabolus spoliauerit: & rugientis super illos qui à sinistris erunt, tali rugitu, ut dicat: Ite maledicti in ignem æternum, qui paraus est diabolo & angelis eius, postquam dixerit à dextris, uenite benedicti patris mei. Tunc faciat ad beatum Iob dictum est, uidentibus cunctis præcipitabitur ille Behemoth, quod interpretatur animal, scilicet, diabolus, leo contrarius, leo dicitur propter feritatem, nam iste qui rugiet super eum, & suo rugitu præcipitabit eum, leo dicitur propter fortitudinem. Cum hoc factum fuerit, tunc demum omnis rugitus magni huius leonis cessabit, causam deinceps propter quam rugiat, non habituri, uidelicet ablati de regno eius omnibus scadalisti: & tunc facies aquilæ sublimis euolabit, pariter uolantibus & sequentibus, quocumque ferit, pullis eius omnibus, bene adultis, & bene probatis, quod non degeneres sint, ualentes, & digni oculis aptis inspicere summam claritatem solis æterni, uidere facie ad faciem gloriam summam diuinitatis, gloriam beatæ trinitatis, unius dei, patris & filij & spiritus sancti. Quid amplius de facie ista, scilicet facie aquilæ, dicere possumus? Longius enim supeminet, quam ut uisum non consequi ualeamus, quod in hoc mortali corpore peregrinamur. Hoc tamen dixisse liber, quia uisio faciei huius, uisio claritatis filij dei, quæ uidebitur illi beato, secundum hæc orationem ipsius, Pater, quæ dediisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam quæ dediisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi: uisio (inquam) illa, uidentibus ignis erit: nec qualiscumque ignis, imò & caminus erit, iuxta illud Esaiæ: Dixit dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalè. Denique in Sion, in presenti ecclesia, quæ uoluit esse uidere facie ad faciem, caminus est: inestimabiliter magni æterni amoris incendium est, habet quatuor incensumptibilia fometa hæc: Propter quem oia, & propter quem oia, & propter quem oia adduxerat, autor salutis eorum: pro passionem consummatum est. Nondum istorum consideratio sine frequens meditatio, quæ dicitur facit amoris ignem in ista sion: In primis de eo quod primum positum est, propter quem oia, interrogo, nonne dicitur uidet consideras, nonne ex subiacente fidei scitilla suscitatus in te lucida iucunde dilectionis flamma: quod enim? Propter optimum, dum unicui in secreto sui pectoris haberet filium, thesaurizare uoluit illi thesauros auri & argenti, lapidumque pretiosorum: & ois bone supellectilis, & edificare palatium

regni, cunctaque providere ministeria regalis curiæ, exercitum copiosum, familiam numerosam, duces, prefectos, tribunos ac ceterationes, seruos & ancillas, seu clietes ac ministrorum, quæ pulchra uacitate distincti, astaret ei sedenti in medio ipsorum, ac deseruiret in ordinibus suis. Idcirco facit hæc oia, cœli & terræ, cœlesti inuisibile replens angelorum agminibus, terram autem totam & latius humanæ creature generationibus, in quibus sumus & nos. Quis ad hæc non respondeat, quia uel sola causa hæc magna dilectione exigit, magne nos illi dilectionis ac deuotionis debitores facit. Adde quod secundò loco dictum est, propter quem oia. Oia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Si oia, utique per ipsum inter omnia. Adde quod tertio loco dictum est, quod multos filios in gloria adduxerat. Vnus enim & solus ipse dei filius erat, sed noluit solus remanere, imò uoluit multos fratres habere, quos & ante oia secula sibi conformes facere. In gloria filiorum dei adducere prædestinauerat. Adde quod illud optime decebat, quia cum pisset in Adam tot filij dei, fratres sui, ipse autor salutis eorum per passionem consummatus est. Quanta dilectione digna sunt hæc? Nimis propter hæc non diligere illud, nimis in gratitudinis est, summa nequitia est. Quasi ligna hæc sunt, subiecta semper subicienda in altari, ad nutriendum sancte huius dilectionis seu iusti amoris ignem, sicut in sancta & mystica lege scriptum est: Ignis in altari semper ardebit, quem nutrit sacerdos, subijciens mane ligna per singulos dies, & imposito holocausto desuper, adolebit adipes pacificos. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Et tunc quidem in Sion, in presenti ecclesia (sicut iam dictum est) dilectio hæc siue amor iste ignis est: sed nondum tantus, ut caminus iure dici possit. Caminus illic erit, ubi præ magnitudine amoris & torrente uoluptatis illi beatæ Hierusalè, scilicet sanctorum atque electorum omnium uniuersitati, nihil aliud quam deum cogitare aut respicere uacabit. Holocausta super hunc ignem, & adipes pacificos, laudes & gratiarum actiones erunt, à quibus nunquam cessare poterunt. Nam beati, qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te, Amen.

Per quem oia. Qui multos filios in gloriam adduxerat. Rom. 8. Tit. 1. Autor salutis eorum. Ignis perpetuus in altari. Lcu. 6. Qualis statum beatorum. Psal. 89.

EXPLICIUNT LIBRI REVERENDI DOMINI ABBATIS TVITIENSIS & piæ memoriæ Roberti filij Ruperti, De gloria & honore filij hominis: libri equidem ab optimis quibusquam diu desiderati, & a nemine non studiosissime euoluendi.

HYMNVS SEV ORATIO RVPERTI AD SANCTVM SPIRITVM, cuius mentionem facit libro duo decimo. Qui decantari potest sic. ut & hymnus ille, Veni creator spiritus &c.

Deus meus & dominus, Tu es de sancte spiritus, Arma mea, scutum meum. Veni adiutorium. Tu patris indulgentia, Tu uera Christi charitas. Ex te fuit consilium Saluationis hominum. Traxisti de cælo deum, In uterum femineum. Tu es amor, per quem deo Coniuncta est nostra caro. Fecisti domum corporis In matre filio dei, Septem columnis editam Per septiformem gratiam. Virga lesse flos ortus est, Super quem requiesceres. Cum tuis septem oculis Vnus lapis apparuit. Tot cornibus, tot oculis Præmunies agnum dei, Opponis hunc in prælio Visio, leoni, colubro. Et sicut mori uoluit, Nos quoque doces commori, Dum uiuos aqua se pelis, Oartifex miracula, Pro sepulture triduo Fit uicina rei merito. Vt mortuus obruitur, Vt resurgens egreditur. O deus, nostris auribus Audiuimus, patres nostri Opus, quod operatus es, Annuntiauerunt nobis, Dum processisti igneis In linguis à throno dei, Vt terra cœlum fieret, Vt dii essent homines, Tonant ergo miraculis, Verbis pluunt cœli noui, Quam terra bibens pluuiam, Nouam concepit gratiam. Inde per orbem geniti Adoptionis filij, Abba pater in te deo Glamamus sancte spiritus. Magnæ sunt istæ dñe Tuæ misericordie Quæ spem meam reficiunt, Vt in uocem nomen tuum, O fidei signaculum, Aduocate fidelium, Lux, ignis & fons luminis, Audi uocem & ueni, Vides uim mei frigoris, Scis glaciem mei cordis Sed aspira paraclete, Si flaueris, fluent aquæ. Mel optimum, uinum bonum, Hoc uile reple uasculum, Et erit uas in gloria, Quam aqua testa sit lutea, Ignis dei, quo angelus, Et qui homo est & deus, Stans iuxta aram, aureum Repleuerat thuribulum. Purifica preces meas, Incensa mea concrema, Vt ascendat ante deum Fumans odor aromatum, Da oculos ut uideam In maxilla leuiathan, Foramen armillæ dei, Maria per quod exiit, Dux bone præbe uasidum Compunctionis gaudium, Quo castra poenitentium Regno dei uim faciunt, Te duce patris facies Et filij uidentia est, Et tu ab illis profluus Fons uitæ, pacis fluius, Et nunciabi pio deo, Et pio sit laus domino, Et gratiarum actio, Cum patre & cum filio, AMEN.

EPISTOLA HVIVS OPERIS COMMENDATORIA.

**D**omino & amico suo Ruperto, uenerabili Abbati, frater Meingoh salutem & seruitium bonae uoluntatis. Perfecto libro uestro De gloria & honore filij hominis, relictus sum & delectatus sicut in omnibus diuitijs, beatificans negotiator est illi euangelicum, quarentem bonas margaritas, qui inuenta una pretiosa margarita, de dit omnia sua, & comparauit illam, & qui abiectis huius seculi gustat & uidet quam suauis est dominus. ¶ Ego uero distractus sollicitudinibus & curis grauius prementibus, neglecto bonae mentis exercitio, urticas solum & spinas pario. Per agrum (inquit sapiens salomon) hominis pigri transui, & per uineam uiri stulti, & ecce totum repleuerant urticae, operuerunt superficie eius spinae, & maceria lapidum destructa erat. Quod cum uidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Parum (inquam) dormies, modicum dormitabis, paululum manus conferes ut quiescas, & ueniet tibi quasi cursor egestas, & mendicatas quasi uir armatus. Egestatem & mendicatum suppleat miseratus, qui cum diues esset, egenus factus est propter nos. Ora pro nobis pater. ¶ De penultimo libro, super quo requisistis nostrae paruitatis iudicium, hoc intelligo, quod angelus Tobiae respondit: Sacramentum regis abscondere, bonum est; opera autem reuelare & confiteri, honorificum est. Deus cum sit ueritas, de se ipso magna & fortia pronuntiauit sine arrogancia. Ita qui de donis dei, non in semetipso, sed in domino gloriatur, sumpta honesta & necessaria occasione, laudabiliter deum magnificat. Sic Paulus apostolus gloriatus in infirmitatibus suis, supergloriatur de reuelationibus & uisionibus dei, ad honorem ueritatis ueritatem dicens: & postquam se pronuntiat raptum in tertium caelum, & in paradiso audisse arcana uerba, quae non licet homini loqui, Inspiciens, inquit, factus sum, uos me coegit. Coegit uos, adiurauit uos tanta & tam religiosa persona per nomen domini, quid faceret bonum signum, bona campana sic pulsata, nisi sonare laudem dei? Bone pater, tuis orationibus sanctique tui conuentus, commendata sit ecclesia nostra, ut dominus de nobis pastorem in beneplacito suo, ut in domino idem sentiant omnes, & non sint in nobis schismata. Vale.

Matt. 13.

Addone-  
gorijs.  
Frou. 24.

2. Cor. 8.  
Iudiciu sup  
libro 12. de  
reuelationi  
bus  
Tob. 12.  
2. Cor. 12.

1. Cor. 1.

BREVIS DESCRIPTIO VITAE RVPERTI,  
in eodem uolumine.

**I**ste dominus Rupertus a puerulo, sicut tunc mos erat, apud nos in monasterio sancti Laurentij prope Leodium oblatus fuit & nutritus, ac elementis literarum primitus imbutus. Qui sicut aetate, sic uirtutibus germinauit feliciter. Erant tunc in eodem monasterio uiri scientia & uirtutibus ac fama praecleari. Qui in ciuitate & dicecesi Leodiensi fulgebant sicut luminaria in firmamento caeli. In illis temporibus spectabilior erat bene literatus, quam bene nummatus. Factus uero presbyter, accessit ad cor altum, & excubans maritinis orationibus, unde fruebatur saepe numero illustratione diuina, & aperuit ei sapientia dei sensum, ut intelligeret scripturas, & tractaret de illis summa facultate, summa utilitate. ¶ De ipso etiam sic scribit dominus Abbas sancti Trudonis in Chronica sua: Dominus Fredericus archiepiscopus Colonienfis, Rodolphum abbatem sancti Trudonis se cum Coloniam duxit propter metum imperatoris, & commendauit eum Ruperto Abbati sanctae Mariae sanctique Heriberti ultra Rhenum Tuitij. Iste Rupertus Leodij nutritus fuit in cenobio sancti Laurentij. Quem propter praeclearam nominis eius famam in sanctarum scripturarum scientia archiepiscopus sibi assumpserat, & abbatem praedicti loci constituerat. Huius uiri multa & praecleara extant librorum uolumina, quae de diuina pagina exarata reliquit in ecclesia. Cuius corpus uentis nec somno poterat requiescere in diuinae legis meditatione. Haec ille ibi.

¶ Obijt anno domini M. C. XXVIII.

¶ At in lapide tumuli eius inscriptum habetur, Anno domini M. C. XXXV.

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS EPISTOLA AD SEDIS APOSTOLICAE  
Praesulem, Romanum Pontificem.



**A**n te facie tua o princeps beatiss. Petre, testis Christi ac praecator Christianae fidei, simulque ante facie uicarii tui Pape, uia lata inuenire, & spatium habere, nostra paruitas deposcit. Dicit autem quidam de principibus sapientissimis: Donum hominis dilatat uiam eius, & ante principes spatium ei facit. Ne igitur uacuum uenire, donum praesentiaui, quale manus mea reperire potuit: & utinam donum perfectum, siue datum optimum, ut dicas, hoc desursu est, descendes a patre luminum. Est enim hoc donum non ex corruptibilibus auro & argento, quibus maxime delectantur principes seculi, sed e opus ex gratia dei, qua sola delectati sunt & delectantur principes sancti: quibus ipse rex regum & dominus dominantium principatum dedit aeternum in regno suo caelesti, habetque amabilem hunc in fronte titulum: De glorificatione trinitatis & processione spiritus sancti. Forte dicit aliquis. Sufficiunt iam principibus nostris dona siue donaria huiusmodi. Meminisse debes, quia cum fieret tabernaculum domini & instaret quotidie mane uota populus offerret, artifices uenire compulsi, dixerunt Moysi: Plus offert populus quam necessarium est. Iussit ergo Moyses praecois uoce catari: Nec uir nec mulier quicquam offerat in opere sanctuarii. Sicque cessatum est a muneribus offerendis, eod quod oblata sufficeret & superabundaret. Ad haec inquam: Equidem memini, sed quorsum istud? Hoccine intendis, ut quoniam tabernaculum illud manufactum secundum exemplar fiebat tabernaculi non manufacti siue caelestis, quod in morte monstratum est Moysi, nos quoque secundum exemplum illius prohibitionis debeamus prohiberi, & cessare a muneribus offerendis in opere sanctuarii caelestis, cessare ab exercitio gratiarum siue charismatum quae spiritus sanctus, prout uult, distribuit singulis, scilicet, a sermone sapientiae, a sermone scientiae, a generibus linguarum ab interpretatione sermonum, quoniam ante nos alii satis sapientes, satisque scienter locuti sunt & abundanter sermones dei interpretati sunt: Nunquid quia illic uoce praecois catatum est ut nec uir nec mulier quicquam offerret in opere sanctuarii, nos quoque quasi per allegoriam includere uis, ut iam in opere sanctuarii caelestis, nullum offeram donum de diuitijs salutis, de thesauro sermonis domini. Noli esse allegoricus nimis. Meminisse debes & tu, quid sancti patres ante nos seferint de illa strophae simplicis Iacob: Tollens (ait scriptura) Iacob uirgas populeas uirides & amygdalinas, & ex platanis, ex patre decorticauit eas, detrahitisque corticibus in his quae spoliata fuerant, cadaver apparuit: illa uero quae integra erant uiridia permanserunt, atque in hunc modum color effectus est uariis. Denique iuxta mysticum illud exemplum, non passim uel ubique, sed in plerisque locis corticem literae detrahimus, & cadore allegoriae tenemus, in nonnullis allegoriam non quereutes, morale sensum in uiriditate literae, retinemus. Exempli gratia: Ignis (ait dominus) in altari semper ardebit, quem nutrit sacerdos, subiiciens mane ligna per singulos dies, & imposito desuper holocausto, adolebit adipem pacificorum. Ignis iste est perpetuus, quoniam nunquam deficiet de altari. Quid ualeret in isto praeccepto literae cortex? Corticem ergo detrahimus, & allegoricae intelligentiae spiritum tenemus, dum altare dei cor nostrum, & in hoc ignem quem semper debeat ardere, charitatis flammam intelligimus. Fateor tibi magne sacerdos, quia praesens opus, & quaecumque haec tenus simili studio peregi, sic assero, sic aestimo uel aestimari cupio, tanquam ligna, quibus nutriri possit ignis charitatis siue amoris in altari

Pro. 18

Iaco. 1

Apo. 5

Obiectio

Exo. 36

Exo. 25.

1. Cor. 12

Rospon-  
sio.

Gen. 30

Mysteri-  
um i uir-  
gis Iacob  
Leuit. 6

Humili-  
tas aucto-  
ris

aa domini,



domini, in corde cuiuspiam legentis siue audientis, & legendo siue audiendo cupientis proficere in dilectione nominis domini. Neque enim donum hoc, quo (ut prescriptum) uia siue spatium ante principes mihi cupio parari, tanti aestimo quantum est aurum, & argentum & pretiosissimi lapides, quanti hyacinthus & purpura, coctusque bis tinctus & byssus, quae spiritualiter in constructione spiritualis tabernaculi offerunt. Bene nobiscum agit, si haec scripta nostra falcate pretium lignorum habere iudicent, quibus iam dictus ignis in altari domini, in corde eiuspiam pusilli, efficaciter nutriat. Porro in eo quod iussit Moyses praeconis uoce canari: nec uir nec mulier quicquam ultra offerat in opere sanctuarii, sicut & in multis aliis permaneat sensus literalis: quo partibus uirgarum, cortex uiridis, quia non sicut illic celsatatum est a spiritualibus offerretis. Non bene uidentur imo inuidendum est, tali similitudine uti, ut dicant: sicut tunc offerrebat populus plus quam necessarium fuit, ita nunc plures scribunt libri quam necessarium sit. Semper licuit semperque licebit unicuique dicere, salua fide, quod sentit: nolentem autem legere nostra, nemo compellit. Velle, quoniam lex praecipit dominum, tibi summo sacerdoti probata uel accepta esse haec fidelis animae oblata, ut uere primitias digne in opus domini suscipiendas. Vbi nam hoc praecipit mystica lex domini? In constructione tabernaculi supra memorati, in uerbis istis: Loquere filiis Israel ut tollant mihi primitias, ab omni homine, qui offert ultroneus, accipietis eas. Et quod est ille, omnis homo primitias offerens ultroneus, nisi is in quo fides, quae prima uirtus est, per dilectionem operatur? Nimirum recte dicitur ille ultroneus. Est enim hilaris dator, qualem diligit deus, & proinde siue parum offerat siue multum, dignae oblationes eius primitiae dicuntur & sunt. Quapropter & istud est notandum, quia oblationes, quae secundum pretium sui uiliores sunt, non ultimo loco ex ore domini nominatae sunt, scilicet pili caprarum & rubricatae pelles arietum, sed loco ferè medio cunctarum oblationum: ita ut prima posita uideatur deas aurum, argentum & aes, hyacinthum & purpuram coctamque bis tinctam, byssum: nouissima autem aromata in unguentum & thymiamata boni odoris, lapides onychinos, gemas ad ornandum ephod ac rationale: & medio (sicut iam dictum est) loco pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas. Nonne per hunc quoque ordinem utiliter commonemur, quia quae parua hominibus uidentur, interdum pro bona uoluntate offerentis deo magis accepta habent, & inter primitias ab eo computantur. Accipias igitur a me homine ultroneo primitias istas quas obruli, in primis praesens opus IX. distinctum libellis, de Glorificatione trinitatis, & processione spiritus sancti. Sunt alia quae nunc usque presentare non potui, opus quoddam XIII. librorum de uictoria uerbi dei. Itemque opus de gloria & honore filii hominis, in rotundis libellis. In XII. prophetas XXX. libri. In Apocalypsim libri XII. In euangelium Iohannis libri XIII. De S. trinitate & operibus eius, libri XLII. In Samuel & David, libri XV. In honorem beatae Mariae uirginis super Cantica, libri VII. Scripseram & ante haec omnia opusculum de sacramentis siue officiis diuinis per circulum anni, distinctum libellis siue tomis XII. Hoc donum, sicut initio memini ex Salomone dicente, Donum hominis dilatar uiam eius, & ante principes spatium ei facit. Hoc inquam donum quis prohibere debet, ne huiusmodi hominis uiam dilatat, & ante principes spatium eius faciat, praesertim clamante de superau toritate diuina. Ab omni homine, qui offert ultroneus, accipietis primitias: hominem quippe me esse ultroneum, ueraciter sententia profiteor, quia non conductus mercede hominis, sed sola dilectate dulcedine uerbi diuini, circa hoc donum laboraui, offerendum in opus tabernaculi domini: & ea causa haec recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibam in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum dei, in uoce exultationis & confessionis.

Exo. 36

Ro. p̄ti  
fex, sum  
mus sacerdos.  
Exo. 25.

Homo ul  
troneus.  
Gal. 5  
2. Cor. 9

Exo. 25

Catalo  
gus ope  
rum Rup  
ti.

Pro. 18

Exo. 25  
Rupertus,  
homo ul  
troneus.

Psal. 41.

## AD LECTOREM

**A**ccipe hic lector candidissime compendiosum indicem breuicque summam omnium ferè eorum, quae digniora nobis nota uisa sunt. Quae ut studiosissimo cuique, quanto citius offerrentur, diuinitus unquamque pignam in quatuor partes, designatas per has quatuor literas, A, B, C, D, ita ut A principium: B medium superius: C medium inferius: D, finem paginae demonstrat. Fruere igitur hoc nostro labore, multoque magis subsequentibus ipsius Ruperti libri, sacro paraclitico munere nobis omnibus diuinitus dedicatis.

<b>A</b> bdicatio templi manufacti per sumum designata. 89. c	Aurum opus decoris tui, quomodo intelligitur 26. d
Abraham quomodo & p̄p̄ian gessit dei patris 47. d	Aurum in templo, & corpus Christi, sunt charismata spiritus sancti. 94. c
Abraham fidem Iudaei non capiebant, ideo data est eis lex. 77. c	Auxilium trinitatis per ternos hoies p Iudaeis contra 4. regna. 82. b
Adam uir non beatus, abiit in consilio impiorum & c. 62. b	Auxilium trinitatis in arcu & gladio per tres Machabeos. 85. b
Adam sedit in cathedra pestilentiae, & cetera posteris reliquit. ib.	
Adā p̄dōres uirtutes in suis, p̄didit similitudinem dei. 67. a	
Adonai, nomen domini, cur Moysi primo reuelatum est. 46. b. c	<b>B</b> abylon nobis est uniuersus mundus, in quo peregrinamur. 80. d
Aedificare solitudines sibi, quid est 11. c	Babylonem in idolatria diu imitata est Roma 81. a
A fructu frumenti, uini & olei, duplex expositio 64. d	Babylonici regni leue assimilatum 82. b
Ala sex in duobus Seraphim quid designant 98. d	Benedictio dei trina ad filios Noe 40. c
Alphabeti Hebraici. xxij. literae et earum interpretatio 72. b	Benedictionem Isaac. i. Christi, accipiunt simplices et fideles sicut Iacob 49. d
Alphabetum hoc cur quibusdam psalmis & scriptis apponitur. ib.	Benedictio filiorum Israel sub nomine trinitatis, sed obscure. 51. b
Aman superbitus assimilatus diabolo 85. d	Benedictio fidelium Christi sub nomine trinitatis in baptismo expresso. ib.
Amicus lumine sicut uelimento 26. b	Benedictio filiorum Ioseph per Iacob sub nomine trinitatis. 6. d
Amicus noster singularis, Christus est 1. c	Benedictio trina in dedicatione templi Salomonis 95. c
Angelorum nouem chori, qui dicuntur, Ordo caeli 23. d	Benedictio salis & aquae ad sanctificandum populum 102. c
Angeli apostatis propter eorum superbiam non datur spiritus sanctus in remissionem peccatorum 26. a	Bestia male quae auferentur, sunt maligni spiritus 29. c
Angeli administrabunt usque ad extremum iudicium, non postea. 28. c	Blasphemia & spiritus blasphemiae quod differunt 96. d
Angelorum qui perstiterunt, remuneratio 31. b	
Angelus deus creauit & magnificauit, sed non iusti. 32. c	
Angeli propter hominem quemdam, Christi creati sunt. 33. b	<b>C</b> aput Christi deus, et tecum principium, quomodo intelligi debet 4. d
Angeli non prius appuerunt hominibus, quam semine Abraham, p̄nisiu. e. ib.	Caput idololatria dici potest statua regis Nabuchodossa 82. c
Angelus qui eruit Iacob de cunctis malis, Christus est 52. a	Causa trium pueroꝝ differt a causa Danielis. ib. (nosor 82. c)
Anime impregnatio in baptismo 25. b	Chananeus homo contemptibilis allegorice dicitur 73. a
Animus hominis, quando amicus, & quando desertor est. 1. b	Charismata noue apud apostolum noue ordinibus angelorum 101. d
Animum magis attendit deus quam factum aut oblatum 101. d	assimilantur 31. b
Anni hominis cxxx. quia tot uixit Moyses 41. d	Charitas cur saepius exprimitur in uet. test. quam fides & spes. 77. b
Antequam fierent ibi eram. 97. d	Charitas Iudeorum carnalis. ib.
Antiquis patribus maior fuit causa stendi quam nobis 80. d	Charitas est uera & perfecta gratiarum actio 84. c
Anulus Ruperti, tres libri de sacramentis 1. a	Christus cur potius principium quam filium aut Christum se esse dixit. 5. c
Apocalypsis tot habet sacramenta quot uerba 27. c	Christus est nomen multis communicabile 6. a
Apostoli accepto spiritu sancto primum ex David sumperunt testimonium 61. a	Christus filius dei uere deus, quia ex deo processit 12. d
Apostolorum cor & os ante spiritum sanctum missionem angustum fuit. 63. d	Christus non sine spiritu sancto, stat ad ostium & pulsat. 18. b
Apostolorum dilatatio in die Pentecostes. ibid.	Christus dei sapientia adiuuit spiritum domini ut consiliarius. 37. b
Apostolis bis datus est spiritus sanctus, si in remissionem peccatorum, & in diuisiones gratiarum 64. b. c	Christi consilio ac obedientia liberati sumus a morte aeternae. ibid.
Apostoli, similes his tribus uiris. Noe, Daniel, & Iob, non liberauit Iudeos sub tuo, sed ipsi exierunt de medio eorum 87. c	Christus cur uoluit per omnia fratribus assimilari absque peccato. eo. d
Apostolica sedes, apex est et caput omnium ecclesiarum Christi. 100. c	Christus factus est quasi Adam, ut Adam fieret uere quasi unus ex nobis 38. e
Aqua saliens in uitam aeternam, gratia spiritus sancti. 14. d	Christus inter mortuos liber eod. d
Aquarum decursus in primo psalmo sunt gratiarum diuisiones. 62. a	Christo fuerunt due uoluntates & operationes 49. d
Aqua spiritus sanctus, Aquae diuisiones gratiarum 98. b	Christus quomodo surrexit propheta sicut Iacob 50. c
Aqua de petra spiritus sanctus de filio quoque procedens. ib.	Christus quomodo apparuit Iacob uidentem scalam 52. a
Aqua diuinis precibus sacra, sterilitate auferit. ib.	Christus habuit in se omnem plenitudinem & omnia dona spiritus sancti. 59. b
A simulatus deus in manu Prophetarum 77. d	Christus ut homo, filius primogenitus, excelsus preter regibus terrae 60. b
Assimilatus uniuersis per fidem, spem & charitatem. ibid.	Christus moriendo postulat a patre hereditatem. 62. d
Assimilatio trinitatis in Assiuro, Mardocheo & Hest. 83. d	Christus ut uere Pater, signauit super nos lumem uultus dei. 64. b
Assuerus rex assimilatus deo patri per saluandum Iudeis eod. c	Christus esse Iacob et Israel, propter quem Cyrus suscitatus fuit. 84. a
Auferre de spiritu Moysi & dare Ixx. senioribus quid fuit 56. c	Christus primus est, quod gratias deo egisse in scripturis legit eod. b
	Christus ter gratias egisse legitur eod. c
	Christus in forma serui gratias egit patri. i. toti trinitati eod. d

Christus multiformis exauditus in sanctis suis clamatus. 85. a
Christi templum quod edificatum, exornatum & dedicatum est. 90. a
Christus filius hominis, omnium rerum dominus 92. b
Christi incarnatio nobis ineffabilis 95. a
Chrus anno atatus uicesimo apparuit exornatus 94. b
Christi pietas per speciem columbae designata eod. d
Christus ipse est Pontifex, hostiaq; simul & te plii 95. c
Cingulum tradidit Chananeo mulier illa foris 73. a
Cuius gloriosa, coelestis Hierusalem, mater nostra 24. c
Coeli dicuntur omnes sancti, in quibus habitat deus 60. a
Coeli firmati, sunt sancti angeli eod. b
Cognitio p speculum in enigmate nobis ad salutem necessaria. 76. d
Cognosco nunc ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum 78. a
Cognitionis huiusmodi ineffabilis dulcedo ib.
Cognosco quod non frustra fecerim omnia que feci 89. b
Coluber tortuosus, biceps, adhuc tertio eijciendus est. 28. c
Coluber sine requie circum terram 30. b
Columba in holocaustum oblata, typus Christi 94. d
Columba retorto ad collum capite offerenda qd designat ib.
Coplex opus sui & regere ab omni ope, quo differunt. 74. c
Concentus caelorum quid est 29. b
Concentum caeli quis dormire facit ib.
Concentu caeli turbare misus est Arrius eod. d
Concepti non uiderit lucē, s. patres ante diluuium 40. b
Confessio mirabilis magorum de digito dei, & Nabuchodonosor de filio dei 50. d
Confidit in ea cor uiri sui, quo intelligitur 71. d
Consistenti memoria sanctitatis eius 98. a
Consiliū dei altū in eo quod morte homini peccati intulit. 37. a
Consilium ius dei extrinsecus nemo. Intus autē ipse filius. eod. c
Consiliū diuinū de redimēdo hōte peccatore p Christū. 93. a. b
Constitutio apostolica de accusandis sacerdotibus dñis. 102. a
Contemplandus debentur sumptus ex donibus regū. 54. a
Cōuuiuiū trūū angelorū cū Abrāhā quid prafigurauit. 44. d
Conuuiū illius cū rīsu familiariter celebratum yserū. 45. b
Cyri regis per san spm suscitauit dñs p tēplo Hierusalē. 82. d
Cyrus pphetice prerenomatus ab Esaja miro testimonio 83. b

D
Dauid intus & foris tribulatus, q; contristasset spiritum sanctum 22. d
Dauid cur plures habuit uxores 24. c
Dauid manifestus de trinitate loquutus ē q; Moses 60. a
Dauid spiritum sanctū primus nominauit. eod. c
Dauid magnū cōtinet thesaurū testimoniorū spūs s. de Christo. 61. d
Dauid pleno cornu accepit a Samuele letitiā spūs s. 65. b
Dauid primus assumpsit psonam Christi in se loquētis eod. d
Declinare uictimas aū in profundam quid est 100. d
Deliciae mae, esse cum filiis hominū 37. d
Desiderium sanctorum patrum s. per Christo nascituro. 49. b
Deus aliter erat cū Christo q; cū Moise aut Iosue 5. a. 17. c
Deus a nobis laudandus es quantū possumus, quia maior omni laude 23. a
Deus recte amator dicitur, eius spōsa ecclesia, Ston sctā. 24. d
Deus cur non Adam peccantem sed terram in opere eius male dixit. 41. a
Deus in hac uita perfecte cognosci a nullo potest 56. a
Deū time & mandata eius serua. Hoc est omnis homo. 75. c
Deus maxime fidelis in uerbis & promissis suis 77. a
Deus magis inspector est corāis q; operis 101. d

Deorare populos in ore gladij, aliter licuit ueteribus, aliter Christianis 55. b
Diabolus per superbiam repulit amatorē suū deum, ideo iuste derelinquitur 26. c
Diabolus non statim ut conditus est, cecidit 26. d. 31. a
Diabolus cur ponebatur in monte dei, cum sciret deus cum eam surum. 27. a
Diabolus habet plagam mortis, qua sanata est 28. a
Diaboli, qui ceciderunt, nunquam fuerunt in er Cherubin et Seraphim 30. d
Dies sex primi cur dicuntur dies 74. b
Dies septimum natura primus est eod. c
Dilectio trina & una sicut tres persone & una substantia. 53. b
Dilectionis operatio prima est uita contemplatiua eod. e
Dilectionis operatio secunda est uita actiua 54. b
Dilectio timore penalem excludit sed nō religiosum. 60. c
Dilectionis operatio tertia, contra idololatriā est zelus. 55. a
Doctores contristare aut accusare non licet 101. b
Domine apud te est fons uita, quō intelligitur 13. e
Domus dei in sctatur plūmāi sōphistarum ac fluminiū hereticorum 54. b
Domus dei a Salomone edificata, typus corporis Christi. 90. a
Domus dei, quod est corpus Christi, quomodo in uero Mariae edificata est 92. c
Domus edificata lapidibus de dolatis atq; per factis 93. d
Domus dei, q; eī fū Christi, exornata auro purissimo. 94. d
Dormire in contemplantibus quale est 54. d

E
Ecclesia non de Christo, sicut Eua & Adam, sed propter Christum & per Christum facta est 5. c
Ecclesia per fidem est illa mulier fortis, de qua in Proverbijs 71. b
Ecclesia est illa sponsa, de qua in canticis 76. a
Ecclesia in persecutionibus creuit 88. c
Edo populus execrabilis, filij si ael cōtrarij & insulsi. 80. b
Ego & pater unū sumus, altius dictū ē, ego sum Chrus 6. a
Ego hodie genui te, in aeo enim non est heri aut cras, sed sum per hodie 60. b
Egredus Noē cum tribus filijs trina benedictione 89. a
Egredus Daniclis cū tribus socijs, tribus gratie incrementis. ibi. eod. b
Elementa diuinis precibus sacra, ad multa profunt 102. e
Episcopi non prius sunt a clericis aut laicis accusandi q; priuatum sint antea de iniustitia requisiti & admoniti 100. d
Episcopos psequi, eadē ipsū, cuius uice fungunt psequi. 101. a
Esau Iudaicū populū, Iacob gentes prafigurauit 48. d
Excitatio ad pietatem in Iacob, Corporalis autē in Esau. eod. b

F
Faciamus hominē ad imaginē et similitudinē nostrā. 34. d
Fides facit hominem recte merentē. 18. a (35. a)
Fides, alia magna, alia modica, alia minima dicit. eod. c
Fidei excellentia hoies ad principatus angelorū sublimat. 31. d
Fides ē praeparatio ad gratiā, eiq; donū spūs dei 39. a
Fides Abel, Enoch & similitum magna, absq; auxilio scripturarum fuit ibi.
Fides nostra adiutor est scripturas, pphetas et apostolos. eod. b
Fides patrum ante Moysen maxima, quia firma erat sine operatione quacūq; uirtutum. ibid.
Fides, omnium charismatum optimū est 49. c
Fides requirit animā moralibus uirtutibus praernatā. 67. c

Fides est illa mulier fortis, de qua in fine Proverb. 71. a
Fides est substantia procul & de ultimis finibus praetū eius. eod. c
Fidem habenti ut Abrabe, secreta sua pandit deum eod. d
Fides quomodo cingulum tradidit Chananeo 73. a
Fides quid operatur per spem & charitatē 76. c
Fides Abraham non indigebat lege 77. c
Fides uera & uina nunquam sine charitate est 78. b
Fides, spes & charitas una & trina uirtus indiuisa ib.
Fide coniungitur electio uero mulier uero suo 99. d
Fides conuincit pretium suum procul de ultimis finibus ib.
Filij dei de stirpe Seth, filiae hominum de stirpe Cain 40. a
Filij Adam, qui turri in edificabant, superbi uero Adam 43. a
Filius dei ad patrem est, sicut mens hominis architecti ad animam suam 55. c
Filiorum sapientia & stultitia, diuersi et contrarij fines. 70. b
Flumina de uentre credentis fluētia, sunt non ipse spiritus, sed eius doctrina 15. a
Flumina quatuor praecipua, 4. sacramenta Christi eod. c
Fodere in altis, est querere fundamentū ex scriptura. 34. b
Fons uita apud dominum, dominus est pater, fons filius uita, spiritus sanctus 13. c
Fons patens in ablutionem peccatoris & menstruat. 14. a
Fons patens domū David 92. c
Fons uita quomodo differt ab alijs fontibus, s. Prophetis et Apostolis. eod. c
Fortitudo Iudicium regumq; ac Prophetarum, pro deo contra idola. 55. b
Fortitudo ueterū i gladio materidi, Apostolorū i spiritu uali. ib.
Fruitus & effectus consolatiōis paraeleti in recte lugēt. 19. a
Funiculus triplex difficile rumpitur 66. c

G
Gemitus recte lugētium in hoc seculo, magni quidem, sed dulces 21. a
Gementian sic uocem audis, sed nescis unde ueniat, aut quomodo dat ib.
Gemitus inenarrabiles, quibus spūs postulat, p nobis ib.
Gemitum diuisio in 72. linguas, secunda. 72. filios Israel. 33. d
Gradus in trinitate nulli sunt, sed omnia ibi coaequalia 29. d
Graecorum error de processione spiritus sancti 9. d. 11. a
Graecorum argumentatio ac data a Ruperto solutio 11. d
Graeci, gentiles, sapientiam quaesierunt & inuenierunt 69. d
Gratiarū diuisiones tot sunt, quot ordines angelorū 31. b
Gratia sanitatis quomodo differt ab operatione uirtutum. eod. d
Gratias deo agens, debet respicere beneficia Christi 84. b
Gratiarum actio quid est? eod. c

H
Haereticis, mulier stulta et clamosa, reddens malum et non bonum 72. a
Haereticis charismatum donis abutuntur in superbia. 17. d
Haereticis mutant causam filiorum pauperis. i. Christi ib.
Haereticorū cantus discors, cōtra ecclesie concentū. 29. d. 30. b
Haereticis cōtraria scētia turrim, sicut gigātes, extruūt. 43. d
Haereticis ponūt os in celū & lingua eorum trāsit in terra. ib.
Haereticis Pharaoni & magis eius similes 51. a
Haereticis peccant in spūm sanctū, quia errāt p superbiam, non per ignorantiam 59. d
Haereticis laedunt animas suas & diligunt mortē 69. b
Haereticorum improbitas, qua nos interrogant 79. b
Haereticis scienter & per inuidiam resistunt ueritati. 96. d
Haereticis non est pars in dedicatione domus dei 98. a

Hierusalem, multū differt ab apostatrice synagoga 88. b
Hierusalem. i. ecclesia in tribulatione filios et filias eduxit. eod. c
Historia trium puerorum in camino ignis 79. c
Hodie si uocem eius audieris, quō intelligitur 95. b
Holocausta medullata, combusio uitorū 96. b
Homo diuino spū afflatus, tacere non potest, etiā si uelit. 19. d
Hō sic afflatus uideatur ab his qui uirtutē spūs ignorāt. ib.
Hōis interioris uerē, multos habet circuitus et capacitates. 20. c
Hō sic afflatus spū sctō utriū finaliter positū deleri ab eo. 22. a
Hō talis similis ē Israeli Iudaī cū deo rogati et fletū eod. b
Hōi plura & maiora i opib; dei abscondita sunt q; uisa. 23. b
Homo cur postus fuit in paradysum, cum sciret deus eum peccaturum 27. a
Homines pro diuersa meritorum qualitate in diuersos angelorum ordines recipiendi 30. d
Homo maximus debitor dei ac gratiarum actionum 32. a
Hō creatus fuit, etiā si angeli nō cecidisset eod. d
Hōies et angeli, ppter unū Christū creati sunt 33. b
Hō factus ad imaginē et similitudinē dei, a quo peccauit. 34. d
Homines praedestinati dicuntur mōtes & colles 35. d
Hōies nō praedestinati sunt sicut stula aqua et pulvis terrae. 36. a
Hō multis miserijs repletus ē, ut uexatio dei intellectū. 42. c
Hō quō nihil amplius habet inuentus 75. b
Hō quō liberatur a seruitute corruptionis eod. d
Hostis multo nequior, qui excommunicatus communicat, quam is qui foris est 101. e

I
Iacob, i. supplātor, spūm sctūm prafigurauit 48. a
Ignis spūs sancti nō cōburens, sed illuminans 20. b
Ignis sine diminutione sui, multiplicatur, sicut et gratia spiritus sancti 57. a
Illapsus spūs s. auro grauior, melle dulcior 20. c
Incarnatio filij dei ab eterno praedicta, a hōm lapsū. 34. d
Incarnationis sacramenti angelis ab initio absconditum. 35. b
Initiū sapientie timor domini 54. c
Instituto dō dñs spūm sctūm, Chrus duo dedit intelligi 11. b
Interpretibus, 70. Apostoli & Euangelistae pro necessitate tēporis usi sunt 29. d
Iohānes Bap. non fuit sicut Moyses, in signis & portētis. 50. b
Iosue quō accepit ptem glorie Moysi in miraculis 26. d
Ironia quaedam in scripturis grauisima 65. b
Ironia haec, Ecce Adam quasi unus es nobis, per Christum in se uinum conuersa est 38. e
Isaac, typus Christi, q; risus et gaudiū est omnium beatorū. 45. a
Isaac q; risus interpretatur. Chri figurā fuit in multis 48. a
Isaac oculis calcgās, Chri i cruce moriētiē prafigurauit 49. a
Iudaus gloria sanctae trinitatis contēplari refugit 2. a
Iudaus liber et sermo de trinitate signatus et clausus 52. d
Iudaei inexcusabiles sunt, quia non credunt in agnum glibrum aperuit. 53. a
Iudaeorum murmura tentationesq; non ante puniuit deus q; de spiritu Moysi dedit 70 uiris 58. d
Iudaeorū plage uter uisq; diuersi p acceptū munus spūs. 59. a
Iudaeorum peccata in filium minus punita sunt, q; que in spiritu sanctum. 59. c. 88. a
Iudaei quēbāt et emebāt mēdaciū cōtra resurrectionē Chri. 64. a
Iudaus nō orit sol & stella clauduntur quasi sub signaculo. 66. b
Iudaei derisores sunt, de qb; dicit: Noli arguere derisorē. 69. c
Iudaeus popl; parēs nascituri Chri cū hodiebat ne pter. 79. d
Iudaei captiui recordabāt sio ppter nasciturū i ea Chri. 80. a

Iudeorum contritio et concuclatio sub Tito et Vespa.	87.c	Mosi claritas, et copiatio ad Chrüm nec excellens nec uicia.	58.a
Iudei preuaricatio prouaricati sunt qd. nũq. remittet eis.	87.c	Moses cõgregas septuaginta uiros seniores, typum Christi gessit.	60.d
Iudei si post datum Apostolis spiritum sanctũ credidissent, potuissent excusari.	88.a	Moses p. dno zelatus et ppter uitulũ, occidit 23 milia.	59.a
Iudei agnus in leone, coluba in igne uersa e, post mortẽ Chri.	90.d	Mosi scriptura quasi fons scripturarũ est.	90.d
Iudeis nec hostia nec locus immolandi relinquntur. ib.	97.b.c	Multa nobis inexplicabilia etiam que naturaliter fiunt.	93.a
Iudeis duplex poena una in hoc seculo, alia in futuro.	99.a	N. Oe cur potius Chanaan q. Cham maledixit.	40.d
Iustitia nostra fides est iustus enim ex fide uiuit.	70.a	N. Oe cur potius Chanaan quã alios filios Chã maledixit.	40.d
Iustitia et pax osculate sunt.	93.a	Nomen meũ Adonai nõ indicauit eis.	46.a.c
		Nomen domini inuocatum, facit peccatorẽ resurgere.	66.d
		Nunquid Syon dicitur hõ. et homo natus est in ea.	34
		O. Oblatio nulla maior aut potior q. sacrificiũ corporis et sanguinis Christi.	102.b
		O. Obstricente manu eius, eductus est coluber.	28.c
		Octo Primates, octo precipui iudices in Israël, i. typũ Christi.	57.c
		Omnia que habet pater, mea sunt, quõ intelligitur.	58.a
		Operatio trinitatis per totũ agrũ scripturarum expressa.	3.c
		Operatio trinitatis inseparabilis in tribus personis.	9.b
		Opus Ruperti in duocem prophetas, uelut aurum, exoptatum a legato apostolico.	1.d
		Opus Ruperti super primũ et secundũ libros regũ.	69.a
		Opus Ruperti in cantica canticorũ, in u. libris distinctũ.	76.a
		Oratio Ruperti ad beatam trinitatem.	78.d
		Ordinem celi non nouit homo, nisi deus reuelet ei per spiritũ suum.	24.d
		Ordinem celi ponere in terra quid est.	25.b
		Ortiũ tabernaculi in Christo e. latus eius in cruce pforatus.	58.c
		P. Aracletus nõ ueniet, nisi ego abiero, duplex expõ.	10.c
		Paracletus cur primũ in ultimã cœna sic dictus e.	10.d
		Paracletus duplex, aliũ sp. mundi aliũ electorũ dei.	17.a
		Paracleti in iustatio sensibilibus quã dulcis sit duobus probatur eẽ p. lib.	20.a
		Paradisum platauẽr at dñs à principio, i. die tertio.	91.b
		Pater q. g. q. p. s. n. e. g. q. g. totius trinitatis nomẽ e.	12.a. 84.d
		Pater et pater meus differenter a Chro dicitur.	12.b
		Patrũ inuolantes, infames et à liminib. ecclesie alienos fieri.	12.d
		Pascho Christi corã ipso fuit, ab aeterno preuẽsi.	24.a
		Paulus rogã cõtra stimuluẽ carnis an sit ex auditus.	21.d
		Paul. inter cherubim, lohã. Eua. inter seraphim cõputatur.	52.a
		Paulus sapiens architectus.	78.d
		Pfã que post danti spm. s. s. h. t. cur grauius puniuntur.	59.b
		Peregrini à dño in hac uita, magis optant mori q. uiuere.	19.a
		Persequi sacerdotes dei e. deũ ipsum psequi.	100.b. 101.a
		Persequitor es sacerdotum perpetua notantur infamia.	101.a
		Petrus, unus de Seraphim, quia a postolorum primus.	99.b
		Petro datus in manu calcibus, precipua potestas.	ib.
		Petri uerba in ordinatione B. Clementis.	101.c
		Pharao cur tot fig. n. t. t. t. s. s. h. t. e. i. s. i. r. e. t. e. u. s. c. o. r. e. i. u. s.	27.b
		Philosophorũ scripta nõ admittit tropos, sicut sacra scriptura.	42.b
		Poenitent me facit se homine, quõ intelligitur.	42.b
		Poenitentia Christi, p. nobis asumpta in cruce cõsimmata e.	94.d
		Postula à me et dabõ gẽtes herẽ. tuam.	60.b
		Premium laboris post hanc uitam.	89.d
		Præuaricando præuaricari quid est.	87.d
		Principium in quo deus omnia creauit, filius dei est.	53
		Principium, per quod et propter quod omnia, Christus e.	4.b
		Principium cur potius filio q. patri aut spũ, attribuitur.	ead
		Principiũ e. nomẽ magis p. priũ uerbo dei q. filius aut christus.	5.d

In principio erat uerbu, quomodo intelligi debet.	6.b	Sapientia quõ iustificata est à filijs suis.	ead. d
Procesio spũs s. tribus modis effecta est.	6.d. 10.b	Sapientia mater inistorum, S. iustitia mater impiorum.	70.a
Procesio spũs s. res ualde magna.	7.d	Sapientia seculi per muliere est in prouerbijis descripta.	eo. b
Procesio chri duplex, una ex deo altera de thalamo.	8.b	Sapiens filius quõ recte dicatur.	ead. d
Procesio quid est.	eo. d	Sapientia in qua deus oia fecit, nobis dies septimus est.	74.c
Procedens dicitur spũs s. non filius: hic non processit, ille procedit.	9.a	Sara. i. princeps. fide: Agar. i. aduena, lege præfigurant.	47.d
Procesio filij ex ore altissimi in rerum creatione.	eo. b	Scala Iacob, moraliter intelligi potest et allegorice.	52.a
Procesio spũs s. in creaturæ rationalis sanctificatione.	ib.	Sciẽtia tũ humana tũ diuina, in prius ab Abrahã.	39.c
Prophete etiam regibus dominati sunt, ideo inter dominationes computantur.	31.d	Scrivere uerba legis in limine et ostijs domus tue, quid e.	54.a
Prophetia Enoch contemni non debet.	40.a	Scripturæ sacre cur dicuntur scripturæ populorũ.	2.c
Prophete iusti sunt libũ sancte scripture claudere et signare.	40.a	Scriptura sacra tota un. p. liber e. q. ab uno spũ dictata.	4.a
Prophete absq. dolatur tribulationis, hinc non transferunt.	ib.	Scriptura scã tota propter hominẽ instruendũ cõditã e.	ead. b
Psalmi quatuor primi, quatuor Christi sacra metã cõuincit.	61.c	Scriptura uet. test. de trinitate clausa e iudeis et signata.	52.d
Psalms primus proprie soli Christo conuenit.	62.a	Scripturæ sacre pulchra commẽdatio ex interpretatione Alphabeci i. i. b. c. e. o. r. u. m.	72.c
Psal. quatuor cur n. c. singulariter, nũc pluraliter loquitur.	64.d	Scrutari scripturas, nõ est scrutator e esse maicstatis.	89.c
Psal. 136. expositio literalis.	80.d	Seditio autores tres in Hierusalẽ sub Tito et Vespa.	87.d
Psal. 29. de dedicatiõẽ domus David et de resurrectione Chri.	ead.	Semita iustitie, arta prudentibus huius seculi.	58.a
Psal. 65. de resurrectione Chri et mystica oblatiõẽ.	96.a	Septẽ bestie capita, sunt septem precipua regna.	27.d
Paulus e. in puluerẽ reuertetur, misericors sententia.	36.c	Septies et septuagies septies diuersi sumi mysterij.	39.c
		Septẽ pastores antiqui, typum Christi gerentes.	57.b
		Septenarius numerus in bonam et malam partem uisificatẽ significat.	82.a
		Septẽ salutatiões Iuda p. ternos uiros, ab Abrahã usq. ad Chrũ.	86.a
		Septẽ colũne domus sapientie sunt septẽ spũs dñi.	90.b
		Septẽ spũs dñi, multiplici septenario designantur.	eo. c
		Septẽ spũs dñi p. Moysen in septẽ primis dieb. p. signati.	ead.
		Septem spũs dñi cur dicuntur septẽ columna.	92.a
		Septem spirituum plena requies in Christo.	eo. b
		Septẽ spũm duplex ordo, alius in Chro, alius in nobis.	ib.
		Seraphim duo, Apostoli et prophete.	99.a
		Signatum est super nos lumen iustitiae tui domine.	64.a
		Similitudo generationis carnalis ad spirituale et diuinã.	25.a
		Similitudo trinitatis in anima, mente, et fortitudine hois.	55.c
		Sion ciuitas omnũ electorum.	5.a
		Sion, presens ecclesia, Hierusalẽ, supra ciuitas. Vbi dicit, cuius.	52.c
		Regesere cã regibus et cõsiliibus terræ apud Iob, qdẽ.	11.c
		Resurrectio mortuorũ male à Saduceis negata.	47.b
		Rogabo patrem, quõ hoc conuenit Christo.	12.c
		Romana Ecclesia, latine ecclesia columna.	9.d
		Roma tropice olim Babylon nũc noua Sion est.	81.a. 88.d
		Roma christus Petro exeunt occurrens.	81.c
		Roma. Imp. nũc consistit filij dei sicut olim Nabuchodo. ibi.	ib.
		Roma. Imp. ex seuisima bestia, ut homo factũ est.	88.d
		Roma. Pontifici omnium Ecclesiarum cura est.	100.b
		S. Acedotes nõ dutores, sed mistri sunt bndictiõis.	51.c
		Sacerdo. ad iudices publicos accusare nemini licet.	100.d
		Sacrificiũ misse quomodo celebrari debet.	102.a
		Saducei neq. animas neq. angelos uiuere putant.	47.b
		Salices erant, non solum gentes, sed etiam carnales Iudei.	81.a
		Salomon filiu patris æterni manifesta uoce expresit.	66.c
		Salomonis tres libri de tribus uirtutibus theologice.	67.d
		Salomonis casus in senectute omnibus nobis formidabilis.	68.d
		Salom. libri boni sunt fructus, quãdecũq. fuerit ipse lignũ.	69.a
		Sancti nationes iudicabunt. i. spurcitas earũ condẽnabunt.	55. b
		Sapientia secularis assimilatur meretrici in prouerbijis.	67.d
		Sapientia apud Salomonem et uerbum apud Iohannem Euangelizam idem sunt.	68.a
		Sapientia pri coeterna, carnẽ suscepit, excidit colũnas 7.	69. b
		Sapientia quõ iustificata est à filijs suis.	ead. d
		Sapientia mater inistorum, S. iustitia mater impiorum.	70.a
		Sapientia seculi per muliere est in prouerbijis descripta.	eo. b
		Sapiens filius quõ recte dicatur.	ead. d
		Sapientia in qua deus oia fecit, nobis dies septimus est.	74.c
		Sara. i. princeps. fide: Agar. i. aduena, lege præfigurant.	47.d
		Scala Iacob, moraliter intelligi potest et allegorice.	52.a
		Sciẽtia tũ humana tũ diuina, in prius ab Abrahã.	39.c
		Scrivere uerba legis in limine et ostijs domus tue, quid e.	54.a
		Scripturæ sacre cur dicuntur scripturæ populorũ.	2.c
		Scriptura sacra tota un. p. liber e. q. ab uno spũ dictata.	4.a
		Scriptura scã tota propter hominẽ instruendũ cõditã e.	ead. b
		Scriptura uet. test. de trinitate clausa e iudeis et signata.	52.d
		Scripturæ sacre pulchra commẽdatio ex interpretatione Alphabeci i. i. b. c. e. o. r. u. m.	72.c
		Scrutari scripturas, nõ est scrutator e esse maicstatis.	89.c
		Seditio autores tres in Hierusalẽ sub Tito et Vespa.	87.d
		Semita iustitie, arta prudentibus huius seculi.	58.a
		Septẽ bestie capita, sunt septem precipua regna.	27.d
		Septies et septuagies septies diuersi sumi mysterij.	39.c
		Septẽ pastores antiqui, typum Christi gerentes.	57.b
		Septenarius numerus in bonam et malam partem uisificatẽ significat.	82.a
		Septẽ salutatiões Iuda p. ternos uiros, ab Abrahã usq. ad Chrũ.	86.a
		Septẽ colũne domus sapientie sunt septẽ spũs dñi.	90.b
		Septẽ spũs dñi, multiplici septenario designantur.	eo. c
		Septẽ spũs dñi p. Moysen in septẽ primis dieb. p. signati.	ead.
		Septem spũs dñi cur dicuntur septẽ columna.	92.a
		Septem spirituum plena requies in Christo.	eo. b
		Septẽ spũm duplex ordo, alius in Chro, alius in nobis.	ib.
		Seraphim duo, Apostoli et prophete.	99.a
		Signatum est super nos lumen iustitiae tui domine.	64.a
		Similitudo generationis carnalis ad spirituale et diuinã.	25.a
		Similitudo trinitatis in anima, mente, et fortitudine hois.	55.c
		Sion ciuitas omnũ electorum.	5.a
		Sion, presens ecclesia, Hierusalẽ, supra ciuitas. Vbi dicit, cuius.	52.c
		Regesere cã regibus et cõsiliibus terræ apud Iob, qdẽ.	11.c
		Resurrectio mortuorũ male à Saduceis negata.	47.b
		Rogabo patrem, quõ hoc conuenit Christo.	12.c
		Romana Ecclesia, latine ecclesia columna.	9.d
		Roma tropice olim Babylon nũc noua Sion est.	81.a. 88.d
		Roma christus Petro exeunt occurrens.	81.c
		Roma. Imp. nũc consistit filij dei sicut olim Nabuchodo. ibi.	ib.
		Roma. Imp. ex seuisima bestia, ut homo factũ est.	88.d
		Roma. Pontifici omnium Ecclesiarum cura est.	100.b
		S. Acedotes nõ dutores, sed mistri sunt bndictiõis.	51.c
		Sacerdo. ad iudices publicos accusare nemini licet.	100.d
		Sacrificiũ misse quomodo celebrari debet.	102.a
		Saducei neq. animas neq. angelos uiuere putant.	47.b
		Salices erant, non solum gentes, sed etiam carnales Iudei.	81.a
		Salomon filiu patris æterni manifesta uoce expresit.	66.c
		Salomonis tres libri de tribus uirtutibus theologice.	67.d
		Salomonis casus in senectute omnibus nobis formidabilis.	68.d
		Salom. libri boni sunt fructus, quãdecũq. fuerit ipse lignũ.	69.a
		Sancti nationes iudicabunt. i. spurcitas earũ condẽnabunt.	55. b
		Sapientia secularis assimilatur meretrici in prouerbijis.	67.d
		Sapientia apud Salomonem et uerbum apud Iohannem Euangelizam idem sunt.	68.a
		Sapientia pri coeterna, carnẽ suscepit, excidit colũnas 7.	69. b
		Sapientia quõ iustificata est à filijs suis.	ead. d
		Sapientia mater inistorum, S. iustitia mater impiorum.	70.a
		Sapientia seculi per muliere est in prouerbijis descripta.	eo. b
		Sapiens filius quõ recte dicatur.	ead. d
		Sapientia in qua deus oia fecit, nobis dies septimus est.	74.c
		Sara. i. princeps. fide: Agar. i. aduena, lege præfigurant.	47.d
		Scala Iacob, moraliter intelligi potest et allegorice.	52.a
		Sciẽtia tũ humana tũ diuina, in prius ab Abrahã.	39.c
		Scrivere uerba legis in limine et ostijs domus tue, quid e.	54.a
		Scripturæ sacre cur dicuntur scripturæ populorũ.	2.c
		Scriptura sacra tota un. p. liber e. q. ab uno spũ dictata.	4.a
		Scriptura scã tota propter hominẽ instruendũ cõditã e.	ead. b
		Scriptura uet. test. de trinitate clausa e iudeis et signata.	52.d
		Scripturæ sacre pulchra commẽdatio ex interpretatione Alphabeci i. i. b. c. e. o. r. u. m.	72.c
		Scrutari scripturas, nõ est scrutator e esse maicstatis.	89.c
		Seditio autores tres in Hierusalẽ sub Tito et Vespa.	87.d
		Semita iustitie, arta prudentibus huius seculi.	58.a
		Septẽ bestie capita, sunt septem precipua regna.	27.d
		Septies et septuagies septies diuersi sumi mysterij.	39.c
		Septẽ pastores antiqui, typum Christi gerentes.	57.b
		Septenarius numerus in bonam et malam partem uisificatẽ significat.	82.a
		Septẽ salutatiões Iuda p. ternos uiros, ab Abrahã usq. ad Chrũ.	86.a
		Septẽ colũne domus sapientie sunt septẽ spũs dñi.	90.b
		Septẽ spũs dñi, multiplici septenario designantur.	eo. c
		Septẽ spũs dñi p. Moysen in septẽ primis dieb. p. signati.	ead.
		Septem spũs dñi cur dicuntur septẽ columna.	92.a
		Septem spirituum plena requies in Christo.	eo. b
		Septẽ spũm duplex ordo, alius in Chro, alius in nobis.	ib.
		Seraphim duo, Apostoli et prophete.	99.a
		Signatum est super nos lumen iustitiae tui domine.	64.a
		Similitudo generationis carnalis ad spirituale et diuinã.	25.a
		Similitudo trinitatis in anima, mente, et fortitudine hois.	55.c
		Sion ciuitas omnũ electorum.	5.a
		Sion, presens ecclesia, Hierusalẽ, supra ciuitas. Vbi dicit, cuius.	52.c
		Regesere cã regibus et cõsiliibus terræ apud Iob, qdẽ.	11.c
		Resurrectio mortuorũ male à Saduceis negata.	47.b
		Rogabo patrem, quõ hoc conuenit Christo.	12.c
		Romana Ecclesia, latine ecclesia columna.	9.d
		Roma tropice olim Babylon nũc noua Sion est.	81.a. 88.d
		Roma christus Petro exeunt occurrens.	81.c
		Roma. Imp. nũc consistit filij dei sicut olim Nabuchodo. ibi.	ib.
		Roma. Imp. ex seuisima bestia, ut homo factũ est.	88.d
		Roma. Pontifici omnium Ecclesiarum cura est.	100.b
		S. Acedotes nõ dutores, sed mistri sunt bndictiõis.	51.c
		Sacerdo. ad iudices publicos accusare nemini licet.	100.d
		Sacrificiũ misse quomodo celebrari debet.	102.a
		Saducei neq. animas neq. angelos uiuere putant.	47.b
		Salices erant, non solum gentes, sed etiam carnales Iudei.	81.a
		Salomon filiu patris æterni manifesta uoce expresit.	66.c
		Salomonis tres libri de tribus uirtutibus theologice.	67.d
		Salomonis casus in senectute omnibus nobis formidabilis.	68.d
		Salom. libri boni sunt fructus, quãdecũq. fuerit ipse lignũ.	69.a
		Sancti nationes iudicabunt. i. spurcitas earũ condẽnabunt.	55. b
		Sapientia secularis assimilatur meretrici in prouerbijis.	67.d
		Sapientia apud Salomonem et uerbum apud Iohannem Euangelizam idem sunt.	68.a
		Sapientia pri coeterna, carnẽ suscepit, excidit colũnas 7.	69. b
		Sapientia quõ iustificata est à filijs suis.	ead. d
		Sapientia mater inistorum, S. iustitia mater impiorum.	70.a
		Sapientia seculi per muliere est in prouerbijis descripta.	eo. b
		Sapiens filius quõ recte dicatur.	ead. d
		Sapientia in qua deus oia fecit, nobis dies septimus est.	74.c
		Sara. i. princeps. fide: Agar. i. aduena, lege præfigurant.	47.d
		Scala Iacob, moraliter intelligi potest et allegorice.	52.a
		Sciẽtia tũ humana tũ diuina, in prius ab Abrahã.	39.c
		Scrivere uerba legis in limine et ostijs domus tue, quid e.	54.a
		Scripturæ sacre cur dicuntur scripturæ populorũ.	2.c
		Scriptura sacra tota un. p. liber e. q. ab uno spũ dictata.	4.a
		Scriptura scã tota propter hominẽ instruendũ cõditã e.	ead. b
		Scriptura uet. test. de trinitate clausa e iudeis et signata.	52.d
		Scripturæ sacre pulchra commẽdatio ex interpretatione Alphabeci i. i. b. c. e. o. r. u. m.	72.c
		Scrutari scripturas, nõ est scrutator e esse maicstatis.	89.c
		Seditio autores tres in Hierusalẽ sub Tito et Vespa.	





Alia v. glo-  
tiam.

de complacuit, faciemq; mentis ad occurrendum sibi delinuit, & hilarem effecit. Sed quomodo Iudæo competeret hic stare in dialogo (ur ille amicus postulauit) ante faciem Christiani reuelata facie contemplantis? sanctæ trinitatis: & quæstiones proponere, quarum solutio ne magis ac magis reuelatur uultus Moysi: cum ille à prima reuelatione statim fugere confueuerit: Amoto itaq; illo, sola cum quiete & tràquillo otio sacras perageret paginas Christiana fides, quatenus & ille non inturbet, & tu Christiane nihilominus habeas quod cupis, quantum per nos deo iuuant fieri potest.

# RVPERTI ABBA

TIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIO.  
ne Trinitatis, & processione sancti spiritus,  
LIBER PRIMVS.

Quòd mysterium sanctæ Trinitatis thesaurus sit desiderabilis, & quòd thesaurus in agro absconditus sit. Caput I.

Matth. 13  
Thesaurus absconditus in agro.



**T**HE SAURVS DESIDERABILIS TV NOBIS es ò admirabile mysterium Trinitatis, & thesaurus, absconditus qui dem, sed taliter, ut inueniri possis ab homine attento qui te querit, illuminatos per fidem habens suæ mentis oculos. Vbi enim thesaurus ille absconditus est? in agro. Sic etenim dñs dicit in Euangelio: simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Mira res, Non in sacculo, non in diuersorio, nõ in cubiculo intra cubiculum, ubi solent homines abscondere thesaurum suum, quia de furibus solliciti sunt, sed in agro, id est, in proparulo. Qualis, rogo, hæc est abscondito, absconditum esse in publico? Attamen ita est, & omnino uerum est. Hoc opus nunc suscepimus, & hæc præsentis operis nostri est intentio, demonstrare, qualiter uel quo thesaurus iste sit absconditus in agro: dicamus ergo, quoniam thesaurum istum solis cæcia absconditum inuenimus nos: & hunc oculos habentibus, qui tamen forte nondum satis uiderunt, & uidere uolunt, quasi prætextu demonstreemus digito.

Quòd sancta ueteris instrumenti scriptura ille ager sit, & quam ob causam conuenienter agri nomine significata sit. Caput II.

Psal. 85  
Scripturæ populorum sacra Biblia

**A**GER iste de quo proposuimus: sancta ueteris instrumenti scriptura est. Et recte dicitur ager: quia profecto res publica est res in aperto posita, & cunctis hominibus, imò populis omnibus, legere uel audire cupientibus, posita est. Hinc est illud in Psalmo ueraciter dictum: Dominus narrabit in scripturis populorum. Quid namq; est quod dicit in scripturis populorum, nisi ac si diceret, in scripturis quæ populis expositæ sunt, uel quæ à populis omnibus legi possunt? Quod ut diceret non fuisset necessarium nisi essent quædam scripturæ siue quædam scripta quæ non sunt populorū, uerbi gratia, scripta Platonicorum: scripta Aristotelicorum. Nimirum ad distantiam eorum, quæ illi scripserunt, scripturæ sacræ recte dicuntur scripturæ populorū, quia uidelicet populos, id est, simplices, à suimet lectione non repellunt, quin & mysteria non cito percipiunt, at saltem literalem sensum & moralem quoque facile capiunt intellectum. At illorum scripta uel dicta lubricis an fractibus effugiendo, simplices à se repellunt. Exempli gratia: si dixeris, mortuus est homo: dicunt, mortuus non est homo. Et ex parte uerum dicunt, quia si homo est, uiuisti autem mortuus est, & homo & anima & animatum corpus esse desit. Quod non attendentes populi, id est, simplices stant attoniti. Sed nihilominus uerum est dicere, mortuus est homo, eo uidelicet sensu, quo solemus à parte significare totum. Et recte appellamus hominem corpus humanum uita defunctum: & huiusmodi locutionem sicut populi, ita & scripturæ nostræ recipiunt, suntq; ob huiusmodi simplicitatem scripturæ populorum. Similiter quod hic de thesauro proposuimus, dicentes, absconditum in agro, id est, in publico, illi dicerent uel scriberent, oppositum esse in adiecto, & cætera huiusmodi qualia populi non intelligunt. Attamen uerum est, & non ita, ut sicut in eo quod antea dictum est: sic & in isto à parte significetur totum, imò de toto sentias totum, uidelicet quia totum apertum uel publicum est uidentibus, totum absconditum uel clausum est in uidentibus.

Sicut populi, ita & scripturæ, tropos admittunt.

Quomodo uel qualibus thesauris eiusmodi in tali agro absconditus sit, & à quibus cito possit inueniri. Caput III. Diximus

**D**Ixi mus quo in agro thesaurus iste absconditus sit, scilicet gloriosa distinctio personarum sanctæ trinitatis, iam dicendum, quomodo illic absconditus sit. Vtrūq; etenim demonstrare supra propositum est, & quo in agro, & qualiter absconditus sit. Non longe pro hac demonstratione exemplum petatur. Præfens enim adest idoneum, si respicias unde dixerit: Dominus narrabit in scripturis populorum. Vtq; dices mihi, quod hoc dixerit de illo, quod sub interrogatione præmiserat, dicens hoc modo: Nunquid Syon dicit homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus? Quomodo, uel in quantum hæc portio magna thesauri absconditi, hoc talentum magni ponderis, hoc sacramentum in carnationis, ad solam pertinentem personam filij, absconditum est in agro sæpe dicto: uel intantum & non occultius ibidem mysterium totius trinitatis absconditum est. Solis enim indignis, in uideri & non uideri uolentibus sic fuit absconditum, ut inueniri nõ posset dū quæreretur, & porcis bona margarita conculcanda non obiceretur. Proinde dicit: O Syon, nunquid dicit homo iste, & homo natus est in ea, subauditur ciuitate sua, de qua præmiserat: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei, & ipse fundauit eam altissimus. Nunquid, inquam, dicit hoc homo, scilicet quispiam totus terrenus, qualis est Iudæus siue hæreticus? Subauditur non. Hoc namq; dicere deorum est, & omnium filiorum excelsi: quod hic homo qui natus est in sancta Syon (quæ una ciuitas est omnium sanctorum atq; electorum angelorum & hominum) priusq; in ea natus est, ipse fundauit eam altissimus. Non hoc dicit homo, nõ intelligit qd, deditus sensui terreno. Ergo thesaurus absconditus. Similiter de omnibus sacramentis, & distinctione personarum sanctæ trinitatis, q thesaurus magnus est: sciendū, quomodo absconditus talis est, ut homo nisi delis nõ inueniat: deoq; autem uel filiorum excelsi multitudo fidelis, cito apprehendat.

Psal. 26

Syon, ciuitas omnium electorū. Psal. 21

Quod nõ in una parte agri, sed per totum agrum sacre scripturæ thesaurus iste, & indignis absconditus, & a dignis sit inuentus, uel cito inueniat. Cap. IIII.

**Q**UA tandem in parte, uel quibus in partibus agri thesaurus iste absconditus debet inueniri? Nam fortassis hoc quispiam putet, quod in parte seu in partibus, & nõ in toto agro thesaurus iste absconditus uel demonstrandus sit. Ad hæc inquam: nõ in partibus, siue per partes, sed in toto, uel per totum, per omnes terminos agri huius, thesaurus iste absconditus, iam dudum inuentus, & adhuc inueniendus est. Quid illud totum est? Nimirum omne quod ab initio creaturæ usq; nunc deus operatus est. Breuiter hic percurrere libet terminos agri, distinctio operum utilium, de quibus agit, de quibus omnis scriptura sancta consistit, iamq; promittere quod nusq; in omnibus his desit, per ipsam designata literam, cooperatio trinitatis. Primum est, creatio cæli & terre, se quens conditio creaturæ angelicæ, post hæc plasmatio hominis cum benedictione plasmatoris siue creatoris, deinde de post diluuium benedictio reparandi generis humani de hominibus paucis, post hæc facta ad Abraham promissio beati seminis, quod est Christus, deinde descensus dei in Aegyptum ad liberandum populum suum, post hæc modus benedictionis, quo peracto tabernaculo Moses filijs Israël benedixit, in uisus est, deinde sermo q de ædificatione domo domini ad David factus est, simulq; sacramenta psalmodi & præconia prophetarum, post hæc consolatio siue reuerio captiuitatis de Babylone, deinde Machabæorum uictorice pugnae. Per hos omnes terminos extenditur ille ager, & in his omnibus iste thesaurus absconditus est, & ut manifestius dicam, ex istis operibus dei sancta uetus scriptura conscripta est, & in singulis horum sanctæ trinitatis cooperationem non defuisse certum est, & hoc præsentis opere demonstrandū est. Quod demonstratum fuerit subsequetur opus clarissimum dominicæ incarnationis, passionis, resurrectionis, atq; ascensionis, & aduentus paracleti spiritus sancti, quod uidelicet opus nostra qualicunq; uel quantulacunq; declamatione tanto liberius, tantoq; uehementius personare poterit in gloria sanctæ trinitatis, quæ ab hinc predicatione publica per totum mundum cepit annunciari, quanto pluribus corroborata fuerit testimoniis ex dictis seu rebus gestis præcedentium ætatum seculi. Igitur ab initio creaturæ iam nunc exordiamur cursum suscepti operis.

Thesaurus in agro absconditus.

Opa trinitatis in agro scripturatum.

De capite libri: in principio creauit deus cælum & terram, qualis ibi sit absconditio huius thesauri, & q; filius principij sit, sicut ipse dixit, ego principium qui & loquor uobis. Caput V.

**I**N principio creauit deus cælum & terram: Terra autem erat inanis & uacua, & tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus dei ferebatur super aquas. Ecce qualis absconditio thesauri. Non nos pigeat, neq; fastidium cuiq; pariat frequentatio hæc nominum istorū thesauri & absconditio eius. In inuentione gaudiū est, & gaudiū circa inuentum discurrere libenter eadem repetit facit enim loqui ex abundantia cordis. Ecce ergo qualis absconditio. Cum sanctæ scripturæ spiritus in isto capite libri, sanctam trinitatem uel intelligi, unam tantummodo personam paruo subtegens uelamine, faciem eius dem trinitatis sapientibus & prudentibus abscondit, reuelaturus eam paruulis. Quo sub uelamine quæ personam

Gene. 1

In capite libri, testimonij de trinitate. Matth. 11.

personam abscondit: Nimirum personam filii, sub uelamine nominis principii. Sapientes quippe & prudentes, id est, superbi, qualium quidam dicebant eidem incarnato filio dei, tu es, in hoc dicto: In principio creauit, nihil aliud inuenerunt, aut inuenire uoluerunt, q̄ ac si diceretur, primo uel primitus creauit, quo sensu & poeta ethicus, licet insignis, dicere potuit: Principio coeli, terram, camposq; liquentes, Lucenemq; globum lunę, titaniaq; astrā, Spiritus intus alit. At ille paruulos attendens qui eum erant audituri, interrogantibus (ut iam dictū est) tu quis es: principium (ait) qui & loquor uobis. Hoc dicens, nimirum locum istum, caput istud sanctę scripturę retexit, ita ut non dubites, eum te uelle simul agnoscere illud quoq; quod in psalmo dicit ipse: In capite libri scriptū est de me. Quod est enim caput libri, nisi hoc initium omnium scripturarum ueritatis: ¶ Omnis quippe scriptura sacra, scriptura canonica, unus liber est, quia ad unum tendit, & ab uno deo profecta, uno eodemq; spiritu conscripta est. E contra scripta omnia quę cunq; non ueniunt ex eodem spiritu ueritatis, plures sunt libri. Propterea sapiens Ecclesiastes dicit: faciendi plures libros nullus est finis. Igitur in principio creauit deus cœlum & terram, & spiritus dei ferebatur super aquas: splendens caput libri glorię prædicat sanctę trinitatis. Fugiant qui oderunt eum à facie ista, sicut fugiebat tunc, & accedere timebat Israël carnalis, quando ex collocaione dei splendida facta est facies Moyli.

Chrs est principium, quia propter ipsum, & per ipsum sunt oia. Heb. z

Ois scriptura facta propter hominem est.

Quam ob causam filium suę uerbum dei principium decuerit nuncupari. Cap. VI.  
**Q**uam autem ob causam filii dei uerbum dei, principium decuit nuncupari? Nimirum quia omnia per ipsum facta sunt. Veruntamen adhuc pro causa præfenti parum dictū est. Nam non solum per ipsum, uerum etiam propter ipsum omnia facta sunt. Sic enim apostolus dicit: Decebat enim eū, propter quę omnia, & per quę omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionē consummari. Hęc est causa uera, causa digna tanti huius nominis, scilicet principii, quia ipse est propter quę omnia, & per quem omnia ipse (inquam) est omnis creaturę principalis, & efficiens causa. Dicit aliquis: Et deus pater nonne principium est? Plane principium pater, principii filius, principium spiritus sanctus. Veruntamen non tria principia, sed unum principium: sicut non tres dii, sed unus est deus. ¶ Cur ergo in isto capite libri, solam filii personam, inspirator sanctę scripturę, spiritus dei, principium nuncupare uoluit? Ad hęc inquit: Omnis iste liber, omnis sancta scriptura, cuius caput hoc est: In principio creauit deus cœlum & terram, cui creaturę, uel propter quam scriptus est creaturam: Nimirum propter creaturam humanam, ad instructionem creaturę humanę sancta scriptura condita est. Huic creaturę sine dubio una hęc persona, filius dei, triplici modo principium est. Duobus modis tam angelicę quã humanę creaturę principium est, uidelicet quia & propter ipsum, & per ipsum omnia, sicut ita superius dictum est: tertio modo, solius creaturę humanę, quia per passionem salutis nostrę autor consummatus est, salutis (inquam) nostrę princeps & principium est. Quod futurū non latebat Moysem, cum istam scripturam digito dei prædoctus scribere inciperet. Bene igit, & uenerabiliter secundum rei ueritatem pro Ben, id est, pro filio breuiter, id est, principii posuit, principium nuncupans filium dei. Propter quem, & per quem nos condidit, uidit, & saluandos fore præuidit: Proinde considerandum, quia licet pater quoq; principium sit, licet pater & filius & spiritus sanctus (sicut iam supra dictum est) unum principium sit, ex quo oia, per quem omnia, in quo omnia, nusq; tamen uel pater, uel spiritus sanctus legitur ita manifeste principium se nominasse, sicut filius se nominauit, dicendo Iudæis: Ego sum principium, qui & loquor uobis.

De eo quod in psalmo dicit pater filio: Tecum principium in die uirtutis tuę, in splen. san. ex utero ante luci. genui te. Cap. VII.

**E**t quidem in Psalmo: Dominus domino, pater filio dicit: Tecum principium in die uirtutis tuę in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te, & hoc ita intelligitur, ut dicat filio David, domino David, pater deus. Ego principium tecū sum, tecum operor in die uirtutis tuę, in processu uictorię, uel resur. rectionis tuę, quo uide licet die sancti splenderunt dispulsis tenebris, & accepta remissione peccatorum: ego (in quā) principium, id est, pater, qui ex utero ante luciferum, id est, ante omnem creaturam genui te. Nam Lucifer qui cecidit, quia principium esse uoluit, fuerit quidem principium uirum dei, sed iunior te extitit: Veruntamen expositio hęc, qua pater principium in hoc uersiculo intelligitur, scrupulosa est in firmis intellectibus, quod experimento didicimus. Putant enim ex hoc libere posse dici, q̄ pater sit principium filii, & ad eundem sensum pertrahere nisi sunt illud quoq; quod dicit Apostolus: Caput autem Christi deus. ¶ Vt ergo scrupulum omnino amoueat, & illa so calle fides procedat: sciendum, quia litera præscripti uersiculi nullam nobis necessitatem imponit, ut pater intelligatur nomine principii. Cum enim dicit: Dixit dominus domino meo, id est, pater filio, deus Christo, tecum principium, hoc recte intelligitur ac si

Rom. 11.

Iohā. 8.

Psal. 109

Iob. 40

1. Cor. 11

Psal. 109

ac si dicat: Iccirco sede à dextris meis, iccirco dominare in medio inimicorum tuorum, quia deus es, & non homo tantum, uerbum & non caro tantum. Deniq; hoc idem sonat: Tecum principium. Cum natura humana, secundum quam uisus uel reputatus es nouissimus uiorum, diuina natura est in unitate personę, antiquum & increatum principium. Quid aliud loquitur Petrus in actibus Apostolorum, dicens de hoc eodem domino: Qui pertransiuit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam deus erat cum eo: Nimirum nõ sicut dici poterat, fuit dominus cū Moyse, & sicut ad Iosue dñs dicit: Sicut fuit cū Moyse, ita et tecum non (inquam) ita dictū accipimus, quoniam deus erat cum illo, scilicet Christo, sed ita ac si diceret, quoniam ille non tantū homo, sed & deus erat & homo. Similiter cum hic audis dicentem patrem deum, ad mediatorum dei & hominū Iesum Christum: Tecum principium ne occasionem sibi porrectam arbitretur Arius, ut dicat, quoniam principium se hic appellat pater, ergo ille principium filii est, & hinc dicit Apostolus: Caput autē Christi deus, compendio facilius finem: sentiens & principium, id est, deum siue uerbum, & hominem assumptum, unam esse personam, Iesum Christū, cuius humanę naturę ipsa, quę illi infra est, uerbi diuinitas, & principium, & caput, & deus est. Amplius autē & pater, & filius, & spiritus sanctus, indiuisa trinitas, unum principium, unus deus, unum caput est.

Item de causa nominis principii, & de eo quod Apostolus ait: Propter quem omnia, & per quem omnia. Cap. VIII.

**M**ulta hinc iam dici poterant collectis de thesauro scripturarum testimonijs fidelibus, sed quoniam secundum ordinem scripturarum procedere nobis propositū est, succingi oportet, iamq; per aliquid simile demonstrare, quam ob rem scriptori Moyse, imò ipsi, qui per Moysen locutus est & scripsit digito dei, filium seu uerbum patris, principium in isto capite libri nuncupare placuerit. Iam quidem supra dictum est, quia propter ipsum, & per ipsum omnia, & ob hanc causam recte illum hoc nomine præscribi, sed adhibita similitudine melius eadem causa complacebit. Virum esse caput mulieris Apostolus dicit, iccirco quia non propter mulierem uir, sed propter uirum mulier facta est. Dixit enim deus: Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile sui. Illud isti simile est. Quod enim aliud habuit exemplar, ut taliter prius uirum, & deinde propter uirum, ac de uiro mulierem faceret, nisi uerbum suum filium suum, propter quę, & per quem omnia facta sunt: Deniq; q̄ fuit uni uiro mulier una, hoc est, & hoc futura erat uni filio dei, una omnium sanctorum angelorum atq; electorum hominum ecclesia. ¶ Differt tamen in facturis, sicut præpositiones grammaticę, ita & ueritas intelligentiæ. Nam & propter uirum, & de uiro mulier facta est, ecclesia uero propter filium, sed non de filio: non (inquam) de ipsa diuina substantia creatura ulla creata est. Vnde Apostolus recte dixit, propter quem omnia, & per quem omnia. Et Euangelista, Per ipsum, inquit, facta sunt omnia. Per hoc ergo simile aliquate nus mente percipi, q̄ recte filius dei principium in initio creaturę nominatus sit: quia si uir caput, id est, principium mulieris recte dicitur, iccirco quia propter eum mulier facta est, multo magis sine dubio filium dei recte principium scripturam nuncupat, iccirco quia propter ipsum, & per ipsum omnia.

Quod altius sonet hoc nomen principium dictum Iudæis, q̄ si dixisset, filius dei sum, uel Christus ego sum. Cap. IX.

**Q**uoniam autem hoc testimonio capitis libri principium se esse asserit, hoc modo respondens Iudæis: Principium sum, qui & loquor uobis, sanctum ac uenerabile est perpendere, quomodo & malignam illorum intentionem eludit, & ueritatē essentia suę non solum non abscondit, imò altius depromit. Altius quippe sonat hoc nomen principium, q̄ si dixisset, filius dei sum, uel Christus ego sum. Cui enim angelorū uel hominum licet aut congruit ut uocetur principium? Incommunicabile est ulli creaturę hoc uocabulū. Qui dicere ausus fuit: Ego feci memetipsum. Hoc enim apud Ezechielē dixisse rearguitur per spiritum propheticum, quod idem est ac si diceret: ego sum principium, propter hoc ipsum cecidit angelus, & factus est diabolus. ¶ Porro nomen hoc quod est filius, comunicabile est, & ipse pueris suis comunicauit siue participauit, quia comunicauerunt carni eius & sanguini, quem admodum & in Psalmo, spiritus sanctus longe ante protestatus est: Ego dixi dñs & stis, & filij ex celsis omnes. Nec uero illud repugnat quod Apostolus dicit: Cui enim angelorum dixit aliquando, filius meus es tu: subiungit enim, ego hodie genui te, quod totū nulli unq; alii dictum, aut dicendum est. ¶ Christus quoq; comunicabile nomen est, uerbi gratia, cum ipse deus in Psalmo loquens de patribus Abraham, Isaac, & Jacob: Nolite, inquit, tangere Christos meos. Igitur & altius, ut iam dictum est, ueritatē essentia suę deprompsit, dicendo principium, quā si diceret, filius dei, uel Christus ego sum, & malignam intentionem illorum sic elusit, ut non possent eum accusare apud Romanum imperium, quasi de assumptione regni nominis, Sic & in loco alio, dum circundantes illum dicerent: Quousque animant

Esaię. 55

Actuum. 10

Iosue. 1

1. Corin. 11

Ecclesia non de Christo, sed propter Christum Heb. z Ioan. 1

Ioan. 8

Principium est uerbum magis propriū uerbo dei, quam filius aut Christus Ezech. 29

Psalmo 81 Heb. 1

Psal. 104

Ioan 10

animam nostram tollis, si tu es Christus dic nobis palam, non statim ascendit contra eos dicendo, Christus sum ego, sed quasi gyrando post eos, & aliquid locutus de se pastore & ouibus suis, quam uidelicet professionem, si de illa accusaretur, non multum curarent Romani, tandem dixit: Ego & pater unum sumus, quod nimirum longe est altius, q̄ si dixisset, ego sum Christus, quia, sicut iam dictum est, multi dicti sunt Christi, intantum, ut Saulem quoq; reprobū, Dauid nominare non dubitauerit Christum domini.

¶ Quomodo pater, & filius, & spiritus sanctus unum sit principium, & quam ob causam magis de persona filii scire oportuerit, p̄sum esse principium. Cap. X.

Haereticis & Iudaeis non parces sed solum negabat principium esse.

**D**E persona filij pro posse hactenus dictum est, quam ob causam recte & rationabiliter principium debuerit nominari: nunc de persona patris, quod & ipse principium sit, non necesse est certis similiter demonstrare scripturarum testimonijs. Omnis enim concertatio prauitatis haereticæ seu perfidiae Iudaicæ, non tam circa patris, q̄ circa filij personam oberrare consuevit: qualium acerrimi fuerunt Arianī, qui non solum uerbis refragati sunt huic ueritati, quam tenet ecclesia dei de coeternitate patris & filij, uerum etiam gladijs eandem ueritatem persecuti sunt, uolentes quidem patrem increatū, filium autem creaturam dici uel haberi. ¶ Quod si quis in initio euangelij secundum Ioannem, dum dicit: In principio erat uerbum, patrem uelut intelligi per principium, ut sit sensus, in patre erat uerbum, uim facit literæ, nec locum relinquit sequenti sententiæ, quæ præmissa, In principio erat uerbum, statim subiungitur, & uerbum erat apud deum. Quid enim operabitur, & uerbum erat apud deum, si idem intelligis in hoc dicto, In principio erat uerbum? Melius ergo atq; expeditius, In principio erat uerbum, sic intelligimus, ac si dicat: ante secula erat uerbum dominus Christus, qui homo apparuit in fine seculorum. Hæc enim intentio est illius sancti euangelij defendere uel protestari, antiquitatem Christi filij dei, quod non ex Maria initium habuerit existendi, sicut tunc aiebant, & concertare ceperant quidam haereticī, interim dum in Paphos insula exulauit ille dilectus discipulus domini, qui & propter eandem causam nouissimus hoc euangelium scripsit. Sic ergo, ut iam dictum est, intelligi congruit in principio erat uerbum, Christus non ex Maria sumptus existendi initium, sed deus erat ante secula, qui homo factus est in fine seculorum. ¶ Hæc iccirco dixerim, non quod pater & principium non sit, nam & hoc superius dixit, quod & pater, & filius, & spiritus sanctus beatitudinis unum principium est, sed quod propter uel contra haereticos magis personam filij, q̄ personam patris opus erat defendi testimonio scripturarum, per hoc nomen quod est principium, quod non ipse factus uel creatus sit, imò propter ipsum, & per ipsum omnia facta sunt, & in hoc fuerit intentio Moysi, siue eius in quo ille scripsit digiti dei, dum in capite libri talem præmitteret sententiā: In principio creauit deus caelum & terram.

In principio erat uerbum

De spiritu sancto, uel processione spiritus sancti, quod tribus modis effecta sit, Primo ad creandum omnia, quo dictum est: Et spiritus dei ferebatur super aquas; Secundo, ut spiritualibus donis rationalis exornaretur creatura, Tertio, ut in remissionem peccatorū daretur, quod ante Christi aduentū non fiebat. Cap. XI.

Questio de spū sancto

**I**Nuenisti igitur o homo thesaurum hic, & thesaurus tuus expressa est sancta trinitas subsequente protinus hoc dicto: Et spiritus dei ferebatur super aquas. Nam qui creauit deus, ipse pater est & principium in quo creauit, ipse filius est & qui ferebatur super aquas spiritus dei, ipse spiritus sanctus est. ¶ De ista sancta trinitatis persona tertia, non ab re illud quaeritur, imò quaeritur & scitu dignum est, cur & hic, & per omnes fere ueteris instrumenti paginas uocetur spiritus dei, siue spiritus domini: in Euangelio autem, & ab ipso exordio Euangelij secundum Lucam nominetur spiritus sanctus, absq; relatione dei uel domini. Sic enim esse aduertere poteris, si mente uel sedula intentione percurras scripturas utriusq; testamenti, ueteris & noui. ¶ Hoc ergo si quaeras, uilem cito solutionem inuenies, quia spiritus eiusdem processio, quem procedentē sancta Christi ecclesia nuncupat, auctoritate ipsius dicitur: Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis spiritum ueritatis, qui a patre procedit eius (inquam) processio tribus effecta est modis secundum scripturas ueritatis. Primo, ut in principio, de quo iam dictum est, crearentur omnia; Secundo, ut spiritualibus donis humana exornaretur creatura, inter quæ maximum est illud, quod locutus est per Prophetas: Tertio, ut in poenitentiam & remissionem peccatorum daretur, quod ante Christi aduentū non fiebat. His ante perspectis, patet intelligi, quia ubi primo processit ad creandū omnia, sicut hic habes: Et spiritus dei ferebatur super aquas, recte dicitur est spiritus dei, quo nomine intelligitur, sicut ait pater Augustinus, quod sit ipse bonitas dei, etenim quia bonus est (ait) deus, iccirco omnia creauit. Et ubi dona sua distribuit, ibi scribitur spiritus domini: Exempli gratia, ut illic: Et recessit spiritus domini à Saul, & ferebatur in Dauid, Et ubi remissionem peccatorū

Solutio

Processio spiritus sancti

Gene. 1

1. Reg. 16

atorum cepit operari, scilicet ab aduentu Christi filij dei, glorioso uocabulo spiritus sanctus cepit nuncupari. Deniq; ante aduentum eiusdem filij dei, dabatur quidem in diuisione gratiarum, sed non etiam in remissionem peccatorum. Vnde est illud: Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Quia ergo ipse est omnium peccatorum remissio, nostra est sanctificatio, pulchre ex ore nostro tali honoratur uocabulo spiritus sanctus, non quod sanctificatus, imò quod sanctificans sit, siue sanctificator, & ipsa sanctificatio. Verge de huiusmodi, suo loco plenius dicendū erit, nunc ordinē seruaturi redeamus ad caput.

Cum & pater sit spiritus, & filius spiritus, quam ob causam hoc ipsum substantiale nomen, scilicet spiritus, huic uni personæ sæpius in scripturis sanctis assignetur. Cap. XII.

**Q**uamuis hic solum hanc personam spiritum nuncupauerit scriptura, dicendo: Et spiritus dei ferebatur super aquas, nihilominus tamen & ipse deus, cuius hic spiritus prædicatur, & ipsum principium, id est, filius, in quo deus creauit caelum & terram, spiritus est, & non tres spiritus, sed unus, sicut non tres dii, sed unus deus. Vnde in euangelio cum dixisset dei filius: Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate, nam & pater tales quaerit qui adorent eum, protinus subiunxit: Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Quibus in uerbis non illud intenditur, ut spiritus subiectum, & deus prædicatum sit, & iste sensus sit, spiritus sanctus est deus, licet & hoc suis in locis recte prædicetur: sed hoc nimirum, ut deus subiectum, & spiritus sit prædicatum, sitq; sensus, deus est spiritus. Quia uidelicet sancta trinitas, quæ hic, ut iam dictum est, intelligitur: In principio creauit deus caelum & terram, & spiritus dei ferebatur super aquas: sicut unus deus, ita ueraciter unus prædicatur & intelligitur spiritus. ¶ Quam igitur ob causam hoc ipsum substantiale nomen, scilicet spiritus, sæpius in scripturis sanctis huic uni personæ assignatur? Nunquid eo quod subtilior sit natura, cū sit una summæ trinitatis natura uel substantia? Non utiq; subtilior sit, neq; enim ulla est substantiæ dissimilitudo, sed est huius personæ propria quædam ualde subtilis operatio. Sic enim spiritus iste intelligitur in deo, quomodo in anima conscientia sua siue intencio. Deniq; & Apostolus cū dixisset: Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Continuo subiunxit: Ita & quæ dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus dei. Virtus altissimi est hic spiritus patris & filij, utraq; & enim personam hic recte intelligimus in nomine unius dei, cū dicitur spiritus dei, & in isto capite libri, & in toto libro, id est, scriptura sacra, ubi passim prædicatur spiritus dei, uel spiritus domini. Quod si distinctio personarū in hac ipsa relatione desideratur, exemplū in promptu est, cum in euangelio dominus dicit: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis, Et Apostolus ad Galatas: Quoniam (inquit) estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda nostra, & alibi loquitur: si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Virtus (inquam) altissimi est, sicut & filius fortitudo uel brachium domini, hoc in sua operatione proprium habens, quod per brachium quidem domini id est, per filium, facta omnis natura, uel formata est omnis creatura, siue substantia, per hunc aut uiuificata est, & uiuit deo omnis electa rationalis creatura tā angelicā q̄ humana.

Ioan. 7

Ioan. 6. 45

Alia questio

Responsio

1. Corin. 2

Spiritus sanctus uirtus altissimi dicitur

Mat. 10

Gala. 4 Rom. 8

De processione spiritus sancti, cuius uidelicet processio illud erat initium, quod ferebatur super aquas, & quousq; in opere suo processerit hic spiritus dei. Cap. XIII.

**I**am supra mentio incidit de eo quod hunc spiritum dei sancta Ecclesia procedentem, appellari consuevit appellatione solenni, auctore ipso filio dei, qui primus hoc uerbo usus est ubi dixit: Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis a patre, spiritum ueritatis, qui a patre procedit. Vnde sumptā putas uerbi, siue uocabuli huius auctoritatē, nisi ex hoc eodem capite libri, quia sic dictū est: Et spiritus dei ferebatur super aquas? Quid nam ferri super aquas, nisi iam proderat? Cuncta quæ locutus est homo factus, & inter homines ambulans, & docens filius dei, nimirum auctoritatem habet de sanctis scripturis, & in eas aspicebat etiam cum noua patretur loqui, iuxta quod de ipso dilecta in Canticis iam dudum dicebat: Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resistent iuxta fluentia plenissima. ¶ Itaq; sicut certum habemus, quia dicendo: Ego principium qui & loquor uobis, respiciebat (sicut superius memoratum est) ad istud caput libri, quo dictum est: In principio creauit deus caelum & terram, ita & ubi spiritum sanctum procedentem dixit, non dubitemus eum respexisse istud quoq; quia scriptum erat: Et spiritus dei ferebatur super aquas. Magna res est processio spiritus sancti, cuius uidelicet processio illud initium erat, quod ferebatur super aquas. Leuemus oculos nostros, oculos hominis interioris, oculos fidei diligentis, & intellectu quaerentis, & uideamus quousq; in opere suo processerit hic spiritus dei, & tunc aliquantisper perpendere poterimus dignitatem, siue pondus dicti huiusmodi spiritus ueritatis, qui a patre procedit. Certe cum procedere inci-

Spūs. cur paraclētus dicitur. Ioan. 14

Can. 5 Processio spiritus sancti magna





ecclesie columna, iam dudum per multa consilia, luce coruscans euangelica, & super petram fidei firmiter stans fundata, sic reuerberauit, concentorem ex ipsis Græcis habens Athanasium catholicum atq; orthodoxum, ut iam non sit nobis necesse quicquid addere, nisi quia spontaneum in sermonibus nostris huic processioni offerimus obsequium, & in scribendo de huiusmodi quoddam dulce in palato cordis ruminamus delectamentum. Tunc autem delectamentum hoc duplicatur, & spectatorem tantæ processionis lætificat abundantius, si cū auctoritate scripturarum ratio quoque suppeditat, ut non dubitet intima fides, quæ non minus à filio, quàm à patre, hic amborum spiritus procedat, deus ex deo, non differens in substantia, pax ambobus in maiestate, non par in gloria. Igitur, ut de ipsa processione utiliter delectemur, & delectabiliter utilia loquamur, dicendum in primis, quod finit, & quæ sint modi processionis eiusdem sancti spiritus.

Ad eandem ueritatis rationem multum illud ualere, quod dicitur filius nocte illa qua tradebatur

Sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadam: si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos. Cap. XVIII.

Sup. cap. II, Triplex, peccatorum spiritus sancti.

**I**AM quidem longe superius prælibatum est, sed nunc repeti, & latius explanari causa postulat, quia processio sancti spiritus tribus effecta est modis secundum scripturas ueritatis. Primo, ut in principio, id est, in filio, siue per filium crearentur omnia: inter quæ, ubi dictum est: Et spiritus deiferetur super aquas, maxima atque pulcherrima narratur facta esse creatura, lux intellectualis, scilicet creatura angelica. Secundo, ut spiritualibus donis humana exornaretur creatura, inter quæ maximum est illud, quod locutus est per Prophetas. Tertio, ut in penitentiam & remissionem peccatorum daretur, quod ante Christi aduentum non fiebat. De isto effectu processionis, quod est in remissione peccatorum dari, quis dubitet hoc dicere, quia secundum hunc modum spiritus sanctus à filio quoque procedit: Nam de illo quoque dato, quos spiritus idem diuisiones gratiarum distribuit, postmodum dicendum erit, quia nihilominus hoc etiam modo à filio procedit. De isto nunc dicere præstat, quod est in remissionem peccatorum dari, quo sine dato nullus unquam homini saluari poterit. Hoc ergo in primis libenter (ut spero) efficaciter accipiet auditor fidelis. Vado (inquit ipse filius dei) ad eum qui me misit, & nemo ex uobis interrogat me quo uadis. Sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia implebit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadam. Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos: Si autem abiero, mittam eum ad uos. Scio quidem & miror, locum hunc à quibusdam magnis & sanctis patribus sic esse tractatum, ut dicerent, apostolos Christi circa ipsum dominum non potuisse habere dilectionem spiritualem, nisi præsentiam sui subtraheret corporalem, atque hoc esse quod dicitur: Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos. Denique talis huius præsentis capituli expositio, uerticem rei, siue maiestatem sacramenti, de quo tunc agebatur in illa sacratissima cena, non attingitur dicere non dubitem, quia pro rei magnitudine seu pondere, sensus iste bonus quidem, sed nimium uidetur exilis. Amplius autem & hoc dicere licet, quod non iccirco factum est, quod hic prædixerat: Tristitia implebit cor uestrum, quia corporalem sui præsentiam ascendens in coelum, abstulit ab oculis eorum, imò & proinde magis gauisi sunt, sicut Lucas manifestius narrat: Et factum est (inquit) dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in coelum, & ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. Unde ergo contristari habebant, aut unde tristitia impleuit cor uestrum? Nimirum de morte eius, de qua tam diu contristati sunt, donec uenit Maria magdalena, resurrexisset illum nuncians, his (inquit Marcus) qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus. Hoc cōtine, inquit, fuit ire ad patrem. S. mori, quoniam dixit: Et nunc uado ad eum qui me misit. Plane hoc ad patrem ire fuit, à quo coronandis erit gloria & honor propter eandem passionem mortis. An non hoc euangelista dicit in initio eiusdem sermonis: Sciens (inquit) Ioh. 13 Iesus, quia uenit eius hora, ut transeat ex hoc mundo ad patrem, misit quæ, sciens (ait) quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad deum uadit.

Spiritus sanctus a filio quoque procedit.

Ioh. 16

Expositio insufficientis.

Tristitia implebit cor uestrum.

Lucæ. 24

Marc. 16

Heb. 2

Ioh. 13

Item de eodē dicto, quod spiritus sanctus tunc primū appellatus fuit paracletus, id est, consolator, eo quod sit ipse peccatorum remissio, quæ uidelicet remissionem peccatorum non dabit prius, nondum glorificato Iesu. Cap. XIX.

Ioh. 16

Causa huius nominis paracletus.

**I**gitur, ut aliquid dicamus dignum tanta grauitate oris ipsius domini, dicentis: Sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis, simul & illud perpendere operæ pretium est, quia nusquam ante illam sacratissimam cenam, in qua sermonem hunc habuit, spiritum sanctum, paracletum nuncupauit. Eruditæ mentis est, persentire causam nominis huius, scilicet paracleti, quod latine dicitur consolator. Quam uidelicet causam sentiens, simul etiam percipiet, quia multum pertinuit ad rem, ut tali in tempore potissimum (quod ante non fecerat, neque per semetipsum, neque per Prophetas) spiritum sanctum paracletum nuncuparet. Qualem enim tunc erat tempus, uel quid, illo tempore agebatur,

batur: Tempus erat passionis, tempus glorificationis: etenim hora eius instabat, ut per mortis passionem transiret de hoc mundo ad patrem, & iccirco tali transitu mox transiturus erat, ut acciperemus peccatorum remissionem. Neque enim aliter nobis peccata remitterentur, aut remittuntur, nisi per sanguinem eius. Er quæ rogo prima uel maxima est sanctorum omnium consolatio, nisi peccatorum remissio: Cum igitur dicit, si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos, sic intelligi uult, ac si dixisset, si enim per passionem mortis non transiero ex hoc mundo, neque uobis, neque antiquioribus, neque uenturis post uos, dabitur spiritus sanctus secundum hoc datum, quod est peccatorum remissio. Quam propter causam recte dicitur & uere est consolator. Cumque protinus subiungit: si autem abiero, mittam eum ad uos, hoc patenter enūciat, quod ab ipso procedat hic consolator. Hic spiritus sanctus peccatorum remissio & ipsa remissio. Er quis, nisi infidelis dubitare aut nescire uellet, quod de ista persona, de isto filio dei, peccatorum nobis remissio processerit: Nōne hoc ipsum nobis luce clarius facit ueritas euangelii, cum ipse, qui dixerat, si autem abiero mittam eum ad uos: postquam abiit, rediens & stans in medio discipulorum suorum, insufflans & dicens, accipite spiritum sanctum, statim subiunxit, quorum uelut remissio peccata, remittuntur eis: Et quidem spiritus sanctus non est status corporeus, ueruntamen per hoc uerbum quod dictum est, insufflauit, duo hæc nobis dat intelligi, & quod ex ipso procedat ista paraclesis, & quod per hunc spiritum sanctum tam facile sit omnia peccata dimitti, quam facile, cū uult, insufflare potest aliquis. Succurrunt multa cum ratione famulantia ueritati huic, & iccirco ut sermo prolixus minus fastidiosus sit, quasi respirandum est faciendo finem presentis libelli.

Cōuincit error gratiarum.

Ioh. 20. insufflauit cur dicitur ē

# RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, & PROCESSIONE SANCTI SPIRITUS. Liber II.

De thesauro nominis domini, quem qui thesaurizant subijpsi, iuxta beatum Iob reges & consules siue principes sunt. Caput I.



**VI** THESAURUS NOMINIS TVI fideliter thesaurizant sibi, o Trinitas deus, ipsi reges, ipsi consules siue principes sunt: De quibus beatus Iob, similibus talium diuitum esse cupiens loquitur: Nunc enim dormiens filerem & somno meo requiescerem cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines: aut cum principibus, qui possident aurum & replent domos suas argento. Quid ego tantillus, qui thesaurum hunc inuenisse me arbitror, absconditum in agro, sicut præscripsi in præcedenti libro: Putas ne sperare audeam, quod cum possidero, aurum hoc, & domum meam repleuero huiusmodi argento, dormiturus sum in silentio, & requieturus somno meo cum illis regibus & consulibus terræ: qui semetipsos regere, & alijs suo quisque tempore nouerunt consulere cum illis principibus, id est, sanctis doctoribus qui ut aurum hoc & argentum possiderent, ædificauerunt sibi solitudines sanctæ contemplationis, iuxta illam sententiam ueram, Scribe sapientiam in tempore otij, & qui minoratur actu, ipse percipiat eam: Quod si fiat iuxta præuifum olim memorandi Oromatis præsagium: utinam Iesu Christe, cū starum dominus mansionum, qui ostiarius ipse es & ostium, adducas me in domum illorum usque ad pedes, ne dicam confessum ipsorum, scilicet regum iam dictorum consulumque ac principum, cum sponcione hac, Ingredieris in abundantia sepulchrum. Hac igitur spe ceptum fidelis sermo peragat cursum, & procedentis spiritus sancti cum laude & gloria summæ trinitatis, quo ad potest, personæ præconiū, scrutetur de sanctis scripturis testimonium. Quod non minus à filio quam à patre procedat spiritus sanctus, & de eo quod ait filius, quem ego mittam uobis à patre spiritum ueritatis qui à patre procedit. Cap. II.

Caput I.

Iob. 2.

Ædificare solitudines quid est. Ecclesi. 38. Reuelationis plagia

Iob. 14

**I**am de processione, qua procedit in remissionem peccatorum, pauca dicta sunt & adhuc aliqua dicenda sunt, pro aspersione ueritatis huius, quod non minus à filio quàm à patre procedat hic unus idemque spiritus. Dixit enim ipse filius. Si enim non abiero paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos. Et de hoc iam dictum est. Restat, ut eiusdem filij dictum pro hoc ipso negotio ad medium deducamus, cui fortiter innitiuisti sunt sibi, qui dixerunt, quod à solo patre, & non etiam à filio, procedat spiritus sanctus. Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritum ueritatis

Ioh. 16

Argumentatio gratiarum. Ioh. 15

Responſio

Ephesios. 4. Pater, quā doq; perſo nā, quan doq; totius trinitatis nomē eſt.

Differens locutio, pater, et pater meus. Iohan. 5.

Iohan. 14.

Iohan. 4.

Chriſti teſtimoniū contra hæreticos. Iohan. 18.

Iohan. 9. Iohan. 15.

Iohan. 5. Et filius & ſpiritus ſan ctus ꝑꝑe de uſe eſt.

raus, qui à patre procedit. Ecce (inquiunt) quomodo diſtinxit, q̄ diligenter expreſſit. Nam dixit quidem, quem ego mittam uobis, ſed addidit à patre. Sed nec ſemel dixiſſe contentus, ne parum expreſſiſſe uideretur, ſubiunxit, Qui à patre procedit. ¶ Itaque ad confirmandū quod æque à filio, ut à patre procedat ſpiritus ſanctus, pater illis eſt, quod dixit filius pluri bus in locis, ego mittā uobis: niſi rationē demus, cur uel quid intendens addiderit, qui à pa tre procedit. Magna plane quæſtio, & ad ſoluendum eſſet difficilis, ſi iam conſtaret & nos concederemus, quod ubicunq; nominatur pater, una tantum perſona debeat intelligi, ſci licet deus pater unicus filij Jeſu Chriſti. ¶ At uero, ſicut apoſtolus dicit, unus deus & pater omnium, & nos in oratione dominica dicimus, diuina inſtitutione formati: pater noſter qui eſt in cœlis: diſcrete accipiendum eſt nomen patris, ut alias intelligitur pater omnium filiorū adoptionis, alias pater unicus & conſubſtantialis filij. Denique nobis, qui non nati, ſed ado prati ſumus, pater eſt unus idēq; trinus deus, pater & filius & ſpiritus ſanctus: illi autē, qui ſo lus eſt naturalis filius, una perſona pater eſt, & ad illum unicum filium relatiue pater dicitur. Diſcretionis huius ſignum hoc eſt. In euangelio eſt, ubi cum additamento poſſeſſiui prono minis dicat hic filius, pater meus uel patris mei: & eſt ubi dicit, pater, uel patrem, & à patre ſicut hic abſque additamento huiusce pronominis. ¶ Quod ſi diligenter diſcreueris, per pulchrum eſt animaduertiſſe, quia cum ſignanter dicit pater uel patris, cū præpoſitiōe hac meus uel mei, ea, quæ tunc loquitur, longe communionem excellunt noſtræ fraternitatis, ſcilicet, ut qualia tunc loquitur, nemini noſtrum, qui per gratiam fratres eius uel filij dei no minamur & ſumus, loqui ſas aut licitum ſit. Exempli gratia. Pater meus (inquit) uſque mo do operatur. Quod deinde ſequitur, & ego operor. Et, Amen amen dico uobis, non poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod uiderit patrem facientem. Et ſubinde, ſicut enim pater ſuſcipit mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uult uiuificat hæc & cætera quæ ſequuntur, cui filiorum dicere unquam licuit niſi huic unico filio dei: Vbi uero abſque pro nomine poſſeſſiui dicit, pater, ſic loquitur humiliora de ſe, ut pene congruant uel imitanda ſint paruitati noſtræ, quorum frater dignatur dici uel eſſe. Exempli gratia. Et ſicut manda tum dedit mihi pater, ſic facio. Humiliora nanque ſunt hæc, & aſſumptæ humanitatis humi litatem, qua ſine dubio maior eſt unus deus pater & filius & ſpiritus ſanctus, ſonant ea quæ ibidem loquitur, ſcilicet hæc: Si diligereſtis me, gaudeſtis utique, quia uado ad patrem, quia pater maior me eſt. Iam non multa loquar uobiſcum: Venit enim princeps mundi huius & in me non habet quicquam, &c. Promptum eſt diſcretionem iſtam, ſere ubique obſeruaſſe, in ſcriptura euangelij, niſi longum nimis uideretur legenti: præferſtim cum ex paucis iſtis commonitus, cætera per ſemetipſum ualeat experiri. Qui eſt cātare conſueuit ex perſona filij, rogabo patrem, & alium paraclætum dabit uobis. Itemque, meus cibus eſt ut faciā uoluntatem patris mei, ſciat Euangelista nō ſcripſiſſe, meus cibus eſt, ut faciā uoluntatem patris mei, ſed uoluntatem eius qui miſit memque ſcripſiſſe rogabo patrem meum (cū rogare ſit naturæ inferioris, & rogatio eius, ſacrificiū paſſionis eius fuerit) & ego rogabo patrem (inquit) & alium paraclætum dabit uobis.

Item de eodem diſto contra hæreticos, quia non ſequitur, ſpiritum ſanctum non procede re à filio propter id quod ait, qui à patre procedit, immo ſequitur ſpiritum ſan ctum deum eſſe, quia à diuinitate procedit. Caput III.

**E**Rgo quoniam procedente ſpiritu ſancto dixit, quem ego mittā uobis à patre, & meo non addidit: itemque, qui à patre procedit, & meo non appoſuit: ſic tuta & prouida fides recte intelligit, à patre, ac ſi dixiſſet, à diuinitate, quæ ſcilicet diuinitas una patris & filij ſubſtantia eſt. Requiritur nunc intentio uel cauſa propter quam dixerit hic il le teſtes fidelis, quia ſpiritus ſanctus à patre procedit: & tunc ſic ſonabit, ſic au dietur dictum iſtud ei, qui habet aures audiendi, ut uere uox firmamenti, uere ſonus ſublimis dei. ¶ Quæ nam intentio uel cauſa eſt, niſi ipſa propter quam natus eſt, & in hūc mundum uenit, ſcilicet teſtimonium perhibere ueritati: Sic enim dixit: Ego in hoc natus ſum, et ad hoc ueni in mū dum, ut teſtimonium perhibeam ueritati. Cuius uidelicet teſtificandæ ueritatis quæ ſumma eſt, niſi quod ſit unus uerus deus pater & filius & ſpiritus ſanctus: Nimirum ad teſtimonium huius ueritatis, magnifice pertinet illud, quod idē filius dei & de ſemetipſo dixit: ego enim ex deo proceſſi, & de ſpiritu ſancto teſtificatus eſt, qui à patre procedit. Quid eni o hæretici Arriani qui dixiſtis, quia ſpiritus ſanctus creatura eſt: & uos o Macedoniani, qui dixiſtis, quia ſpiritus ſanctus deus non eſt: Quid (inquam) o inſenſati: Quid aliud quā deus ex deo pro ceſſit aut procedit: Quod natus eſt ex carne, caro eſt. Et quod natus eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Sic procul dubio quod proceſſit & quod procedit ex deo, quod eſt. Proceſſit autē ex deo filius procedit ſpiritus ſanctus. Ergo deus eſt dei filius, ergo deus eſt ſpiritus ſanctus. ¶ Ecce quā breue dictum, quā magnum ſonat teſtimonium: Breue dictum eſt, ergo ex deo proceſſit, & magnum perhibet teſtimonium ueritati, quod filius dei deus ſit, Breue dictum eſt, qui à patre

patre procedit, & magnum perhibet teſtimoniū ueritati, q̄ ſpiritus ſanctus deus ſit. Magna hæc uox (ut ſupra dictum eſt) firmamenti, magnus hic ſonus ſublimis dei, ſuper ſerpentem anti quum deſonans, qui uictus eſt, & de cœlo proiectus eſt in terram, & ſuper aquā doctrinæ ne quam, quā miſit ex ore ſuo tanq̄ flumen poſt mulierē, id eſt, eccleſiam, ut faceret eam trahi à flumine, & hac uoce confortata terra, adiuuit mulierem, aperiens oſuſu, & abſorbens illud flumen, conuenientibus ſcilicet patribus de toto orbe terrarū, tanta cū oris apertione, ut per teſtimonia ſcripturarum annihilarent blaſphemias hæreticorū, quorū deterrimi fuerūt Ar riani, & poſt illos Macedoniani, qui dixerunt creaturā eſſe dei filium, creaturam & non deū eſſe ſpiritum ſanctum.

Itē de eadē ſentētia, quo pertinuerit, ut in illa ſacraſſima ccena, qua tradebatur, nō conten tus dixiſſe: quē ego mittā uobis, addidit dicens: qui à patre procedit. Cap. III.

**I**Taq; illud, quod cū dixiſſet dei filius: Paraclētū ego mittam uobis à patre, & addidit uel repetiuit dicens: qui à patre procedit.

Et à filio non procedit, uerū tamen amplius magnificandā demonſtrat maiestātē pro cedentis, ne putet quis, & dicat hæreticus, qui ſperat ab homine, & non procedit ab ipſa ſubſtantia. ¶ Ecce per ſimile hoc, quod dicimus, non nihil adiuuatur intelligētia fi dei. Apud Marcum Euangelista cum dixiſſet: Quiſquis unū ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit, continuo ſubiunxit: Et quicumq; me ſuſcipit, non me ſuſcipit, ſed eum qui me miſit. Humilis enim erat homo inter homines, mortalis inter mortales appa rebat, & homo tantū uidebatur, & deus eſſe nō agnoſcebatur. Proinde ne diceret aut cogita ret quis: quid pro magno reputas te ſuſcipi, aut quid magnum eſt in nomine tuo quoniam recipi, cū & tu homo ſis ut iſti, quos uis in nomine tuo recipi. Recte & opportune proſequeſtus eſt, & qui me ſuſcipit, non me ſuſcipit, ſed eū qui me miſit. ¶ Similiter quando hæc dicebat, quan do paraclētum ſpiritū ſanctū promittebat. Nonne & multo magis homo infirmus, & quaſi nouiſſimus uirorū apparebat illa qua tradebatur ueſpera, in illa ſacraſſima ccena: Nōne (in quam) tunc maxime in infirmitate noſtra laborabat, & non erat ſpecies ei neq; decor, unde & uidimus eū (inquit Propheta) & non erat aſpectus, & deſiderauimus eū deſpectum & nouiſſi mum uirorū, uirum doſoq; & ſcientem infirmitatē, & quaſi abſconditus uultus eius, & deſpe ctus: Proinde ne maiestas ſpiritū ſancti maior uideretur, uel tunc præſentibus, uel poſt fu turis, ex eo quod homo eiſmodi dixiſſet: quē ego mittam uobis, recte & neceſſario addidit, à patre. & repetens, qui (inquit) à patre, id eſt, ab altiſſima procedit diuinitate, un de & cre di, uel agnoſci debet quid altiſſimus ipſe. Per hoc ergo ſimile, ſicut iam dictū eſt, fides debet, ut firmior ſit, adiuuari: præferſtim quia non, ſicut ubi dixit, & qui me recipit, quaſi quandā negationem ſuppoſuit dicens, non me recipit, ſed eum qui me miſit, non enim (inquā) ſicut illic: ita & hic tali locutione uſus eſt, ut diceret: quē ego mittā uobis, nō ego mittā, ſed ſi q̄ me miſit.

Item ſicut ſontem eſſe proceſſionis huius, ſicut eſt & pater, Pſalmiſta dicens: Quoniam apud te eſt fons uitæ. Cap. V.

**V**igitur hauriamus uitam, & bibentes nō ſitiamus unq̄, accedamus tam ſcienter, q̄ fiducialiter ad hunc procedentem, non dubitantes filiū æque ut patrem huius eſſe proceſſionis ſontem, Vnde & cū Pſalmiſta dicamus tibi domine, quoniam apud te eſt fons uitæ. Vita enim, ſpiritus ſanctus eſt: & fons uitæ, filius dei eſt, & domi nus cui hæc loquitur: Domine in cœlo miſericordia tua, & cætera, uſq; inebriabunt ab uber tate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te eſt fons uitæ, deus pater eſt. Sic ergo in hoc pſalmo intelligimus ſontem apud dominū, ſicut in Euangelio, uer bum apud deum: flumen & de fonte, & de fontis uena procurrit: ſpiritus ſanctus & de filio, & de patre procedit. Flumen in quā, uerbi gratia, Phyſon ſu Gee on profluit de fonte qui eſt apud para diſum. Fluminis impetus, qui legitur ciuitatē dei, procedit de fonte qui eſt apud dominū de uerbo qd eſt, uel erat apud deū. Attamē ſimilitudo hæc nō eſt omnino perfecta, Nā para dyſus & fons, terra & aqua diuerſa eſt ſubſtantia, Et fluiuius localiter egredit de fonte ſiue de terra illa. Fons autē & dñs, apud quē eſt fons uitæ, & ipſa uita ſcilicet ſpiritus ſctus, una ſubſtantia eſt. ¶ Vide nūc ordinē ſiue iuncturā uerborū. Cū dixiſſet: Inebriabuntur ab uber tate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos, cauſam ſubiunxit, cur hoc deberet & unde poſſet fieri, dicens: Quoniam apud te eſt fons uitæ. Nam pro poſſe ſiue poſſibilitate talē præſens coniunctiuicula ſtructuram facit. Dixi, torrente uoluptatis tuæ potabis eos, id eſt, perfectam & inextimabilem iocunditatem eis dabis, & hoc bene poteris facere, quoniam apud te eſt fons uitæ, de quo procedit ſpiritus ſanctus, qui ipſe eſt torrens uoluptatis tuæ. Pro cau ſa uero ſic: Dixi, potabis eos, hoc iccirco debes facere, quoniam ipſi credunt & conſententur quod ſit apud te ille fons uitæ.

Ad eandem ueritatis rationem pertinere, quod clamans dixit fons ille, ſi quis ſi tū ueniat ad me, & bibat, & de fontis eiſudē apertione. Cap. VI.

B Nonne

Apoca. 12.

† adde rē, dei ſeu patris Mar. 9

† dixit Chriſt⁹: Qui à patre pro cedit.

lege ꝑ minor

Domine apud te eſt fons uitę Pſal. 35.

Gene. 2 Pſal. 45

Pſalmo 35.

Iohā. 7  
Si quis sitit,  
veniat ad  
me.

Ich. 13  
Ios patēs in  
ablutionem  
peccatoris  
& menstrua-  
ta.

Esa. 64

Iohā. 12  
Iohā. 19

Iohā. 12

Hōtes san-  
cti quō dicitur  
fontes.  
Esa. 12  
Psal. 17  
Iohan. 4

Psal. 155  
Zach. 12  
R. Nō a do-  
b. fectōne de  
fontibus,  
Iohan. 1

z Pet. 1

Iohan. 4  
Aqua uiuifi-  
cans.

Psal. 64

**N**onne hoc est quod clamans dixit fons ille filius ipse? Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent, aquae uiuae. Qui rogo magis uel melius congruit quod fons, ut dicat: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat. Habet enim fons quod de semetipso effundat, habet (inquam) fons uitae, qui apud te est domine uitam, id est, uiuificantem spiritum, qui ex ipso procedat, & in os sitientis siue bibere uolentis, id est, in interiora animae credentis, desiderantis, & uiuere uolentis, larga dignatione infuset. Hinc & apud Zachariam prophetam scriptum est: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutione peccatoris & menstruae. Gaudemus enim nomine fontis Christum dei filium in hac ratione designari, dum hoc in tendimus quod nulli dubium esse debuerit, quod nunc Ecclesia Catholica firmiter credit, quia spiritus sanctus non minus a filio, quam a patre procedit. Primum, in remissionem peccatorum, de quo uidelicet dato eiusdem spiritus sancti, & hic propheta dicit manifeste, in ablutionem peccatoris & menstruae, scilicet populi utriusque, peccatoris, populi gentilium menstruae, synagogae, cuius ex nobilioribus filijs unus Esaias hoc ipsum constituit & dicit: Et facti sumus ut immundi omnes nos, & quasi pannus menstruae omnes iustitiae nostrae. Sed nec illud ignotum esse debet, quando, uel ex quo die fons iste patens factus sit, & peccatorum, siue menstruatam abluerit, quoniam sic dictum est in die illa erit fons patens domui Dauid, Nimirum dies ille nunc est, dies glorificationis Iesu Christi domini nostri, ex quo exaltatus a terra ut omnia traheret ad se, cum emisisset spiritum, unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Tunc fons iste patens factus est, & ex tunc patet, quia non ante, sed ex tunc spiritus sanctus in remissionem peccatorum datus est. Quia etenim quippe (ut iam dictum) & saepe dicendum, semperque sciendum est) in diuisiones quidem gratiarum spiritus idem patribus & prophetis datus erat, sed huius dati, quod est ablutio, tam peccatorum eatenus quam menstruatam expersuerat. Hinc est illud dictum: Nondum enim erat spiritus sanctus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus.

De proprietate fontis illius qui est apud te domine, & de aequiuocatione fontium in scripturis, ut illic hauriat aquas in gaudio de fontibus saluatoris.

Cap. VII.

**F**orte dicit aliquis. Multorum communis appellatio, mystica est fons, etenim multi in scripturis fontes nominati sunt, multi (inquam) sancti homines, scilicet Prophetae & Apostoli nomine fontium significati sunt. Exempli gratia: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Item in Psalmo: Et apparuerunt fontes aquarum. Ipse quoque saluator mulieri Samaritanae loquitur: Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum; sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. Quomodo ergo, pro documento processionis spiritus sancti, dicitur astringere uolumus, quod non minus a filio quam a patre procedat idem spiritus sanctus, tantopere gaudemus de significatione filij, uocabulo fontis, quia sic scriptum est: Quonia apud te est fons uitae, & in illa die erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutione peccatoris & menstruae. Ad haec (inquam) magna distantia est fontis qui est apud deum, & ceterorum fontium, qui omnes, ut efficerentur fontes, de plenitudine eius acceperunt. Denique cum in hoc multum ab illo differant, quod omnes (ut iam dictum est) de plenitudine eius acceperunt, & adhuc multae sint differentiae illorum, maxima haec distantia est, quam protinus dicam. De illo fonte unico, qui erat & est apud deum, ipso profundo corde patris, non solum uoces aut uerba, sed ipsa procedit substantia spiritus sancti. De fontibus autem alijs, tantummodo uoces seu uerba eiusdem spiritus sancti, non ipsa eius substantia procedit. Quae nam sunt uoces, seu uerba spiritus sancti? Nimirum omnes scripturae ueritatis, quas utique per os sanctorum hominum locutus est spiritus inspirator ueritatis. Proinde diligenter perpende uerba haec. Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. Hoc ita recte intelligitur. Gratia spiritus sancti quam dabo, uel dare poterō ei (ille enim spiritus ex me procedit) non est, nec erit sicut spiritus huius mundi, siue sapientia seculi, quae non uiuificat, sicut aqua putei huius quam hauris, non facit tibi ut non iterum sitias, sed faciet in eo gratia eadem intelligentia scripturae uiuifica, quae uidelicet intelligentia sic perseuerat, sicut de fonte aqua profuerit non cessat, ut loquendo siue etiam scribendo, quasi quibusdam riuis, prae multa, id est, multorum irriget animas, fiatque quod dictum est per Psalmistam: Riuos eius inebrians multiplici gemitu eius, in stillicidij eius laetabitur germinans. Et hoc quidem facere potest quilibet fontium, scilicet sanctorum hominum, qui a deo inspirati sunt, profundere doctrinae riuulum, proferre sermonem bonum, ipsum autem spiritum sanctum homo homini perferre non potest, quantumcunque dono eiusdem spiritus abundet, nisi solus ille & unicus fons uitae qui sit apud te domine est.

De eo quod ait Euangelista: hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant

creden-

Cap. VIII.

**P**roinde ualde diligenter attendendum est illud, quod ubi dixit fons ille (sicut supra memoratum est) clamans in templo in magno die festiuitatis: Si quis sitit ueniat ad me, & bibat, qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae uiuae, protinus Euangelista subiunxit: Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Denique potest quidem simpliciter & absque offendiculo in pace fraterna suscipi siue intelligi, quod illud totum de spiritu sancto clamauerit, sed ubi dissonantia sit, siue contra dissonans de clamandum est, quem admodum hic dum agimus de processione spiritus sancti, caute discernendum est, quia non solum unum, sed quodammodo domino dixit. Si quidem in ipso literalis sensu aliud esse bibere, & aliud est flumina fundere, sicut aliud esse accipere, & aliud dare uel reddere. Quia ergo nec sic Euangelista scripsit, haec autem dixit de spiritu, sed hoc dixit de spiritu, libera patet expositio, quia quod clamauit dominus: si quis sitit ueniat ad me, & bibat, sine dubio de spiritu dixit testificans, quod spiritus sanctus de ipso procedat. Quod autem subiunxit qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquae uiuae. Item de spiritu dixit, sed hoc sensu, quod non ipse spiritus, sed uox uel doctrina spiritus sancti de ventre, uel ore hominis inspirati sese effundat, iuxta quod alibi dicit. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis. Sicut enim uox per hominem sonans spiritu sancto inspiratum, uerbi gratia Prophetam siue Apostolum, & proloquens siue sapientiae, siue scientiae sermonem, aut quodlibet de generibus linguarum, non est ipsa substantia spiritus sancti in anima, prout uult spirantis: sic flumina credentis de ventre fluentia, non est ipsa substantia aquae, quam quisille dat, uel ad quam inuitat dicendo: si quis sitit, ueniat ad me, & bibat, utramque & uox quam audis, flumina quae per uocem loquentis hominis diffunduntur, recte signantur nomine spiritus, eo uidelicet locutionis modo, quo plerumque solemus efficiens exprimere per id quod efficitur, ueluti cum ferrum calens dicimus ignem, & aquam frigore concretam dicimus hyemem.

Quod de ventre credentis in filium dei solummodo sacramenta scripturarum, quae per spiritum sanctum administrata sunt: de illo autem fonte, id est, filio dei, ipsa quoque procedit substantia spiritus sancti.

Cap. IX.

**I**gitur ab illo fonte qui deus & homo est, multum (ut iam dictum est) ceteri omnes differunt, quicumque fontes dicti sunt, uel dici meruerunt. Quia uidelicet de fontibus illis tantummodo flumina aquae uiuae fluxerunt, quae non sunt ipsa substantia spiritus sancti, sed administrata per spiritum sanctum sacramenta scripturarum: ab illo autem & ipsa substantia spiritus sancti procedit, quia deus est, & flumina scripturarum uoce corporea fluxerunt, quia homo est. Et multa quidem sunt huiusmodi flumina de ventre illius, & de ventre credentis in eum fluentia, sed quarum sunt fluminum cunctorum capita, id est, flumina principalia, flumina inquam, id est, sacramenta. Sicut enim unus est fons, siue fluius, qui egrediebatur, inquit scriptura, de loco uoluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita, id est, principalia flumina, sic de multis uel multiplicibus sacramentis quatuor sunt praecipua Christi sacramenta, quibus intendit omnis scriptura diuinitus inspirata, scilicet incarnatio eius, passio eius, resurrectio eius, ascensio eius. Haec flumina tam de ventre eius quod de ventre credentis in eum fluerent non desinunt, & uocem spiritus sancti tam per os eius quod per os credentium in eum Apostolorum haec sacramenta praedicantis, totus mundus audiuit, hoc interim excepto, quod ex abundanti est astringere, quia sacramenta haec ex ipso sunt condita pariter & annuntiata: ceteri autem annunciationis huius ad nos, ministri & adiutores fuerunt. Nunc de eo quod iam praelibatum est, spiritus ubi uult spirat, scilicet de ipsa processione, uel procedentis persona, quod deus & dominus sit, & eiusdem cum patre & filio maiestatis siue potestatis, in hoc ipso dum procedit, latius dicendum est. Nunc quod non minus a filio quod a patre procedat, haec tenus a nobis sermo habitus, profectus est.

De ipso procedente spiritu sancto, & diuina ipsius potentia, iuxta quam dictum est: Spiritus ubi uult spirat.

Cap. X.

**C**lausula haec quae breuissima: Spiritus ubi uult spirat, diuinam eiusdem spiritus sancti naturam, diuinam nihilominus potentiam, magnifice nobis, qui in eum credimus, enunciat, & manifeste quaedam definitio est, hunc discernens ab omni spiritu, quicumque deus non est, uel sub deo spirat. Nullus enim spiritus, praeter hunc spiritum qui deus est ubi uult spirat. Creatus quilibet spiritus bonus, siue malus spirat quo spirare mittitur uel permittitur, nec ita spirat, ut ipsa spiritus nostri substantiam ingrediat, nisi solus creator spiritus. Quid ergo est (inquis) quod quilibet homo spiritu maligno plenus dicitur: Sicut enim legimus hominem quempiam sanctum uel fidelem, uerbi gratia, Stephanum plenum spiritu sancto, ita & Iudam legimus peruersum a spiritu maligno, non quomodo dicitur, sed ita, ut de illo dicat Euangelista, quia intrauit in illum Satanas. Similiter de bonis spiritibus

Iohan. 7

De filio dei spiritus procedit. De sceleris hominum uox uel doctrina spiritus sancti. Iohan. 5

Quatuor praecipua flumina seu sacramenta Christi. Gene. 2

Iohan. 5  
Spiritus ubi uult spirat

Obiectio

Actu. 6  
Iohan. 5





Eccle. 4. Psalmo. 136

Ephe. 1. Apo. 12

nel qualibus debetur uinum consolationis huius? Date, inquit, scieram moerentibus, & uinum his qui amaro sunt animo. Moerentes illi sunt, amaro animo illi sunt, quibus est praesentis uitae taedium, & futurae desiderium, & iccirco laudant magis mortuos quam uiuentes, sicut dicit Ecclesiastes: qui cognoscunt lachrymosum exitum suum, iuxta illud: Super flumina babilonis illic sedimus & fleuimus dum recordaremur Syon. Ibi bibant, isti spiritum paraclorum accipiant, & obliuiscantur huiusce egestatis suae, & doloris huiusmodi non recordentur amplius: certi facti ex isto pignore, quod pedes sanctorum iam sunt stantes in atrijs tuis Hierusalem, ubi nulla est egestas, & dolor non erit ultra.

Quod moeror sanctorum, & amaritudo animi eorum descendat ex magna uirtute fidei, & iccirco consolatione spiritus sancti digni sunt. Cap. XIII.

**O** Igitur dulcis moeror, & amabilis amaritudo animi, tam magnam habens remunerationem gaudij sancti, tam iocundam uisitationem tanti domini, tam suauem consolationem tanti paraclati, unde te habet spiritus hominis, unde illi promissit: Nimirum ex uirtute fidei, & uerum illi testimonium perhibes, quod fides eius magna sit. Nisi enim fidem haberet in penetralibus suis, non incederet moerens, non esset amaro animo, non se cognosceret egenum & pauperem, non diceret (uerbi gratia) quod dixit rex praepotens & splendidus in gloria regni sui: Ecce sicut oculi seruorum in manibus, dominorum suorum, sicut oculi ancillae in manibus dominae suae, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec miseretur nostri: Nesciret dicere, quia multum repleti sumus de spectione, nesciret quale uel quantum in Adam honorem perdidit, quantum in illo obprobrium, quantum de spectionem haereditauit. Hoc etenim scire, fides est: Fides autem ipsa hominis uita est. Unde & dominus in Propheta dicit, & Apostolus emittit: Iustus autem ex fide sua uiuit, siue iustus autem meus ex fide uiuit. Pulchrum ergo & pium est uidere hunc introitum paraclati, ubi stanti illi ad ostium & pulsanti, fides ianuam aperit, & ille ingressus, demittit se dignantissima inclinatione in amplexum fidei, & cœnat cum illa, & ipsa cum eo. Nunquid enim soli filio dei dicere competit: Ecce sto ad ostium & pulso, si quis adierit uocem meam, & aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum, & non etiam spiritui paraclato? Imò & huic, nam ipse filius dei, siue uerbum dei, nunquam nisi per spiritum sanctum, huc ad manendum introire consueuit. Ipse spiritus sanctus dum est itineris, siue introitus, & miro atque ineffabili modo, cum ipse sit donum patris & filij, eum eo modo, de quo nunc agimus, scilicet sensibili gratia, quae magna praerogatiua est, introierit, & patrem dat & filium, id est, cognitionem efficit patris & filij.

De distantia fidei, & magna fides, & modica fides, & minima fides, certas ob causas nominantur in uerbis domini. Cap. XV.

**E**T nos quidem fere omnes fidem habemus, etenim sine fide (ait Apostolus) impossibile est placere deo, sed magnam fidem non omnes habemus, unde & eiusmodi gratiam non omnes accipimus. Denique est & magna fides, & modica fides, est & minima fides. Si non ita esset, non diceret alibi dominus: Magna est fides tua, & alibi: Quid timidi estis modicae fidei, & alibi: Quanto magis uos minima fidei. De tribus istis differentijs, breuiter aliquid pro elucidatione dicendum est. Modica fides est, ubi homines Christiani quidem, & Christum confitentur, sed in seculari conuersatione uiuentes, ita de castitate cogitant, & solliciti sunt, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur, ut propter hanc sollicitudinem acriorem uitam aggredi subterfugiant, & pene desperent de cura dei, si in aliquo horum uel ad tempus deficient. Ideo dominus dicit: Si autem scennum quod hodie est, & cras in clybanum mittitur, deus sic uersit, quanto magis uos minima fidei? Modica uero fides est, ubi propter metum mortis, sub articulo persecutionis, uocem quis abscondit Christianae confessionis, quod fecit Petrus ubi Christum negauit, & caeteri Apostoli, qui relicto eo omnes fugierunt. Ideo & Petro dixit, cum cepisset mergi, quia uident uentum ualidum timuit: Modicae fidei quare dubitasti similiter & in alia tempestate, tam Petro, quam caeteris discipulis: Quid timidi estis modicae fidei? Vtraque namque tempestate, futuram turbationem ludaeorum significabat. Prima, ubi scriptum est: Ipse uero dormiebat, cum nauicula opereretur fluctibus. Eius rei signum erat, quod dormiente domino dormitione mortis, discipulorum fides habebat periclitari. Secunda, ubi uenit ad eos ambulans super mare, & apprehendit manum Petri clamantis, quia dubitans coepit mergi, signum fuit resurrectionis, in eo ipso quod supra mare ambulauit, ambulaturus super fluctus mortis, sicut scriptum est: Qui ascendit super occasum, dominus nomen illi, & consolaturus eundem Petrum ut non amitteret gradum Apostolicum, qui tunc uocem clamauit, eo quod cepisset mergi, quando egressus foras, amare fleuit, & dominus lachrymantem respexit. Porro magna fides est, ubi tam Apostoli quam caeteri sancti, non solum mori non timuerunt, uerum etiam mori

Fides facit hominem recte moerentem.

Psalmo 122

Abacuc. 2. Rom. 1. Heb. 10. Apo. 5

Heb. 11

Mat. 17. Idem 8. Luc. 12. Minima

Mat. 6. Modica

Marci 14. Mar. 14

Mat. 8

Mathei. 14

Magna. Luc. 22

mori propter uitam aeternam praeroptauerunt, secundum exemplum illorum trium puero rum, qui cum dixissent regi Nabuchodonosor, ecce enim deus, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis rex liberare, addiderunt adhuc: Quod si non uerit, notum sit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexit non adoramus.

Item de magne fidei moerore siue amaritudine, & de eo quod Salomon loquitur, cor quod nouit amaritudinem animae suae, in gaudio eius non miscbitur extraneus. Cap. XVI.

**N**imirum ad hanc fidem pertinet ille dolor moerentium, uel eorum qui amaro animo sunt, propterea quia diu peregrinaetur a domino dum in corpore uiuunt, & nullam ab hoc seculo consolationem recipere uolunt. Gemunt gemunt, nec saltem iccirco gemunt quia morituri sunt, sed iccirco quia uiuunt: & iccirco uita ipsam desunt, quia uiuendo peccare timent. Ibi est locus, ibi causa postulat, ut eo (quo iam dictum est) modo spiraret spiritus, qui ubi uult spirat. Quo fructus? Cuius rei effectus? Nimirum, ut donum aliquod sumeret infusione tribuat, & tribuendo quasi manu patris consolationis facie plorantis animae demulceat, & lachrymam eius abstergat, & quasdam percipiat gaudij primitias, ut mitiget eam a diebus malis, & patienter uiuat, donec ueniat tempus suae uocationis, & sedens homo solitarius cum deo loquatur quotiens uult, & in dono quod accepit exerceatur. Hinc est illud: Cor quod nouit amaritudinem animae suae, in gaudio eius non miscbitur extraneus. Quae nam est amaritudo animae, nisi peregrinatio ista, pro qua uel cuius intuitu dicit (ut iam supra memoratum est) Psalmista, heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, multum incola fuit anima mea, renuit consolari anima mea. At uero istam amaritudinem non omne cor nouit. Multa corda sic obruta sunt, ut non sentiant, imo amaritudinem dulcedinem putant, non peregrinationem, sed patriam existimant uitae huius moram aliquantulum. Et quidem amara illis est mors corporis, imo & ipsa memoria mortis, quomodo Sapientia dicit: O mors est illud, quae est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, uero quiescit & cuius uiae directae sunt in omnibus, & adhuc ualent accipere cibum. Sed causam mortis, quae uere amaritudo est, non considerant, quod per peccatum mors introierit in hunc mundum, non recogitant. Non parua ergo seiunctione lugentes sciungit a non lugentibus, dicendo, cor quod nouit amaritudinem animae suae, in gaudio eius non miscetur extraneus, & hoc idem est quod saluator ait: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quod enim est gaudium cordis illius, nisi consolatio paraclati huius sancti spiritus, uisitantis cor illud propter scientiam amaritudinis ipsius? Et bene de isto gaudio dicit, quia in eo non miscbitur extraneus. Ipse est enim spiritus ueritatis, & docens omnem ueritatem, sicut & Psalmista dicit, spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: custodit animam, ne subrepat spiritus deceptionis, uere extraneus, quia ueritati contrarius. Hic iam fructus est magne fidei, quae iam amica (sicut supra dictum est) paraclato huic, ut introiret, aperuit moerendo in amaritudine, & nolendo siue renuendo temporaliter consolari.

De eo quod dominus praemisit, spiritus ubi uult spirat, subiungit, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat aut quo uadat: & quod ueniens idem spiritus, signum aliquod ostendat, competens gratiae quam importat. Cap. XVII.

**Q**uid tandem cum tali uel tanta dignatione spirauerit spiritus ubi uult? & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat aut quo uadat. Verus sermo quem dixit interdu propter causam uel discrimen aliquod tacere uelit. Exempli gratia factus sum (ait Hieremias) in derisum tota die, omnes subannati mei quia iam olim loquor, uociferans iniquitatem, & uassitatem clamito. Et factus est mihi sermo domini in obprobrium, & in derisum tota die, & dixit: Non recordabor eius, neque loquar in nomine illius. Cum hoc dixisset & hoc dicto tacere proposuisset, quid continuo sequitur? Et factus est (inquit) in corde meo quasi ignis exarsuans, claususque in ossibus meis. & defecisse non sustinens, iuxta hunc sensum se habet & illud, quod Psalmista praemisit, posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum, & filij bonis, continuo subiunxit, & dolor meus renouatus est, concauit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Vere ergo uocem eius audis, quia tacere non potest, filere non audet. Ibi enim est praceptor, qui tubam uocis largitus est & dicit ei: Clama ne cesses, & his similia. Sed tu forte hoc ignoras, quod tale intus monitorem habeat, & iccirco loquentem derides, clamantem subannas, sequitur ergo: Sed nescis unde ueniat, aut quo uadat. Reuera nescis unde ueniat, nam forte in alio cubiculo eras, & dormiebas, quando ille dominus, ille paracletus, illum, cuius uocem audis, uigilantem uidens, sicut Psalmista dicit: Anticipauerunt uigilans oculi mei, magna dignatione declinauit in eum, aut sicut flumen lactis, aut sicut torrens ignis

Dani. 3

2 Cor. 8

Esse. 9. us est solatio in paraclati.

Psal. 95

Prou. 14

Psal. 119. Hores munda ni mortem ment.

Eccle. 41

Beati lugentes.

Mar. 8

Psal. 142

Iohan. 5. Hō diuinitus spiratus, tacere nō potest.

Hier. 20

Psal. 78

Esa. 81

Ioh. 5

Psal. 78

Iuxta illud propheticum: Quia hæc dicit dominus, ecce ego declino in eos ut flumen pacis, & ut torrens inundans gloria gentium. Solet enim ipse procedens, quocumq; procedit, suæ processioni competentem facere apparatus, & secundū gratiam quam importat de multis diuisionibus gratiarū congeuū aduentus uel p̄sentie suæ sensibus animæ, aut corporis etiā oculis exhibere signum.

Narratio quorundam signorum, cū quibus uisitationem sui spiritus sanctus diebus nostris quibusdam dignanter infudit. Cap. XVIII.

**D**E signis maioribus nunc interim taceam, uidelicet de signo uel significatione, quæ super dominum in speciem columbæ, & super Apostolos eius apparuit in igne, ut erat & illius iudicis iram nobis mitigaturus, & istorum corda eatenus infirma per zelum bonum accensurus. De minoribus, quos nostro tempore uidimus, nō pigeat uel nos scribere, uel aliquem attendere, si fuerit beneuolus, quicunq; hæc legere dignabitur. ¶ Puellæ cuidam nomine Ualdradæ, cum esset in apparatu nuptiarum, quæ tamen animo eius non sedebant ipsa nocte, uigilant enim alij dormientibus, sic assilauit iste paracletus, ut præ magnitudine caloris euigilarent qui dormiebant, & inclamarent, putantes q̄ arderet ipsa domus. Iacebat iuxta matrem uiduam, sanctę uiduitatis propositum habentem, cum per fenestram domus superiorem ecce aduenit & intrauit ignis magnus, & descendens ad eam, quæ sola hæc uidebat, in os & in secreta uentris illius illapsus est. Prima ipsius mater præ magnitudine ardoris, quo fortiter tangebatur, somno excussa est, & inclamans alius, surgite (inquit) surgite, ardemus ardemus. At ille igniserat non comburens, sed illuminans, non corpus consumens, sed animæ lucens. Cum ergo turbarentur, & ardorem quidem sentirent, sed ignem non uiderent, tandē persensit mater, q̄ ardor ille de filia ueniens sese diffunderet, quæ iam diuino amore inflammata, uulnerato corde flebat abundanter, ita ut ex illa hora per multum tempus lachrymis fluere non cessaret. Quam uocem eius extunc audiuit aliquis? Contigerat enim illi secundum hoc ipsum capitulum, quod tractamus nunc, quod dixit dominus: Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quo uadat. Quam ergo uocem eius extunc audiuit aliquis, nisi uotum & propositum, & tenorem sanctæ uirginitatis? Deniq; usq; ad senectutem in proposito permansit, & in reclusionem uitæ solitaria duxit, tandēq; cursu consummato ante hos annos ferme quatuor pro terrenis, de quarū medio uocata fuerat, nuptiis ad cælestes (ut credimus) nuptias transmigravit. ¶ Alius quidam cum pene in consolabiliter lugeret incolatum suum prolongari, & cum ecclesiasticę laudaret mortuos magis q̄ uiuentes, & sicut de Anna legitur nusq; uultus adolefcentis in diuersa mutarentur, quadam nocte cum se sopori dedisset, dolore plenus & torus in luctu, ecce uidit quodammodo cœlum desuper modice aperiri, atq; inde quasi talentum lucidum substantiæ ineffabilis, substantiæ uiuentis, uelociter atq; dicto citius demitti, quod illapsum pectoris eius, magnitudine uel pondere suo protinus illū somno excussit, auro grauius, melle dulcius. Quod ubi illapsum est, primū quidem aliquantula morula quieuit, seq; ab omni motu continuit, illo quoq; quiescente (ut forte resupinus iacebat) & expectante euentum rei, mox autē moueri cœpit, & circuire uterū interioris hominis, uterū animæ, quem (ut fatetur) ipse nesciebat eatenus, quod tãtæ esset capacitatis. Circuibat itaq; modo mirabili res uiua, & uera uita, semperq; circuitus sequens erat præcedente maior, multoq; amplior, donec tandem ultima infusio ueluti quoddam magnū flumen inundans, hoc dabat intelligi uel sentiri, quod totum animæ uel cordis exceptorium plenum esset, & plus capere non posset. Quo factō, iterum quieuit paulisper, ut neq; influeret, quod iam fecerat, neq; efflueret quod postmodum fecit, & iterum uolebat homo interior quasi faciem clarius uidere illius substantiæ uiuentis, sed quodammodo occultabat se, ut non uideretur facies eius, cum ualde magno pondere portaretur, & in magna dulcedine sentiretur. Postmodum cœpit reflecti, aliamq; in parte circuitus agens in modum fluminis, per leuū latus effluxit, uidentibus oculis interioris hominis, quod cum ultimus fluctus efflueret, paululum substiuit, & ecce uidebam (ait) quia substantia illa pulcherrima quasi aurum liquidum erat.

Item de eo quod ait: Et uocem eius audis, quod uox hominis inspirati gemituosa fit, quid fit nescire unde ueniat, quid fit nescire quo uadat. Cap. XIX.

**I**Gitur quia nemo scit, nisi qui accipit quamlibet gratiarum eiusmodi, recte & ueraciter dicit ipsa ueritas, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quo uadat. Audis uocem gementis, audis uocem uerba dei loquentis, sed nescis uel quali de camino gemituosa uox formata sit, uel quali de flumine uox exultationis, & confessionis imbuta & lætificata sit. Hoc est nescire unde ueniat. Et quid est nescire quo uadat? Nimirum nescire quid desyderet, cur exultans gemat, gemens exulteret. Ipse scit quod tendat

tes nãda, & secundum scientiam ueram loquitur: Quemadmodū desyderat ceruus ad fontes aquarum, ita desyderat anima mea ad te deus. Et cætera his similia. ¶ Tu forte, dum ille secretum se esse putat, uel secretum habere quod amat, ut absq; arbitris fortiter prouellet suo gemat, & uocem sui gemitus ipse audiat, quam utiq; ipsum audire, sicut panem comedere delictat, ita ut ueraciter possit dicere: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, tu (inquā) forte casu, illo ignorante prope accubebas, & eo eiulante in sublime, & gemitibus frenā laxate, audisti & miratus es, audisti & compassus es, quippe qui eiusmodi uulnus necdum expertus eras, & iccirco nesciebas tantorum gemituum quæ uel qualis causa erat, & reuera mirari poteras. Quis enim tam fortiter gemere potest pro aliqua seculi amaritudine, quam gemit ille qui eiusmodi est præ dilectionis dei dulcedine? Ibi plane est quod Apostolus loquitur: Nã quodoremus sicut oportet nescimus, sed ipse spūs postulat, p̄ nobis gemitib; inenarrabilibus. Et uere mirum atq; ineffabile est, quod cum iste spiritus illis, qui dicunt: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon, pro consolatione detur, unde & dictus uel nominatus est paracletus, hic idem adueniens, cum se infuderit, totumq; animæ habitaculum in possessionem suam redegerit, adauget gemitus, multiplicat lachrymas, crebriora distendit suspiria, facie tamen permanente lætissima, ita ut tu oppido mireris hilaritatem uultus in publico, cuius quasi per insidias delitescens audieras gemitus in occulto. Sicut ergo nescis unde ueniat, ita & illud nescis quo uadat, nec satis unq; scire poteris, nisi & tibi similiter contingat, nisi simile uulnus ab isto spiritu pietatis excipias.

In isto qui inspiratus gemit, probatum esse illud quod ueritas promittens dixit: Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, & de eo quod Apostolus ter dominum rogauit. Cap. XX.

**I**n isto sane probatum est illud, quod ueritas promittens dixit: Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Quam enim ob causam, uel quo iure istud contingit, ut quod petit accipiat, nisi quia quod postulat, nō nisi secundum deum postulat? Hinc Apostolus cum dixisset (quod supra memorauit est) ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, continuo subiunxit: Qui autem scrutatur corda, scit quid desyderet spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Non ergo qui uis se scire debet, cum audit si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, ut fiat sibi quod petit, quia non omnibus istud congruit sed illis duntaxat, qui paracletum istū acceperunt secundum deum postulantem pro sanctis, quod reuera est postulare in nomine saluatoris, quem tunc in eodem sermone promittebat Apostolis suis. ¶ Sed dicit aliquis, Ipse Apostolus qui illa scripsit quæ præmissa sunt, & spiritus postulat pro nobis & cætera, quicq; præcipiam habebat eiusdem spiritus gratiam, sicut ibidem loquitur: Sed & ipsi nos ipsi primitias spiritus habentes, ipsi intra nos gemitus ipse (inquam) petiuit, & non datum est illi. Ait enim: Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ, propter quod ter dominum rogauit ut disceretur a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea! Nam uirtus in infirmitate perscitur. Nonne secundum deum postulauit? Aut nunquid non erat ipse unus de sanctis pro quibus istum gemituosum spiritum postulare dixit. At tamen non fuit datum illi. ¶ Ad hæc inquam. Vnde hoc habemus, quod non datum fuerit illi? Nunquid hoc ipse dicit: Scimus quidem nostros maiores & nobis multo meliores hoc dixisse, hoc scripsisse, quod non fuerit exauditus, & circa hoc laborasse, ut ostenderent illi non fuisse utile ut exaudiretur. Verū & si auctoritate illorum, quia magni habentur, nos quisq; premere uelit, nihilominus dicere nō dubitamus, quia exauditus fuit. Quid enim si non statim, non ad primam, non ad secundam, sed neq; ad tertiam rogationem exauditus fuit? Deniq; nec saluator hoc dixit: Si quid petieritis patrem in nomine meo, statim dabit uobis. Sed neq; sic intelligi uoluit, quippe qui dicitur: Petite & accipietis, pulsate & aperietur uobis, pulchrum exemplum perseverantiæ præmisit. Quis uestrum inquit, habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice cōmoda mihi tres panes, & cætera usq; propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi. ¶ Ne ergo dicas mihi, quia non fuit exauditus, & quod ab illo nequam angelo talis heros usq; ad finem uitæ fuerit colaphizatus. Magni fuerit hoc diuinæ dispensationis, ut interim colaphizaretur, ne inuenem extolleret magnitudo reuelationum, nam ut uirum prouectum militum temporerum, deinde ab eiusmodi colaphis redderet securū, bene decuit illum omnia suauiter disponentem cani & reuerendi capitis antiquum dierum.

Utrum postq̄ iste paracletus semel familiari uisitacione sese infuderit, contingere possit, ut sese auferat, & animam illam semel deosculatam prorsus & irreuerabiliter derelinquat. Cap. XX.

aquas

Esa. 66.

Mat. 5 Act. 2

waldrada puella spiritu sc̄o repleta.

Ioan. 3

Qualis est illa spūs, infusio, Platino 119. Eccle. 4. 1. Reg. 1

Psal. 43 Gen. 17. māgnus sed dulcis pie lugentibus

Rom. 8

Psal. 136

1 Cor. 16

Roma. 8

Obiectio

2 Cor. 12

Responso

Mat. 7

Luc. 11

Paul. cōtra angelū Satanæ exauditus est. Sapient. 7.

Quæstio.

**H**ic iam quæritur, utrum necne iste paracletus, postquam semel illa, de qua nobis ha-  
ctenus sermo fuit, familiari uisitatione sese infunderit in secretarium anime, rursus ita  
sele inde auferat offensus aliquo crimine, ut animam semel deosculata sua consola-  
tione prorsus deserat, & derelinquat desolatâ sempiterna desolatiõe: ¶ Super hoc  
breuiter respondere libet, quia nimia confidentia res periculosa est. Nō uult Apostolus quē-  
quam nimium confidere, qui de semetipso dixit, & utiq; pro exemplo ad utilitatem nostram  
dixit. Ecce enim me non arbitror comprehensisse. At idem alibi cum dixisset, sed & gloria-  
mur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem proba-  
tionem, probatio uero spem continuo subiungit. Spes autem non confundit, quia charitas  
dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Igitur non aude-  
mus quidem se curitatem prædicare illi, quicumq; est eiusmodi, qui talem sancti spiritus gra-  
tiam, de qua loquimur, accepit, quam appellat Apostolus primitias spiritus, ueruntamen hoc  
dicere non dubitamus, quod spes illius firmior sit, aut esse debeat pro tali ueruntamen pro eo  
quod iam senserit, q̄ custodem habet illum, de quo scriptum est: Ecce non dormitabit neq;  
dormiet, qui custodit Israel. ¶ Hoc enim dicitur illi, quicumq; Israeli similis factus est. In quo  
Nimirum in eo, quod sicut ille cum deo luctatus est, & contra deum fortis fuit & inualuit, di-  
xitq; ad eum flens & rogans eum, quæ uera fortitudo est, sicut Osee meminuit dicenti: Et in-  
ualuit ad angelum & confortatus est, fleuit & rogauit eum, non dimittam te nisi benedixe-  
ris mihi, & benedixit ei in eodem loco, sic & iste non nihil luctatus est cum deo, flendo quod  
sciret se esse peregrinum, & fortis fuit contra deum, & non poterat deus superare eum, nō po-  
tuit se continere flente illo & rogante, quin de multitudine uicerum suorum spiritum para-  
cletum effunderet in eum. Qui ergo custodiuit illum Israel & genus eius, ut confirmata bene-  
dictio, quibus multis illius populi peccatis offensa non deficeret donec Christus ex eo nascere-  
tur: Ecce (inquit Psalmista) non dormitabit neq; dormiet, id est, te uerum quoc; Israelitâ cus-  
todiet, ut non pecces, sed & si peccaueris, cito peccatum deplores, iuxta illud: Amen amē di-  
co tibi, qui credit in me etiam si mortuus fuerit, uiuet.

Responsio.

Philp. 5  
Rom. 5

Psal. 120.  
Luctatio Ia  
cob cū deo  
Ge. 32  
Osee. 12

Ioan. 11

Quod nulli nimia securitas habenda sit, & de eo quod Apostolus ait: Nolite contristare spi-  
ritum sanctum dei, & quod Dauid, quia contristauerat eum: Redde, inquit, mihi  
lætitiā salutaris tui.  
Cap. xxxii.

**I**gitur non nimia securitas habenda uel præsumenda est cuiq; dum uiuit, imò quanto sa-  
miliarius expertus est ofculū illud consolantis paracleti, de quo (ut supra meminimus)  
Apostolus dixit: Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum  
qui datus est nobis, tanto sollicitior esse debet, ne contristet eum deum spiritum, sicut idē  
Apostolus dicit: Et nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redem-  
ptionis. Et exponens quibus ex accidentibus solet contristari: Omnis (inquit) amaritudo, &  
ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à uobis cum omni malitia. ¶ Nam est qui-  
dem impassibilis natura spiritus sancti, ueruntamen dum se commouet habitans in homine  
donum eiusdem spiritus sancti, ipse homo in ipso motu minus dulcedinis, & plus sentit seue-  
ritatis, si quid negligentius egit, quod melius nouerunt illi qui experti sunt. Exempli gratia,  
Dauid hæc expertus erat, qui dicebat: Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me, statim sub-  
iungens: Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Nimirum quā-  
uis grauiter peccasset, non recesserat ab ipso spiritus domini, de quo sic scriptum est: Vbi Sa-  
muel unxit eum, & directus est spiritus domini in Dauid, à die illa in reliquum, sed non tam le-  
rum uel iocundum in motu uel attractu suo se exhibebat, sicut eatenus solitus fuerat, nec tam  
cito recuperauit lætitiā siue iocunditatem illam, nisi usq; ad satisfactiōem congruam, pas-  
sus interim foras & intus tribulationem magnam, ita ut fere nulli magis quàm ipsi congrue-  
rit dicere: Tribulationem & dolorem inueni. Sciendum quippe quod & intrus doluit,  
eo quod contristasset spiritum domini, & quæ foris tribulatio prouenit, scilicet  
domestica clades, sine dubio acriter illum tetigit, & quibus secundū  
corpus euaserit gladius filij sui, gladius tamen usq; ad  
animam peruenit, ferrum animam eius  
pertrāsiuit.

Rom. 5  
Eph. 4.

Quo cōtri-  
statur spi. s.  
in nobis.

Psal. 50

1. Re. 16.

Psalmo 14.

1. Reg. 15.  
Psal. 104.

Rupert

# RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS,

& processione spiritus sancti. Liber III.

Benedicendum esse dominū à nobis quantū possumus, & q̄ maior sit in laude, multa enim  
abscondita sunt & pauca uidimus operum eius.



**B**ENEDICENTES DOMINVM (ait QVI-  
dam sapiens) exaltate illum quantū potestis, maior est enim  
omni laude. Exaltantes eum replemini uirtute, ne labore ita  
non enim peruenietis. Quis uidit eum & enarrauit: & quis  
magnificauit eum sicut est ab initio? Multa sunt abscondita  
maiora his, pauca enim uidimus operum eius. Quæ pauca  
uiderat iste cum hæc diceret? Altitudinem firmamenti, & pul-  
chritudinem eius, solem speciosum, uas admirabile, opus ex-  
celsi, speciem lunæ & gloriam stellarum, quæ illuminat mū-  
dum, ut cætera opera domini, ac deinde uiros gloriosos le-  
gerat uel audierat, quos uel in quibus dominum laudare in-  
cipiens: Laudemus (ait) uiros gloriosos, & parentes nostros  
in generatione sua. Hæc omnia pauca & parua iudicans comparatione maiorum uel pluriū  
multa (inquit) abscondita sunt maiora his, pauca enim uidimus operum eius. ¶ Quæ nā sunt  
illa maiora uel plura abscondita & non uisa? Nimirum ante altitudinem firmamenti pulchri,  
à quo laudare cœpit, facti fuerant angeli quàm multi, ac nouem ordinibus distincti, de quibus  
uel de quorum gloria ordinata ac multiplici recte dicere potuit, abscondita sunt à nobis, &  
post uiros gloriosos, quorum laudem in ordinem digessit, usq; ad Symonē Oniæ filium, uen-  
turus erat Christus dei filius, tanta facturus in primo & secundo aduentu suo, ut de omnibus  
quæ nouerat, uel quæ eatenus ante ipsum facta fuerant, recte dicere poterit: pauca enim ui-  
dimus operum eius. ¶ Et nos quidem iuxta propositum quod proposuimus, absconditū in  
agros scripturarum, quærere siue ostendere thesaurū sancti nominis patris & filij & spiritus  
sancti, stetit aliquantisper in capite libri, quo dictum est. In principio creauit deus cælum  
& terram, & spiritus dei ferebatur super aquas, sed diligentia contemplandi processionem spi-  
ritus sancti longius abduxit nos. Redimus nunc ad ipsum caput, & de felicitate sanctorū an-  
gelorum aliquid eiusdem sanctæ trinitatis, cui assidue benedicunt, dicere intendimus.

De angelica creatura, quod facta sit ubi dixit deus, fiat lux, & de iudicio spiritus sancti in  
damnatione tenebrarum, siue principis tenebrarum diaboli.  
Cap. II.

**V**bi dixit deus, fiat lux, & facta est lux, & uidit deus lucem quod esset bona, & diui-  
sit lucem & tenebras, creaturam esse angelicam factam, & nomine lucis bonos an-  
gelos tenebrarum autem uocabulo, malos esse angelos significatos, multorum &  
maxime patris Augustini non parua pendenda firmat autoritas. Verū nos in alio  
opere de creatura ista mirabili, & de cæteris quæ de hinc scripturæ series creata uel facta nar-  
rauit latius tractauimus, & rerum ordinem pro posse diligenter profecuti sumus. Nunc ad  
presens propositum pertinet pia iocundi festiuitate sermonis celebrare beatitudinem hu-  
ius lucis, tanq; speculum summæ trinitatis, & laudare siue admirari iudicium spiritus sancti in  
damnatione tenebrarum, siue principis diaboli tenebrarum, quia pertinet contemplatio  
hæc ad laudem processionis ipsius, de qua iam aliqua diximus, & ad glorificationem trinita-  
tis, de qua simul dicere proposuimus.

De eo quod ait dominus ad beatum Iob, nunquid nosti ordinem cœli, & pones  
rationes eius in terra.  
Cap. II.

**N**unquid nosti ordinem cœli (ait dominus ad beatum Iob) & pones rationes eius  
in terra? Subauditur ut ego, & respondeas non. Nemo enim nisi solus deus nouit  
hunc ordinem cœli, cuius uniuersitas hic designata est nomine lucis dicente scri-  
ptura, Dixitq; deus, fiat lux, & facta est lux. At tamen aliquibus spiritus sanctus re-  
uelauit, ut partim quasi per speculum & in enigmate uiderent adhuc uiuentes in carne illum  
dicentem cœli opus beatorū trinitatis ter trinis distinctum choris, quos nomina hæc sunt, An-  
geli, archangeli, throni, dominatiōes, principatus, potestates, cherubin atq; seraphin  
Iste ordo cœli ordinatus ad uidendā atq; laudandā gloriam sanctæ trinitatis tantæ est bea-  
titudinis, ut recte admiretur Apostolus & dicat omnibus, qui illuc ad societatem illorum se-  
cundum præscientiam & prædestinationem dei uocati sunt, & iustificati atque magni-  
ficati illuc perueniunt, ac præuenturi sunt: Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor  
hominis ascendit, quæ præparauit deus his qui diligunt illum. Statimque subiungit: Nobis au-  
tem reuelauit deus per spiritum suum. Quibus nobis? Vtiq; hominibus in terra manentibus,  
terrenam habitationem huius corporis inhabitantibus, quis alius istis reuelaret nisi deus?  
¶ Cum

Ecci. 45

Ecclesiasti-  
ca plura &  
maiora ab-  
scondita fue-  
rūt q̄ uisa.

Argumentū  
libri hui' ter-  
tij.

Gen. 1

In xlij, lib.  
de operibus  
trinitatis.

Iob. 38.

1 Cor. 15  
Nouē chori  
angelorū.

Rom. 8  
1 Cor. 2.

Angelus apo-  
statis cur no-  
dax spūs s. in  
remissionē  
peccatorū.  
Ezech. 28.

Ezech. 29.

Esa. 14.  
Apo. 12.  
Supbia luci-  
feri.  
Ezech. 28.

Ezech. 31

Ironia inseri-  
ptura sacra.  
Gen. 5  
Psal. 43  
Esa. 47  
Ezech. 28

Ami? lu-  
mie sicut ve-  
stimento.  
Psal. 107

Iob. 38

Hier. 5

Exodi. 20.

Deut. 10  
Ex. ch. 28

Lucifer non  
statim v. cō-  
ditus est ceci-  
dit.  
Ezech. 28.

**fus est.** Nam ut in remissionem peccatorum nunquam detur apostatis angelis, iudicium veri-  
fuit, & est eiusdem spiritus sancti. Illi namque, cum suo principe diabolo non per infirmitatem  
seu per ignorantiam, sed per superbiam peccauerunt. Cuius videlicet superbiam magnitudi-  
nem spiritus propheticus apud Ezech. denotat verbis huiuscemodi, diaboli coarguens sub nomine  
principis Tyrus: Eo quod eleuatus est cor tuum, dixisti deus es sum, & in cathedra dei sedisti, & de-  
disti cor tuum quasi cor dei. Itē sub nomine Pharaonis regis Aegypti: Ecce ego ad te Pharaon, draco  
magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis, meus est fluuius, & ego feci memetipsum.  
¶ Pro huiusmodi superbia sententiam damnationis aeternae accepit, de caelo proiectus, factusque  
princeps tenebrarum, diabolus, qui fuerat angelus speciosus. Vnde apud eundem prophetam  
dicitur ei: Tu signaculum similitudinis plenus sapientia & perfectus decore, in deliciis paradysi  
deifuisisti, & cetera, usque, repleta sunt interiora tua iniquitate & peccasti & eieci te de monte  
dei. Quibus utique verbis tria praedicantur, horribilis eius superbia instrumenta, sapientia, de-  
cor siue pulchritudo, maxime ubi sub nomine Assur dicitur in eum, omnem lignum paradysi non  
est assimilatum illi & pulchritudini eius, quoniam speciosus feci eum. Tertium eius fuit magnitudo,  
nam cediti (inquit) non fuerunt altiores illo in paradysum dei, abietes non adaequaerunt sum-  
mitatem eius, & platani non fuerunt aequales frondibus illius. ¶ Ceterum vera magnitudo deus  
est, & vera sapientia, verbum dei, filius dei est: & vera pulchritudo spiritus sanctus est quae bea-  
ta trinitas, sanctorum angelorum & magnitudo & sapientia & pulchritudo est. At ille diabolus  
magnitudinem illam non honorificauit, sapientiam illam non adopravit, pulchritudinem illam  
non amauit. Quomodo ergo nisi per Ironiam plenus sapientia, & perfectus decore exte-  
riusque & protegens dicitur fuisse: sunt enim in scriptura sacra Ironiae grauiusimae. Exeplū gra-  
tiarum dicit sancta trinitas, ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est: cū reuera potius pro-  
pter peccatum comparatus sit iumentis, & similis factus sit illis. Et sicut filia Babilonis uirgo di-  
citur, cum sit meretrix. Itaque quod ibidem illi dicitur, omnis lapis pretiosus operimentum tuum,  
sardius, topazius, iaspis, chrisolitus, onyx, berillus, saphyrus, carbunculus, & smaragdus, qui  
sunt sanctorum nouem ordinem angelorum, cū improprio dictū esse sentimus, quia sic sibi ille ar-  
rogauit, ponens (ut supra dictū est) cor suum quasi cor dei, & dicens, in cathedra dei sedisti. ¶ De-  
ni- que solius dei est operimentum omnis lapis eiusmodi, id est, omnis perlucidus ordo angelicae  
dignitatis, sicut dicitur in Psalmo: Confessionem & decorem induisti amictus lumine sicut ve-  
stimento, id est, decora confessione sanctorum (qui omnes lumen, id est, filii lucis sunt) sic es in-  
dutus, sic es ornatus, ut aliquis vestimento suo. Quod nimirum parum est, de solis intelligere  
homini, filii lucis: nam & sancti angeli, imo & primū ipsi lux, & filii siue angeli lucis, confes-  
sione sua decora creatorem suum induerunt, & ipsi sunt, de quibus idem dominus ad beatū Iob  
dicit: Cum me laudarent astra maritima, & iubilarent omnes filii dei.

Quod recte & iusto dei iudicio diabolus spiritus sanctus suo respectu indignū iudicauit, reū  
aeterni delicti, & de ruina eiusdem diaboli, & quod postus fuit in monte  
sancto dei Cap. IX.

**Q**uia igitur per superbiam peccauit, recte & iusto iudicio spiritus sanctus procedens  
a patre & filio, non in illum, sicut in electos angelos, sed omnino longe ab illo decli-  
nauit, eandem passus ab ipso repulsam, quam & ex hominibus similibus eius pas-  
sus est, uel patitur dicens: Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic  
contemptum me domus Israel. Sicut enim illi populi Israel sibi adduxit, & legē siue iuba-  
las testamenti dedit illi in monte, qui & ob hoc dictus est mons dei, hoc exigit pro cunctis be-  
neficiis suis, ut diligeret eum, atque dicens, nunc Israel quid dominus deus tuus perit a te, nisi  
ut timeas dominum deum tuum, & diligas eum: & multa hic similia. Sic & illum malignū in ce-  
lo posuit, quem admodum dicit: Et posuit te in medio monte sancto dei, in medio lapidum igni-  
torum ambulasti. Hoc ab illo exigens, ut creatori & tanto largitori haberet gratias, utpote ra-  
tionalis creatura, & tanquam lapis appositus uel praeparatus in foraminibus suis susciperet  
ligaturas auri, uinculum dilectionis dei. Nam hoc est quod eadem scriptura dicit: Aurum  
opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es, praeparata sunt. Itaque quia per ni-  
miam (sicut iam dictum est) superbiam repulit a se amatorem deum, & contemptuosam ab il-  
lo spiritus dilectionis passus est repulsam. Neque enim in semetipso unquam recepit illū, quā-  
luis ita scriptum sit: Aurum opus decoris tui subauditur enim esse debuit uel promptum su-  
it. Iusto ualde iudicio, spiritus sanctus, non, sicut ad nos peccatores homines in remissionem pec-  
catorum procedit, & deinde diuisiones gratiarum superaddit, itant in illam creaturā & com-  
plices eius malos angelos facere unquam uoluit aut proposuit. ¶ De hoc miror quosdam contē-  
dere, dicentes, quod statim, ut conditus est, cecidit, cū hoc autentica nulla scriptura tradide-  
rit: imo & contrariū sonet quod hic scriptum est. Praemissio namque, & foramina tua in die, qua  
conditus es, praeparata sunt. Quod est dicere, & rationalis creatus es, & subtili dotat in gemitu,  
propter quod exculsionem non habes de peccato tuo statim subiūgit: Et posuit te in monte sancto  
dei

die in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in uis tuis, subauditur per hypocrisim a die  
conditionis tuae, donec inuenta est iniquitas in te. Et multa huiusmodi, quae quoniam non pos-  
sunt solui, cū sint uerba diuinae auctoritatis, necessario nonnulla debet intelligi mora, inter il-  
lud quod creatus est, & illud quod proiectus est, uel de caelo cecidit, iuxta quod dicit: Et pec-  
casti, & eieci te de monte sancto dei.

Responso ad illum qui forte quaerit, Ad quid posuit diabolus in monte sancto dei: &  
ut quid illi tanta contulit, cum sciret eum spiritus sanctus, qui omnia scrutatur,  
etiam profunda dei.

**H**ic forte quaerit aliquis, Ad quid illū talē posuit in monte sancto dei? Ut quid illi tan-  
ta contulit? Nunquid nesciebat spiritus, qui omnia scrutatur, etiam profunda dei,  
quod ille lapis durissimus atque rebellis, non recepturus foret in se auius opus deco-  
ris sui? Cur ergo illic posuit eum, ut ambularet in medio lapidum ignitorum? Hoc  
qui quaerit, quaerit & illud, cur idem dominus hominem in paradiso posuit. Neque enim illū  
in paradiso fecit, sed tulit ergo (ait scriptura) dominus deus hominem, & posuit eum in para-  
diso uoluptatis, ut operaretur & custodiret illum. Dicit ergo: Nunquid nesciebat deus quod fu-  
turum esset, ut non operaretur & custodiret illum. Ut quid ergo illic posuit eum? ¶ Ad haec  
inquam. Non nesciebat deus, sed nisi angelum in caelo, & hominem tentasset in paradiso, ut  
nota fierent seculis superuenturis, uel quae in corde angeli, uel quae in corde erant hominis,  
nos iudicia eius laudare nesciremus, multūque desessat nobis de cognitione dei, cuius cognitio  
uita aeterna est, quem admodū dicit ipse filius dei, Haec est autem uita aeterna, ut cognoscant  
te uerū deum, & quem misisti Iesum Christū. ¶ Hoc quod diximus per aliquid quod simile melius  
intelligitur. Cū dominus Moysen mitteret ad Pharaonē, dicens: Clamor filiorum Israel uenit ad  
me: Veni mitti te ad Pharaonē & c. haec quoque dixit: Sed ego scio quod non dimittet uos rex  
Aegypti ut eatis nisi per manū ualidam. At tamen ipsam manū ualidam non statim exercuit,  
non statim primogenita Aegypti, uel ipsos Aegyptios cū Pharaone percussit, sed prius mul-  
tis & bonis illum sermonibus conuenit, pluribus signis leuioribusque plagis tentauit, donec sci-  
rent qui uiderunt, sciremus nos quoque qui legimus, glorificationem domini in curibus Pha-  
raonis & exercitus eius, quā iustus est dominus, Pharaon autē & populus eius impius. ¶ Sic nimirum  
idem dñs, cū sciret de angelo illo, quod esset malus, debuit eum non statim iudicare, uel dānare  
ceteris uidentibus, sed tentare prius, similiterque hominem, ut sciremus nos quoque cū angelis  
sanctis ab effectis, siue ex operibus, quod solus sciebat deus iam, nullis adhuc malis meritis  
praecedentibus, & scientes iustitiam eius, uel in illius angeli ruina, uel in hominis poena  
laudaremus.

Propter quid tam terribili iudicio damnatus fuerit, & de eo quod in Apocalypsi dictū est:  
Vnum de capitibus bestiae quae habebat capita septem, quasi occisum in mortem, & plaga  
mortis eius sanata est, siue habet plagam gladii & uixit. Cap. xli.

**S**uperius iam diximus, spiritum sanctum paracletum, unūque uel scieram consolationis  
eius, secundum uisionem Lamuelis dandum esse merentibus, & his qui amaro animo  
sunt, id est hominibus, & qui peccatorum sibi consciū, constanter secundum deum, &  
ab hoc seculo consolationem recipere nolunt & renuunt. At illi apostatū angeli, cum  
suo capite diabolo, quod longe fuerint uel sint ab isto laudabili merore, ab ista dulci amaritudi-  
ne, mirabiliter innuit scriptura libri Apocalypseos, cuius quot uerba, tor pene sunt sacramenta.  
Imo & amplius dicas, parum enim pro merito uoluminis dictum est (ait B. Hieronymus) nā  
in uerbis pene singulis multiplices latent intelligentiae. Quomodo ergo illa scriptura dicit:  
Et unum, inquit, de capitibus eius, uidelicet bestiae, quae habebat capita septem, quasi occisum  
in mortem, & plaga mortis eius sanata est. ¶ Septem bestiae capita, quae illa erexit contra mulie-  
rem in utero habentē, quae & clamabat parturiens, & cruciabatur ut pareret, ut cum peperisset  
deuoraret filium eius: nos intelligimus septem regna mundi huius principalia, siue notissi-  
ma, quae a tempore promissionis beati seminis, quod est Christus, in hoc saeculo agente dia-  
bolo (cuius corporis sic illa regna recte intelliguntur capita, sicut omnes iniqui recte dicuntur  
capita & sunt eius membra) ut promissio non adimpleretur, ut Christus non nasceretur, aut ut  
natus moreretur, & periret nomen eius. Primum illorum fuit regnum Aegyptiorum, quod  
maculosum seminis Abraham omnes iussit interfici, aut in aquis necari. Secundum, regnum Isra-  
elitarum carnalium, quod maxime regnante & agente Iezabel promissionis uerbum abolere  
uoluit, cultum Baal superadiciens uictulis, quos fecerat Hieroboam, & pro his interficiens  
prophetas, & suffodiens altaria domini. Tertium, regnum Babyloniorum, quod populū illum  
captiuaui, & tres pueros nolentes adorare statuam, quam erexerat, misit in caenum ignis.  
Quartum, regnum Persarum & Mædorum, quod agente Aman, uniuersum Iudeorum genus  
delere uoluit. Quintum, regnū Graecorum, cuius uires diabolus maxime per Antiochum Epi-  
phanen sibi assumpsit, sicut narrat Machabæorum libri. Sextum, regnum Romanorum, quod  
Christū

Questio  
1. Cor. 2

Gen. 2

Responso

Iob. 17  
Similitudo  
Exodi 5

Pro. 58

Laus libri  
Apocalyp.

Apo. 15

Ibidem 12  
Septē bestiae  
capita, septē  
regna sunt  
praecipua

Exo. 1

3. Reg. 19

Dani. 5

Hester 5  
1. Machab. 1



Christum, & martyres eius interfecit. Septimum regnū erit Antichristi, de isto recte intelligi- gas quod dictum est: Et unum de capitibus eius, quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius sanata est. Diabolus enim est, uel erit, qui plagam æternæ damnationis in celo accepit, sed plaga mortis eius, inquit, sanata est, siue (ut postmodū repetitum est) habet plagam gladij & uixit. Mirabiliter ergo (ut supra dictū est) scriptura hæc duritiam eius innuit. Quid enim est dicere habet plagā gladij & uixit, nisi & damnatus est, & superbit: Et quid est dicere: quasi occisum caput in morte, & plagā eius sanatam esse, nisi de perditione & separatione ipsius a deo, quæ uera occisio, & uera mors est, non curare, imò & continere, ac se metipsum quasi uiuum, id est, iustū defendere? Non enim uere uiuit, aut uere plaga eius sanata est, sed iccirco dictum est, quia sic sibi arrogat, sic consolatur miser.

De eo quod dictū est ad B. Iob: Spiritus eius ornauit celos, & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Cap. XII.

**I**gitur non minus scienter quā fideliter dicimus, ad laudē huius procedētis spiritus sancti, quia sicut nunc, ita & tunc super omne cor impcniens iusti & recti in processio- ne sua tenuit iter iudicij, donis gratiæ sauz a humiles & subiectos per ornās angelos & relinquens superbos diabolum, simulq; cōplices eius omnis spiritus superbia fia- lios. ¶ Hinc illud ad B. Iob pulcherrime & uerissime dictū est: Spiritus eius ornauit celos, & obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. Neq; enim, quoniā de beatis Aposto- lis recte intelligitur hoc dictū: Spiritus eius ornauit celos, iccirco minus uerū erit, hoc senti- re, uel dicere de illis beatis angelis, quos ornauit idē spiritus, nouē ordinibus distinctos. Et quā tunc quodque ductus est coluber tortuosus, quādo dixit dominus: Nuuc iudiciū est mūdi, nūc princeps huius mundi eijcietur foras, quod tunc futurū erat, quādo scriptura ista condeba- tur, non iccirco minus ueq; est, iā tunc de celo illum fuisse eductū educatione terrificā, cuius meminit ipse dominus dicens: Videbā fatanā sicut fulgur de celo cadentē, imò & adhuc ter- tia uice est educendus idem coluber tortuosus, summa trinitatis aduersarius, & proinde tri- no iudicio damnatus atq; damnandus, scilicet in die iudicij, quādo fiet illud, quod itidē bea- to Iob dominus loquitur: Ecce spes eius frustrabitur eum, & uidentibus cunctis præcipita- bitur. Nunc uide quanta res, quanti ponderis actio, quā breui, quā parco designata est eloquio, dā dicit: Et obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus, præmissio: Spiritus eius or- nauit celos. Quidnam est obstetricare, nisi nascentes infantulos excipere, & diligenter tra- ctando ad uitā custodire? Cum ergo hæc dicit, mirabiliter creatoris nostri designat, quam ha- buit, uel habet curam, circa electā creaturā suam, tam angelicā quā humanā, pro ipsius crea- turæ humilitate, sicut scriptum est: Custodiens paruulos dominus, humiliatus sum, & libera- uit me. ¶ Ic circo plane & quādo celos illos ornauit, qui sunt sancti angeli, colubrū tortuo- sum eduxit, id est, diabolum de celo proiecit, ut ablato scandalo faceret pacē & concordiam in sublimibus suis. Et quādo celos alios, id est, Apostolos ornauit, iccirco colubrū eundem tortuosum eduxit, id est, foras eiecit, sicut ipse in euangelio dixit, ut liberati per sanguinē ipsi- us a scandalo peccati, sciremus & possemus seruire creatori nostro & redemptori. Et quādo celos omnes, id est, sanctos omnes, tam angelos quā homines, ita perornabit, ut & angeli iam non habeant negotiū administrandi, sicut administrant, & usq; ad diem illū admini- strabunt, unde & Apostolus dicit: Nonne omnes sunt administratori spiritus, in ministeriū missi propter eos, qui hæreditatē capiunt salutis: & homines siue hominū spiritus, resumptis corporibus, duplici gloria corporis & animæ remunerentur, iccirco colubrū eundem tor- tuosum funditus educet, uidentibus enim cunctis præcipitabitur, ut omnia scādala deregno eius auferantur, pacēq; habeat illa dormitio, de qua itidem ad beatū Iob dictū est: Quis enar- rauit celorū rationem, & concentū celi quis dormire facit?

De eo quod dictum est ad eundem beatū Iob: Quis enarratū celorū rationem, & cur saltem nec ipse Moyses describere debuerit rationem celorum, id est, sanctorū ordines angelorū, qui primus enarratū rationes terrarū generationes filiorū hominum. Cap. XIII.

**S**uper fundamentum literæ huius pulcherrimum atq; firmissimum, libenter atq; de- stabiliter superæ discauimus, quoad possumus, cepti sermonis aurum, siue argentū, aut aliquid preciosorum lapidum ad laudē spiritus sancti, qui ornator est eiuimodi celorum. ¶ Sed interim occurrit quæstio, quā quæri potest, quid nullus enarrare debuit eatenus rationem eorundem celorū. Et enim cū dicit dominus: Quis enarrabit celorū rationē: subauditur nullus, ego autem sum enarraturus. Deniq; Moyses, qui ante beatū Iob, & literas primas, scilicet hebraicas, deo uel digito dei scribente, sibiq; tradente, accepit, fere nihil de illorum ratione celorum enarratū, nisi hoc tantum. Dixitq; deus: fiat lux, & facta est lux, & uidit deus lucem quod esset bona, diuisitq; lucem & tenebras. Appellauitq; lucem diem, & tenebras appellauit noctem. Hoc ergo quæritur (ut iam dictum est) cur celorum rationem

Apoca. 17  
Habet dia-  
bolus plagā  
gladij & vi-  
xit.

Iob. 20

Iohan. 12.

Luc. 10

Iob. 40.

Iob. 25

Psal. 114  
Coluber tor-  
tuosus ter p-  
ijcit de celo.

Iohan. 12

Heb. 1

Iob. 38

Quæstio.

Gene. 1

rationem nullus eatenus enarratū, nec saltem ipse Moyses, qui terræ, id est, hominis rationē enarraturus, de celestibus illis solum hoc breuissime enarratū, sic incertū, & quasi sub uela- mine, ut uix aliqui patrū spiritualiū intelligere potuerint, maxime quod pater Augustinus nomine lucis sanctos angelos, & nomine tenebrarū malos angelos designauerit, quos diuisio, qua dictum est: Diuisitq; deus lucem & tenebras, illud indicat iudiciū, quod catholica fir- miter tenet ecclesia, quia angeli lucis nunq; ulterius in tenebras, & angeli tenebrarū nunq; ulterius in lucem redituri sunt. ¶ Quisquis istud quærit cur nec ipse Moyses de illis celestibus plus siue manifestius aliquid scripserit, siue scribere debuerit, quærat & illud cur de celestibus sacramētis scripturus, quæ post illā futura, uel faciēda erāt circa genus humanū, tantū que grossum, siue densum uelamen super faciem suam obduxerit, ut non solum illi carnales filij Israel, qui tunc erant uicentes cornutam faciem eius fugere potuerint, sicut usq; hodie fu- giunt illorum posteri, uerum etiam spirituales filij Israel, ex quibus sumus & nos, uix aliquati- nus tractando & retractando scripturam eius perspicere possumus, quo tenet claritas uul- nemus, quia cælestia sacramenta portare tunc non poterat totus fere carnalis mundus. Sic enim tunc erat mundus, quasi puer siue adolescentulus lasciuus atq; petulcus, cui pro parte illorum, quibus hæreditas promittebatur in semine Abraham, quod est Christus, uix posset inueniri pædagogus, qui reprimeret lasciuientes mores eius pœna præfente, uindicta præ- sto apparente, ita ut pleroseq; illos ignis absumeret, terra deglutiret, serpentinus morsus de- uoraret. Cū igitur talis esset mundus, quomodo illi competeret reuelata facie, uel manifestis sermonibus enarrari rationem celorum, describi sanctorū ordines angelorū, cum & ipsa, que ad homines specialiter pertinent, oportuerit uelari mirabilia splendida spiritualiū sacramen- torum? Proinde satis factū sibi esse putet, qui quæsit illud quærit, cur non saltem Moyses, cui deus facie ad faciem loquebatur, celorū istorū rationē enarratū.

De eo quod dictum est ad eundem beatū Iob: Et concentū celi quis dormire fa- cit, & quæ uel qualis illa dormitio sit. Cap. XIII.

**I**am nunc ut ad capitulum hic & supra memoratum sermo recurrat, quis est ille celi concentus? Et quæ uel qualis est dormitio eius. Dixit enim: Et concentū celi quis dor- mire facit? Nimirum concentus concursus est, & in nullo dissonans cantus, & eiusdem an- gelicæ cantionis omnis symphonia laus est sanctæ trinitatis, cuius uidelicet laudis sum- mam hanc audimus in Esaia: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius, siue pleni sunt celi & terra maiestate eius. Verus & pulcher concen- tus chordis omnibus bene extentis, & uocibus cunctis bene consonantibus, ex quo, sicut iā supra dictum est, eductus est coluber tortuosus omni uoce dissonus, omni symphonia contrarius, sibilator non cantor, non præcentor aut succentor, imò quantum in ipso fuit, uel est, totius sacre musicæ corruptor. Quomodo illum talem concentum celi dominus deus dormire fecit, uel facit? Nimirum deijciendo, siue eijciendo de ordine uel choro cantantium illum sæpe dictum, & sæpe execrandum colubrum tortuosum, quia dum illum dedecit, pacem firmat, & concordiam fecit in sublimibus suis. Pax illa, concordia illa, nonne dormitio est? Quid enim aliud nobis hominibus sancta & mystica lex repromittit, nisi securitatem illā ineffabilem sub uerbo dormitionis: Et comedetis (inquit) panē uestrum in saturitate, & abs- que terrore habitabitis in terra uestra. Dabo pacem in finibus uestris, dormietis & non erit qui exterreat. Et protinus ostendens, quomodo, uel per quid efficiatur illa dormitio nostra: Auferam, inquit, malas bestias, & gladius non transibit terminos uestros. Malæ quippe be- stia, sunt maligni spiritus, & malarum bestiarum caput est ille coluber, id est, diabolus, quos terminos iam transiit gladius, id est, sententia damnationis æternæ, quam supra iam dixi- mus. Quid igitur in sermone pulcherrime, in re pretiosius, isto quod ait: Et concentum celi quis dormire facit? Oter quaterq; beatus ille concentus celi, ubi omnis multitudo & concin- nendo dormit, & dormitudo concinit. Sabbathizat enim & dormitio eius in sabbatho est, ipsa requies domini, septima dies domini, & in illam requiem introiuit cū concentu interminabili cum uoce ineffabili, cū extensione infatigabili.

Item de eodem concentu, & de uerbis concentus, siue cantionis illius, quem apud Esaiaui audiuimus: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus. Cap. xv.

**A**udiuimus (ut supra iam dictum est, uerba quædam concentus, siue cantionis illi- us: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus. Quam pulcher, quæ qualis tenor in uer- bis, quam certus, quæ stabilis. Nulli gradus sunt hic, nullum momentum in crementi siue decrementi in uocibus istis. Vnde ergo gradus suos accepit inimica hæresis? Nam ac si concentus ille sic cecinisset: Sanctus, sanctior, sanctissimus, & pluraliter addidisset: Domini & dñj, non singulariter dominus deus, ita sibi gradus fecit, maxime per os Arrii, ut

Alia quæstio

Exodi. 34

Responso ad uerumq;

Nume. 16. 21

Exod. 35

Concentus celi concursus

Iob. 38

Esaia. 6

Leuit. 26

Esaia. 6

Cæsus hereti-  
corū dicitur.

diceret spiritum sanctum magnum quidem, sed filium spiritu sancto maiorem, & deo patre minore. Vnde (inquam) gradus istos accepit impia uel serpentina hæresis, nisi ab ipso colubro patre mendacj, quem de concentu domini propter dissimilitudinem ipsius eduxit, & foras misit: Ecce ita talis hæreticus reus est æterni delicti, sicut & pater ipsius diabolus qui fecit gradus istos, quibus non ascenditur ad superos, imò descenditur ad inferos. In Osee scriptum est: Proiectus est vitulus tuus Samaria, iratus est furor meus in eis. Vique quo non poterunt emundari: Quia ex Israel ipse est. Artifex fecit illum, & non est deus. Est autem hic sensus: Ne mireris quod sordes Israel, scilicet vituli, quos fecit Hieroboam, non potuerunt aut possunt emundari, quia uidelicet ipse, subauditur vitulus, siue vitulorum cultus ex Israel est. Neq; enim aliunde hoc accepit, ut vitulum pro deo coleret, sicut Baal & Astaroth, & cætera dæmoniorum portenta, de uicinis gentibus accepit, forte errantibus, & per ignorantiam multis peccantibus: sed artifex fecit illum, subauditur Hieroboam, siue Israel, sciens quia non est deus, artifex (inquam) sicut manifeste scriptura dicit: Dixitq; hieroboam in corde suo: Nunc reuertetur regnum ad domum David, si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo domini in Hierusalem. Et excogitatio consilio fecit duos vitulos abreos. Propter excogitationem consilij Propheta siue deus artificem illū nuncupauit, quia non ignoranter, sed malitiose peccauit, & iccirco non potuerunt peccata illa emundari, ut recederet Israel à vitulis suis, saltem tempore unius ex regibus suis. ¶ Similiter de Arrio sciendū, cæterisq; hæreticis, qui intelligere noluerunt, illum concentum cœli, & maluerunt scindere unitatem cantionis, quia non est eorum amplius illum audire concentum cœli, neq; partē aut communionem habebunt cum illis, qui per planitiem, siue fidei æquitatem, abq; illis gradibus in æqualitatis uadunt, hinc ut dormiant, & concinant illic, iuxta illud de Canticis graduum. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus domini, testimonium Israel, ad constituendum nomini domini neq; enim emundari poterunt, sed immundi erunt & in hoc seculo, & in futuro, & laborabunt in æternum, sicut laborabat ille coluber circumductor ipsorum, perforatas nares in sudibus, & circuli habens in naribus, atq; ita nusq; sabbathizans, nusq; dormiens circuit terram, dissimulare uolens quidē, sed non ualens fatigationem suam, dū requisitus unde uenis, respondet & dicit: circuitui terram & perabulaui eam, & maxime hoc tempore habens irā magnam, quia scit qd modicum tempus habet, & nō diu illi circuire licet.

Sententia beati papæ Gregorij de illis cœlestibus sanctorū angelorū ordinibus, qui uel quales homines cuius ordinis societate sortiantur. Cap. xvi.

**B**eatu papa Gregorius de illis cœlestibus sanctorum angelorum ordinibus loquens, & spei nostræ congaudens, quod ueteri sumis in illorum societatem, siue (ut ait ipse dominus) æqualitatem, hæc inter cætera dicit: Isti itaq; qui parua quæ capiunt, pie fratribus annunciare non desistunt, in angelorum numerum currunt. Alij secretorum cœlestium summa & capere præualent, & nunciare. Quo ergo isti (inquit) nisi inter archangelorum numerum deputantur. Alij mira faciunt, signa ualenter operantur. Quoi isti, nisi ad supernarum uirtutum sortem & numerum congruunt? Nonnulli etiam de obsessis corporibus malignos spiritus uirtute orationis, & uel acceptæ potestatis eijciunt. Quo isti meritorum suorum numerum deputantur? Nonnulli sic omnibus uirtutibus dominantur, ut iure dii inter homines uocentur, qualium uni scilicet Moysi: Ecce (inquit dominus) constitui te deum Pharaonis. Quoi isti, nisi inter numeros dominationum currunt? Nonnulli hoc in munere uirtutis acceperunt, ut recte & alios iudicare possint. Quid isti, nisi throni sunt conditoris sui? Nonnulli tanta dei ac proximi dilectione pleni sunt, ut Cherubia iure nominentur. Quia enim Cherubin plenitudo scientiæ dicit. Et Paulo dicte didicimus, quia plenitudo legis est dilectio, omnes qui dei & proximi charitate pleni sunt, meritorum suorum sortem inter Cherubin percipiunt. Nonnulli supernæ contemplationis facibus accensi, amando ardent, loquendo & alios accedunt, & quos uerbo tangunt, ardere protinus in dei amore faciunt. Qui ergo ita ad amorem sui conditoris inflammati sunt, quo nisi inter Seraphin sortem suæ uocationis acceperunt.

Responsio ad illos qui dicunt, quod de singulis ordinibus multitudines ceciderunt, quoniam secundum illam sententiam beati Gregorij ex hominibus alij in illum, & alij in illum ordinem sint assumpti, siue assumendi. Cap. xvii.

**D**VM hæc dicit, scilicet ex hominibus alios in angelorum, alios in archangelorum numero deputari, alios inter supernas uirtutes, alios inter cœlestes potestates, alios inter principatus, alios inter donationes, alios inter thronos, alios inter Cherubin, alios inter Seraphin, accipere sortem suæ uocationis nonnulli solent asserere, quod

quod de singulis ordinibus multitudines ceciderint, quorum itidem in singulis ordinibus ruinæ, debeant ex hominibus reparari. Quid ad hæc dicere potuimus, aut possumus: hoc enim pertinet ad rationes illas, de quibus scriptum & supra memoratum est: Nunquid nostri ordinem cœli, aut pones rationes eius in terra? Dicimus ergo: Si de scriptura qualibet canonica confirmare possent opinionem illam, qua præuenti sunt, dicentes, angelos siue spiritus illos mox ut creati sunt, in suis ordinibus constituisse, moxq; & illos cecidisse, & istos in gradibus suis perstitisse, concedendum esset opinioni. Nunc autem non ita est. Nulla enim scriptura canonica opinioni illi suffragatur, imò & prophetica ueritas apud Ezechielem oppido refragatur, ut longe supra memorauimus. Proinde recte e contra quærimus. Quid illi spiritus beati remunerationis acceperunt pro eo, quod peccantibus apostaticis spiritibus, ipsi peccare noluerunt? Si enim ita tunc erant ut nunc sunt in ordinibus suis stabiliti ac perfecti angeli, archangeli, throni, dominatores, principatus, potestates, uirtutes, Cherubin, atq; Seraphin, quomodo exinde tam multo cadere potuerunt? Verbi gratia, si erant in ordine Seraphin, id est, eorum angelos, qui diuini amoris igne ardēt, siue incendunt, quomodo exinde excidere potuerunt? Imò quō nunq; illius amoris dulci ardore aruisse putandi sunt? ¶ Verius ergo & rationabilius hoc dicimus, quia in remuneratione pro eo quod non peccarunt, & creatori suo subijcti maluerunt, ordines illos acceperunt quos habent nunc, in hoc ipsum ordinari, uerboque domini & spiritus oris eius firmati, ut amplius cadere, id est, peccare non possint, sicut lapides supra memorati, auro ascripti, tenentur in ordinibus suis dispositi secundum scientiam artificis, ligando ordinari, ordinando ligari, ut excidere non possint, nec aliud doctoris supra dicti sermo bene perceptus recipere nos compellit.

Alia scientia de similitudine noui ordinum angelorū, & noui charismatum spiritus sancti, quæ secundum Apostolum hominibus data sunt, dicitur. Alij quidē per spiritū datur sermo sapientiæ, &c. Cap. xviii.

**N**unc iam, quia sermo idem nos lætificauit secundum speciem quam dominus ipse fundauit dicens: Equales enim sunt angelis cum sint filij resurrectionis, quia (inquam) sumus eiusdem nouenis ordinibus disponendi, per pulchrum est considerare, quia quot sunt illic à spiritu oris domini ornamenta cœlorum, tot sunt hic in hominibus sanctis ab eodem spiritu diuisiones gratiarum. Sic enim ait Apostolus: Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidem per spiritū datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij gratia sanitarum in uno spiritu: alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atq; idē spiritus, diuidens singulis prout uult. Hoc ergo qui perpendit, scilicet electionem ex hominibus tot esse charismatum uarietate ornatam, quot ordinibus illos beatus spiritus constat esse distinctos: potest etiam apte secundum eadem charismata conicere, qui uel quales homines, quibus aut cuius ordinis angelis similes debeant existimari. ¶ Deniq; qui habent interpretationem sermonum, ut saltem in una lingua possint enunciare sensum scripturarum ad utilitatem audientium, nonne angeli sunt? Labia enim sacerdotis (ut dominus in Malachia) custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Qui autem etiam genera linguarum acceperunt, in hoc ipsum non una lingua, uerum etiam uariis linguis efficere possunt, & de gente in gentem transferre ac dilatate uerbum dei, quod maxime sanctis datum est Apostolis, nonne merito dicuntur & sunt archangeli? In discretione spirituum nimirum dignitatem iudicariam recte intelligis, quod iure uocentur throni, eo quod de spiritibus, deo in ipsis præsidente, iudicare nouerint, iuxta illud: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. In gratia prophetica non incongruè dominationū agnoscitur auctoritas, quia profecto regibus quoq; prophetæ dominati sunt, maximeq; Helias & Heliseus, nam Heliseo quoq; clamauit rex: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius, cæterisq; regibus prophetæ dominati sunt, & maximo prophetarum Moysi dictum est: Ecce constituit te deum Pharaonis. Fides nonne principatum meretur? Deniq; & Abraham, & Isaac, & Iacob, & Dauid propter fidem, siue iustitiam fidei patriarcharū, id est, patrum principes nominati sunt, & Petrus quoq; apostolus ob excellentiam fidei, princeps apostolorum nominari meretur. Ergo & omnes, quorū fides præclarior habetur, recte principatus nominantur, & ipsi fratribus suis, siue ecclesiis Christi principari, id est, quod esse digni habentur. Gratia sanitarum, & operatio uirtutum hoc maxime differunt, quod gratia sanitarum circa infirmā corpora expenditur, siue per impositionem manuum, siue per alium quemlibet modum: Operatio uero uirtutum extrinsecus exhibetur in rebus exterioribus, in elementis huius mundi, sicut maxime factū est per manū Moysi, qui circa corpora sanitate fere hoc solum fecisse legitur, quod Mariæ sororis suæ lepram sanauit. Quibus ergo gratia sanitarum data est, nonne inter potestates, & quibus operatio uirtutum data est, nonne iure

Osee, 8  
Sordes israel  
vituli Hiero  
boam

3. Reg. 11

Hæretici nō  
audierunt conce  
tum cœli

Psal. 121  
Coluber sine  
requie

Iob 40

Iob 1

Hoies uetur  
ri in societate  
rem. 9. ordi  
nū angelorū

Exo. 7

Rom. 15

Iob. 38

Ezech. 38

Remunera  
tio angelorū

Luc. 20  
Diuisiones  
gratiarū tot  
sunt quot or  
dines ange  
lorum.

Qui hoies in  
quos angelo  
rum ordines  
recipiunt.  
Malach. 2.

Ioan. 4

4. Re. 15  
Exo. 7  
Rom. 4.

Nimē. 1a

reputantur inter uirtutes: Porro quibus sermo scientiæ, ipsi sunt tanq̃ Cherubin: & quibus sermo sapientiæ datus est, ipsi sunt tanq̃ Seraphim. In illa gratia maxime Apostolus Paulus claruit, habuit enim scientiã nõ solum dei, uerũ etiam seculum ista uero Ioannes dilectus domini, cuius sermo torus uersatur circa charitatem, quæ uera sapientia est, & auditores intedit accendere igne amoris dei, secundũ ipsum uocabulum Seraphim.

De eo quod Apostolus dicit: Nusq̃ enim angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehendit. Cap. xix.

Hebræ. z

**A**dde illud quod idem Apostolus dicit: Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehendit. Quorsum istud? Diximus enim longe superius, quia nobis hominibus duobus modis datur spiritus sanctus, altero quod est in remissione nem peccatorũ, altero quod est in diuisiones gratiarum. In sanctos autem angelos uno modo, scilicet in diuisiones gratiarum, larga dignatione effusus est. Nam ut in remissione nem peccatorũ nunquam detur apostaticis spiritibus, iudicium uerum fuit, & est eiusdẽ spiritus sancti. ¶ Ut ergo quantum creatori debeas homo perpendas, & causam tuã melius ipse discernas, adde quod nusquam angelos apprehendit, sed humanam de semine Abraham naturam apprehendit tali apprehensione, ut author salutis tuæ dignaretur per passionem mortis consummari. Quota in hoc est portio debiti tui, debitas gratiarũ actionis? Angelos & creauit, & eos qui non peccauerunt magnificauit, te autem & creauit, & cum uniuersus in Adam peccauisses iustificauit, & insuper magnificauit. Iustificauit, inquam, dato illo spiritus sancti quod est remissio peccatorũ, quod electio creaturæ angelicæ quia non perierat non in dignit, magnificauit alio dato eiusdem spiritus sancti, quod est diuisio gratiarum, quo in primis illos celestes spiritus ornauit siue magnificauit. Angelorũ itaq; deus est, tibi autem idem deus est & pontifex, simul uero & angelorum & hominum rex, unus idemq; dei filius est. Cum hæc ita sint, putas ne plura in altari pectoris tui ligna quam angelus habes ad nutriendum ignem diuini amoris? Scriptum est enim in sancta ac mystica lege domini. Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiciens mane ligna per singulos dies. Igni deniq; ligna subijcere, est commemoratio nẽ beneficiorũ sanctæ trinitatis iugiter habere, & propter hæc in amore eius magis ac magis proficere, & interim ardere aliquantisper, donec ueniat id quod perfectum est, sicut in Esaiã scriptum est: Dixit dominus, cuius ignis est in Sion, & cerni nus eius in Hierusalem. Sion nanque præsens ecclesiã est, Hierusalem autem illa superna ciuitas, id est, sanctorum angelorum uniuersitas, de quibus nobis hæc tenus sermo est. Ergo ignis domini est in Sion, & cerninus eius in Hierusalem, id est, abundantia diuini amoris quæ illic est presenti dilectione dei, sic maior est, sicut paruo siue quantulo cumq; igniculo grandis & ualde succensus cerninus fortior est.

Maxim⁹ de bitor dei, hõ

Leui. 6

Esa. 31

Item sententia beati Gregorij in illo uersu cantici Deuteronomij: Constituit terminos gentium iuxta numerum angelorum dei, pro quo non secundum Hebraicam ueritatem interpretante beato Hieronymo, ita legimus: Constituit terminos populorũ, iuxta numerũ filiorũ Israel. Cap. xx.

**A**it idem doctor supra memoratus: Decem dragmas mulier habuit, quia nouẽ sunt ordines angelorũ, sed ut cõpleretur electorũ numerus, homo decimus est creatus. Idem post aliqua: Superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat, ad quam tantũ credimus humanum genus ascendere, quantos illic contigit electos angelos remansisse, sicut scriptum est: Constituit terminos gentium iuxta numerũ angelorũ dei. Quod scripturæ testimoniũ, fateor, utrum ad hanc rem confirmandam satis idoneum sit ambigo. Præsertim quia iuxta Hebraicam ueritatẽ, interpretante Beato Hieronymo, taliter scriptum est: Constituit terminos populorũ iuxta numerum filiorum Israel. Quæ litera qualem adhuc sensum possit habere, postmodũ dicemus. ¶ Nunc illud dicere præstat, quia propter illa uerba quæ dixit: sed ut cõpleretur electorũ numerus, homo decimus est creatus. Solent pleriq; arbitrari, quod si omnes angeli perfruisissent, nullaq; ruina facta fuisset ex eis, nõ crearetur neq; fuisset causa cur deberet homo creati. Quod si conceditur, cauendũ est ne ita uerbum finis, ut existimemus deũ nullum ante ruinam angelorũ de homine creando habuisse propositum, sed postquam casus ille contigit, tunc demum illi uenisse in mentem consilium huiusmodi, scilicet facere genus nostrum, ob recuperandam multitudinem domus seu familie suæ, quæ cecidit. ¶ Rectius ergo dicitur, quia non homo propter angelos, imò propter hominem quemdam angeli quocq; facti sunt, sicut & cætera omnia testantur. Apostolo cum dicit: Decebat enim eum propter quæ omnia, & per quæ omnia, cuius capitulum memoria nos non præterit in primo libello præsentis operis, cum de principio loqueremur, in quo creauit deus cœlum & terrã. Si enim uerum dicit, imò quia uerum dicit Euangelista: Quod factum est, in ipso uita erat, nihil excipies, præmiserat enim Oia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil: quanto magis homo iste decorus, ab ipso uerbo in unitatẽ personæ assumendus angeli, qua

Deut. 32

Falsa quorũ dam opinio de hoĩ creatiõne ppter ruinã angelorũ,

Hebr. z

Ioan. 1

qua anteq̃ angeli fierent, in ipso uita erat? Testatur & hoc ipsa sapientia, quæ nõ est aliud quam ipsum uerbum, dum dicit: Dominus possedit me ab initio uiarũ suarum, & cætera usq;: quando appendebat fundamenta terræ cum eo eram cuncta componens, & ludens corã eo omni tempore, ludens in orbe terrarum. Statimq; subiungit: Et deliciae meae esse cum filijs hominum. Quidnã hoc est, nisi ac si dixisset: Anteq̃ deus quicq; faceret à principio, & quando hæc uel illa faciebat, hoc erat in proposito, ut ego uerbu dei, uerbum deus caro fierem, & in hominibus habitarem magna charitate, & summa humilitate, quæ ueræ deliciae sunt.

Pro. 8

Probabilius dici posse, quod non tam homo propter supplendum angelorum numerum, quam & angeli & homines propter hoim Iesum Christum facti sunt. Cap. xxxi.

**I**gitur probabilius hoc dicimus, qd non tã hõ propter supplendũ angelorũ numerũ, q̃ & angeli & homines propter unũ hominẽ Iesum Christũ facti sunt, ut quoniã unus idemq; & deus ex deo natus erat, & homo nasciturus erat, haberet præparatam ex utroq; latere familiam, hinc angelorum, hinc hominum, & ipse deus & homo, dominus & creator angelorum, dominus & creator atq; saluator emerit hominum sanctorum, dominus (inquam) in eis sicut in domo sua, rex in gente sua, deus in maiestate sua. Quia (sicut dictum iam est) & propter ipsum, & per ipsum omnia. ¶ Hoc aspicientibus nobis per pulchrum est etiam illud attendere, quia non ante sed postq̃ ad Abraham factum est uerbu de promissione tam beati seminis, de aduentu uel natiuitate tanti hominis, ceperit sancti angeli congregates hominibus uisibiliter quocq; interdum illud exhibere ministerium, de quo Apostolus: Nonne, inquit, omnis spiritus administratorũ sunt, missi in ministerium, & ita familiariter ut hospitio quocq; illorum suscipi dignati sunt, & appositos sumere cibũ more hospitum hominum, & multa beneficia per eos administrata sunt, sicut passim testatur ipsa sacram historica, siue prophetica series literarum. Verum nos de illis ipsorũ beneficijs siue ministerijs alio in opere diximus aliquid, quod intulatur de Victoria uerbi dei, hic tantũ hoc meminisse libuit, quod recte à uerbo promissionis, quod factum est ad Abraham de semine eius in quo benedicerentur omnes gentes, quod est Christus, ceperunt angelorum ministeria cũ hominibus celebrari siue frequentari, ac si dicat nobis scriptura, quia iure patribus illis angelũ famulabantur, quorũ ex semine nasciturus erat angelorũ dominus.

Heb. z Ministeria angelorũ ad homines propter Christũ,

Heb. 1 Gen. 18. 19

Gen. 12

Qualem sensum habere possit litera hæc, quam secundum Hebraicum beato Hieronymo interpretante, legimus: Constituit terminos populorũ iuxta numerũ filiorum Israel. Cap. xxii.

**P**roposiuimus supra dicere, quem sensum habere possit litera hæc, quam secundum Hebraicum beato Hieronymo interpretante legimus: Constituit terminos populorũ iuxta numerum filiorum Israel. Nam quod iuxta aliam editionẽ legitur: Statuit terminos populorum iuxta numerũ angelorum dei, sensum haberet firmiterem auctoritate supradicti doctoris exini. ¶ hebraica quocq; ueritas sic haberet ut septuaginta transtulerunt, iuxta numerum angelorũ dei. ¶ Primum ergo quaerenda est intentio Moysi in uerbis istis cantici Deuteronomij: Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi, maiores tuos & dicet tibi: Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, cõstituit terminos populorũ iuxta numerum filiorũ Israel. Pars autem domini populus eius, Iacob suniculus hereditatis eius. Nimirum in istis & in his quæ sequuntur, commemorando beneficia dei, hoc intendit, ut beneuolentiam alliciat illius populi circa cultum dei, uel amorem patris sui: Qui possedit, inquit, & fecit, & creauit te. Quale autem ab initio, uel quanto à numero cepit possidere tali possessione, ut ille homo Iacob gens fieret, aut populus existeret: Nimirum ab ingressu siue introitu Iacob in Aegyptũ, dicente dño ad illũ: Ego sum fortissimus deus patris tui, noli timere, descende in Aegyptũ, quia in gentẽ magnam faciam te ibi. Et post pauca sic scriptũ est: Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressa sunt in Aegyptum fuerunt septuaginta. Porro Ioseph & duo filij eius, Efraim & Manasses in Aegypto erant. Itemq; scriptum est: Erant igitur omnes animæ eorum, qui egressi sunt de femore Iacob septuaginta quinque. ¶ Profecto iuxta hunc numerum filiorũ Israel, qui tunc populus esse cepit, iam dudũ constituerat dominus terminos populorũ, quando (sicut ibidẽ dictũ est) diuisit altissimus gentes, & separabat filios Adam propter superbiam, ubi rurrim Babel edificabant, illa nanq; diuisione septuaginta tres, quod aiunt scriptores, uel potius, ut ratio declarat, septuaginta duæ gentes tunc demq; linguae per terras esse ceperunt, quæ crescendo prouincias & insulas impleuerunt. Hinc beatus Hieronymus, ubi dominus dixit ad Petrum: An putas quia nõ possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quàm duo decim legiones angelorum, illius iam dictæ multitudinis gentium siue populorum, hoc modo meminir. Vna legio apud ueteres sex milibus complebatur hominum. Pro breuitate temporis, numerorum non accurrimus explicare rypos. Tantum dixisse sufficiat, quia septuaginta duo milia angelorum, in quorũ gẽtes hominum

Deut. 32

Intrio Moysi in Cantic. Ibidem.

Gen. 46

Diuisio gentium tunc septuaginta duas linguas.

Mat. 26

hominum lingua diuisa est, duodecim legionibus fieri manifestum est. Non nihil igitur ponderis habet secundum hunc sensum litera hæc: Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Quantum enim ualet ad exigendam Israelis beneuolentiam circa deum, quod cum iam haberet deus septuaginta gentes, dimissis illis, solos elegit sibi in gentem septuaginta duos homines, uel paulo plures, quia Ioseph cum filiis suis in Aegypto erant. Unde fit, ut recte propter paucitatem cum admiratione legatur: Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius.

# RVPERTI ABBATIS

TRIVIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, & processione sancti spiritus. Liber III.

Propositio, dicere aliquid de humana creatura ad laudem sanctæ Trinitatis, ad honorem spiritus sancti, de patre & filio procedentis, cuius in ista creatura ualde clara rutilant bona. Cap. I.

Mat. 2  
Aedificij su  
pra petra po  
nendum



Pluuie sophi  
stari, flumi  
na hereticor.

**S**APIENTIS VIRI EST, DVM AEDIFICAT domum suam, fodere in altum, & ponere fundamenta supra petram. Descendit pluuia (ait dominus) uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram. Nimirum illi uiro sapienti aliquatenus & nos extremum cupimus assimilari. Quotiens enim cupientes exigere aliquid boni ac fidelis sermoneis ædificium, quærimus ac tenemus aptum siue conueniens quodlibet capitulum de autoritate diuina, autoritate canonica, siue Prophetarum, siue Apostolorum, ut ædificemus super fundamentum illorum, profecto fodimus in altum, & ponimus fundamenta supra petram. ¶ Ac proinde si descendant loquaces pluuie secularium, maximeq; sophistarum odibilium, quibus sua stipula, summq; placer scœnum, nostrum aut uile est aurum, siue argentum. Et nostri lapides pretiosi contemptibiles sunt, si (inquam) ueniant flumina hæreticorum, & irruant in domum nostram, non cadet, quia supra petram fundata est. Igitur de humana creatura iam dicturi aliquid, ad gloriam & laudem sanctæ trinitatis, ad honorem spiritus sancti de patre & filio procedentis, cuius in ista creatura ualde clara rutilant dona, quærimus hoc fundamentum, & in omni portiuncula sermonis nostri certum de sanctis scripturis tenere cupimus capitulum, quia uidelicet hoc est (sicut iam diximus) fodere in altum, & ponere fundamenta supra petram. Primum capitulum hoc est.

De proposito dei dicentis: faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cap. II.

Gen. 1  
Psal. 118  
Iob 10

**F**ACIAMUS hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hinc ait fidelis Dauid: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu. Fodiens hic in altum ut fundamenta ponam, qualem inuenio petram, nisi ipsam beatæ trinitatis intentionem dicentis: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: Quæritur intentio, uel quid erat in intentione eius, nisi is qui nunc sedet ad dexteram patris, mediator dei & hominum homo Christus Iesus: Si enim (quod sæpe dictum, semperq; sciendum est) nõ solum per ipsum, uerum etiam, ut Apostolus ait, propter ipsum omnia, quæto magis humana propter ipsum facta est creatura. Cui ergo dicit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, parum est ad consummationem propositi dei, hoc attendere, q; omnes electi, qui secundum propositum uocati sunt sancti, & rationales creati, & similes dei sunt futuri, tanq; patri suo filij, iuxta illud: Charissimi nunc filij dei sumus, sed nondum apparuit qd erimus: Scimus, q; cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est, pax (in qua) hoc est, nisi hunc hominem attendas, qui ipse est, ut Apostolus ait, imago dei inuisibilis, & sicut idẽ alibi loquitur: splendor gloriæ & figura substantiæ eius. ¶ Nunquid enim cū hæc diceret beata trinitas: Faciamus hominem, & c. de homine isto nihil cogitauerat aut proposuerat, sed postq; peccauit Adã, tunc demum istud cogitauit deus, ut homo fieret dei filius, ob redimendum humanum genus: Diximus de hoc in præcedentibus, cum de angelis loqueremur: quia si uerum dicit, in d; quia uerum dicit Euangelista: Quod factum est in ipso uita erat, nihil excipies, præmiserat enim Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, multo magis homo iste ab ipso uerbo in uni-

1. Timothe 2  
Heb. 2  
Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Rom. 8  
1. Ioan. 5

1. Cor. 1  
Heb. 1  
Incarnatio  
ybi ab eter  
no præordi  
nata.  
Ioan. 1

in unitate personæ assumendus, anteq; angeli fierent in ipso uita erat, & hoc erat propositum eius delictosum, sicut Sapientia loquitur, quæ non est aliud, q; ipse dei filius. Dominus possedit me initio uiarum suarum, anteq; quicq; faceret à principio, & cætera quæ ita concludit, & delictis meæ esse cum filiis hominum.

De eo quod ait beatus Iob, & post eum Dauid: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Cap. III.

**M**AGNUM igitur negotium, & res ualde operosa, magnum sancte trinitatis exigebat consilium, ut taliter diceret: faciamus, & sic dicendo, quasi semetipsam una patris, & filij, & spiritus sancti diuinitas ad operandum hortaretur, tali modo, ut rem bene perpendentes, recti dicant sancti supra dicti: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me, da mihi intellectum: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu. Quid enim tale creatum est in diebus primis? Quid tale factum est in illis generationibus cæli & terræ: in illo die, quo fecit dominus deus cælum & terram, & omne uirgultum agri? ¶ Pulchre ergo dictum, & magna cum reuerentia est audiendum, quia cū de singulis operum dei speciebus narrans scriptura dixerit. Dixitq; deus fiat hoc uel illud, de homine solo narrat deum dixisse: faciamus. De singulis uero diebus, siue dierum operibus nos latius alio in opere tractauimus, in quo nec illud diligentiã nostram præterit, quia septies deus dixit: fiat, & si nõ eodem uerbo, tamen eodem modo usus dicendi, quem imperatiuum modum appellant Grammatici, & septies bonitati eius opus suum complacuit, dicente scriptura: Et uidit deus quia bonum est, quæ uidelicet bonitas dei non est aliud, q; seipsum spiritus dei. De homine autem non dixit: fiat homo, siue producat terra hominem, sed faciamus ait, ac deinceps ita scriptum est: Formauit igitur dominus deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiritum uita. Nimirum ubi dicit: Formauit de limo terræ, quod est plasmare, loci siue causam præbuit admirationi nostræ: scientiamq; suggestit humilitati nostræ, ut diceret: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Oigitur magnus spectaculum, grande miraculum. ¶ Putas non sancti angeli, qui iam fuerant conditi, sciebant quid tanto molimine plasmator deus inueneret operari? Nimirum absconditum erat illis hoc sacramentum, si uerum loquitur Apostolus, in d; qui in Apostolo loquitur Christus. Ait enim: Mihi in minimo omnium sanctorum data est gratia hæc in gentibus euangelizare inuestigabiles diuinitas Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in deo, qui omnia creauit, ut innotescat principibus, & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. Solus plasmator ipse sciebat, & in semetipso absconditum habebat tantummodo dignitate futuri operis præsignans qualitate operationis, operando manibus suis.

Constituit terminatis  
Psal. 118  
Iob. 10

Gen. 2  
Cur ait factum, nõ fiat

Gen. 2

Sacra in incar  
nationis an  
gelis abscon  
ditum.

Ephes. 3

Quod manus aut pedes in deo non sint, quemadmodum in nobis, sicut putauerunt hi, qui pro rustica simplicitate dicti sunt humaniformi, & de eo qd scriptum est in Esaia: Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera. Cap. IIII.

**N**EC uero hoc dicimus aut opinamur, quod manus aut pedes in deo sint, quæ admodum in nobis, sicut putauerunt hi, qui pro rustica simplicitate dicuntur humaniformi, sed pluralitate manuum, dum dicitur: Manus tuæ fecerunt me, pluralitas innuitur personarum, sicut & alibi pluralitate trium digitorum. Scriptum quippe est in Esaia: Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera: Tribus enim digitis, id est, tribus personis unius ueræ & summæ deitatis. Cum ergo dicit: Quis appendit tribus digitis, sapiens responsionem ex postulari ut dicas: Tu deus appendisti. Quod cum responderis, placet illi, ut quæras adhuc & dicas: Vbi? Quomodo? Qualis molem terræ? Quos montes? Quales appendi atq; libraui colles? Taliter percunctanti, pulchrum est ut respondeas illi: Domine, si dicam, quia terra inanimata, & insensibilem, quæ calcamus pedibus nostris tu appendisti super nihilum, neq; enim aliquibus sustentatur columnis, sed tu eam positione præcepti tui, fundasti ut stabilis sit, montes & colles (qui sunt terræ tumores) consistere iussisti. Verum quidem dico, sed parum est ad gloriam & laudem trinitatis, quæ per tres digitos nobis insinuatam esse uis, cuius capax non est terra hæc inanimata & insensibilis. Plus ergo dicam, quia ubi uel quando dixisti: Faciamus hominem, & de limo terræ masculum & feminam creasti siue plasmasti, & bene dixisti eis dicenti: Crescite & multiplicamini, ubi siue tunc tribus digitis molem terræ appendisti, montesq; in pondere & colles in statera librauisti. Tunc illam terræ molem appendisti, quæ nimis digna erat appensione trium digitorum tuorum, scilicet montem illum magnum, qui secundum uisionem Danielis, impleuit orbem terrarum. Et illos montes in pondere, atque illos colles in statera librauisti, de quibus Apostolus dicit: Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut si ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & uocauit. Et quos uocauit, hos & iustificauit, Quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Verissime nihil.

Esaia, 40  
Tres digitus  
dei, tres per  
sonæ trinitatis.

Psal. 114

Gen. 1

Dante. 2  
Montes &  
colles, hoies  
prædestinati  
sunt.

Rom. 8



nihil horū in præscientia & prædestinatione defuit, quando dixisti: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & creasti masculum & feminam, & benedixisti dicens: Crescite & multiplicamini. Præfinitū habebas numerū multiplicatatis eorum, præcongiū habebas modū cremēti, id est, meriti singulorū, & appendas pondus meriti in libra siue fatæra in fatæ remuneracionis. ¶ Quid autem illi, quos non tetigerūt hi tres digiti in appensione eiusmodi, id est, quos non prædestinasti in hoc uerbo benedictionis: Crescite & multiplicamini, quos; superflua multiplicitas de peccato, uel propter peccatū uenit, te dicere ad mulierem; Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos; Si filij benedictionis quos nasci iussisti dicendo: Crescite & multiplicamini, recte dicuntur & sunt montes & colles tribus digitis apensis siue librati, quid de illis protinus censeret in eodem Propheta spiritus sanctus, quos uita caro protulit aut profert ultra modū, & multiplicati sunt super nubes; Ecce, inquit, gentes quasi stilla stulæ, & quasi momentū stateræ reputatæ sunt. Ecce insulæ quasi puluis exiguus, Omnes gentes quasi non sint sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. Quid rogo uel quantū est stilla stulæ ad magnos montes? Quid puluis exiguus, qui leui uento auferretur ad colles stabiles, qui de loco suo nec per terræ motū, nec per tonitrua mouentur? Sic omnes filij huius seculi quantūlibet alti uideantur, & magni sint in oculis suis, nihil sunt in comparatione filiorū benedictionis, qui secundū propositū tuū Trinitas deus uocati sunt sancti, quos ante secula præcitos & prædestinatos, suis quæq; temporibus in nomine tuo uocasti, iustificasti, & magnificasti, quos; magnitudo tunc clarissime apparebit, quando constitutus dicitur eis: Venite benedicti patris mei, possidete regnum, quod uobis paratum est à constitutione mundi.

Hoc non prædestinati sunt sicut stula a que & puluis exiguus. Gen. 3

Esa. 4

Esa. 5 Rom. 3

Mat. 25

De eo quod ait dominus deus: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonū & malum, ad ipsum Adam, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Cap. V.

**P**rocedamus ulterius. Propositum quippe nobis est, sanctæ scripturæ agrum perambulare, & querere & demonstrare thesaurū sancti nominis huius, patris, & filij, & spiritus sancti, sic in agro isto absconditū, ut tamen inueniri possit ab his qui deo diuites esse uolunt: Ecce, inquit, deus Adam factus est quasi unus ex nobis, sciens bonum & malum. Nunc ergo ne forte mittat manū suā, & sumat etiam de ligno uitæ, & uiuat in æternū, emisit eum dominus deus de paradiso uoluptatis, ut operaret terram de qua sumptus est. Et ad ipsum Adam dixit: Quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Quodq; uni dixit, nimirum omni generi humano dixit. Et concecit dictioni uel iudicio, in dī misericordissime pro uidentia eius, humilitas hominis, dū in Psalmo dicit: Mane sciat herba transeat, subauditur homo, siue natura humana mane floreat & transeat, uespere decidat, induret, & areseat, quæ de fecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Et est sensus: Dixi, ne auertas hominem in humilitatem, tamen non id oro, ut homo statim ex quo natus est, fiat in mortalis & impassibilis, sed potius concedo diuinæ sententiæ, quæ dixisti: quia puluis es, & in puluerem reuerteris scilicet ut ipse apparens sicut herba mane, nimirum uiridis & pulchra, transeat, id est, ad modū ipsius herbæ deficiat, hoc modo, siue tali ordine. Sicut herba mane, ita homo in iuuentute postius floreat, id est, uigere, & postea ab ipso matutino flore iuuentutis transeat in uespere senectutis, & in illo uespere postus decidat, id est, moriatur, & post mortem induret, id est, rigidū cadauer fiat. Et deinde areseat, id est, aridus puluis existat. Recta & ualde prudens concessio, quia uidelicet non solummodo concedendū, uerū etiam omnibus modis laudandū est prouidū sanctæ Trinitatis consiliū, cuius est uox ista secundū pluralem numerū: Ecce Adā qui unus ex nobis factus est, sicut & illa de qua iam supra tractatū est: Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram. Laudare uel satis considerare mens humana non sufficit alti tudinem huius diuini consilij, quo beata Trinitas homini mortuo morte peccati, quæ mors animæ est, necessariam prouidit mortem corporis, præparatū habens apud se bonæ artis instrumentum, quo posset per mortem corporis, mors animæ destrui.

Gen. 3

Sententia mortis corporalis ex misericordia dei, Psal. 89

Exclamatio supradicti Prophetæ, qui post illud supradictū: Quis appendit tri-digitis molem terræ, protinus subiunxit: Quis adiuuit spiritū domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cap. VI.

**H**ic igitur exclamare libet cū Propheta, qui cum dixisset: Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera (cuius capituli supra meminimus) protinus subiunxit: Quis adiuuit spiritū domini? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cū quo inijt consiliū, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudit eum prudentia, & uiam prudentiæ ostendit illi? Exclamatio siue admiratio hæc, nimirum & si in alijs mirabilibus tuis deus congrua est, maxime in isto, uel pro isto consilio tuo locum habet, quo sic bene consulisti humano generi, ut diceret ironia quæ grauius: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, quia uidelicet sic serpens dixit: Erūt sicut dii, statimq; subiūgeres: Nūc ergo, ne forte mittat manū suam, & sumat etiam de ligno uitæ

Esa. 40.

Gen. 3

uitæ, & comedat, & uiuat in æternum. Hoc deniq; cum consilio locuta es d̄ beata trinitas. Est enim consiliū apud te. Si non esset apud te consiliū, non diceret Propheta: Domine consiliū tuum antiquū uerum fiat, & Psalmista dicat: Consiliū aut̄ domini in æternū manet. Est ergo consiliū apud te deus in spiritu tuo sancto, sicut & fortitudo. Unde idem spiritus sic dicitur spiritus consilij, sicut & spiritus fortitudinis. ¶ Viderit quid sentiat aliquis, ego in nullo magis admiror, in nullo magis amplector altitudinem consilij diuini, quā in isto dicto uel facto, quod dixit homini: Puluis es, & in puluerē reuerteris, & emisit eum, ne comederet de ligno uitæ, & uiueret in æternū. Audebo igitur circa illud consiliū uersari, & respondere per cunctationibus istis, quoniam & si uerū Apostolus dicit: Quis enim cognouit sensum domini? ut subaudias nullus, tamen idem alibi loquitur: Nos autem sensum Christi habemus. Deniq; anteq̄ consiliū istud antiquū iniret deus, nullus sensum eius cognouit, & nullus extrinsecus consiliarius eius fuit, nunc autē postq̄ factum est, cognouerūt multi, & ut uerbis utar eiusdem Apostoli, manifeste magnū est pietatis sacramentū, quod manifestū est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, creditū est mundo, assumptū est in gloria. Percunctabor igitur sicut percunctando ipse Propheta percunctari nos docuit, & respondebo prout Christiana fides ad respondendum nos instruxit.

Psal. 2  
Esa. 1  
Altu docet  
illi dei i  
moris cor  
poralis  
Gen. 3  
Rom. 11  
1. Cor. 2

Item de eadem exclamatione: Quis adiuuit spiritū domini, & de obedientia filij quod ipsa adiuuerit spiritū domini. Cap. VII.

**Q**uis adiuuit spiritū domini? Laborabat enim spiritus domini. Deniq; si quis alius eū laborare fecit ut dicat ei, laborare me fecisti in iniquitatibus tuis: si quis hominū contristauit eum, ut recte dicat Apostolus: Et nolite contristare spiritū sanctū dei, in quo signati estis in die redemptionis, maxime Adam illum contristauit, & laborare fecit in iniquitatibus suis, quibus omnem posteritatem suam anteq̄ naceretur inuoluit, & prædam nauit. Quis in huiusmodi labore adiuuit spiritū domini, uolentem supplantare auctorem peccati, & reformare in stitū nascituris filij benedictionis, ne periret benedictio quæ benedicens dixerat: Crescite & multiplicamini. Quis (inquam) illum adiuuit? Vere nullus extrinsecus, sed sola intrinsecus sapientia dei, obedientia filij dei. Puta ergo dixisse in illo consilio spiritū domini. Ecce homo, siue humanū genus cum sit mortuū secundū animam, si uita corporis uiuerit in æternū, non erit quo recuperetur. Quid autē ad hæc sapientia dei: filius dei, holocaustū, ait, pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce uenio. Ego ego ex anti quis anteq̄ terra fieret, & dum hæc uel illa fierent, dum tecū essem cuncta componens, iam dudū pro deliciis meis habebā esse. Sed ecce oportet, ut omnes moriantur, morte carnis filij hominū, quoniam morte animæ mortui sunt. Num ego subterfugiam propositū, & reuē esse cū filiis hominū? Imō in maiore necessitate maiorē confirmabo charitatem. Et ecce uenio, taliter ut causa illorū fiam holocaustū & pro peccato. Quis in hoc consiliarius fuit, & ostendit illi? Vere nullus extrinsecus, sed ipse dei filius spontaneā offerens obedientiā consiliarius fuit, imō est. Unde Propheta loquitur: Et uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius? Cum quo inijt consiliū & instruxit eum? Vere cū nullo extrinsecus, sed intrinsecus in abscondito trinitatis rationabiliter diffinitum est, decere eum (sicut Apostolus dicit) propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, iam per præscientiam & prædestinationem ante omnia secula, auctorem salutis eorū per passionem consuminari. Quid rogo ista cōsumatione decentius? Quid ista rationabili charitate pulchrius? Hæc est semita iustitiæ, quæ nullus extra docuit eum. Hæc est scientia qua nullus erudit eum, hæc est uia prudentiæ, quæ nullus ostendit illi, sed ipse adiuuenit. Vide ergo. Nisi præcautū fuisset ne sumeret homo etiā de ligno uitæ, & uiueret in æternū, quales fierent uel fieri possent deliciæ huic sapientiæ dei, esse cum filiis hominū? Si enim nec filij hominū, qui mortui erant secundū animā, secundum carnem morerentur, nec ipse dei filius dignatus esse cū filiis hominū, secundum carnem moreretur, quid deliciosum illi, aut quæ utilitas nobis, illum esse cum filiis hominū? Nulla. Sicut enim granum frumenti cadens in terram, nisi mortuum fuerit ipsum solum manet, ita nisi & nos omnes filij hominū secundū carnē moreremur, & ipse uolens esse cum filiis hominū, fuisset nobis locutus hoc unū de similibus, ut secundum carnem moreretur, maneret ipse solus, nec esset in quo, uel per quid diuinitas nobis propiciaretur. Nunc autem quæ dixit deus homini: Puluis es, & in puluerē reuerteris. Dicit iob: inueni in quo propitius ei, & quid est illud? Nimirum ut debeam per omnia fratribus assimilari, subauditur absq; peccato, sicut dicitur in est alio loco. Tentatum autem per omnia pro similitudine absq; peccato. O inuentio mirabilis, ob hoc tradendum esse morti filij, ut seruo dominus deberet repropitiari.

Eph. 4

Consiliū sapientie diuine sup mor te hois corporali, Prou. 8 addo \* et si h- lishom mtr.

Esa. 6

Heb. 2

Ioan. 15

Iob 33

Heb. 4

Item de eo quod ibidem in Propheta scriptū est: Cū quo inijt consiliū, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudit eum scientiā, & uiam prudentiæ ostendit illi. Et respōdo ad illā percunctationē secundū Apostolū dicens: sapientiā loquimur inter perfectos. Et alibi: Nobis autē reuelauit deus per spiritū, Cap. VIII.

Cap. VIII.

D istam



inique agentes, & cætera. Quæ prophetia & si de notis non habet exemplum literis ante illam epistolam Apostoli, non tamen leuiter potest contemni, quod Apostolus Christi propheta- tum fuisse scripsit, & per spiritum sanctum scire potuit.

lege \* eius

Item de charismatibus spiritus sancti, quod illo tempore & post illud tempus ante aduentum spiritus sancti in remissionem peccatorum datus non fuerit, quodq; data quæ tunc preparationes fuerint regenerationis, qua nunc sunt filij dei, & de eo quod ait beatus Iob de illis, quia concepti non uiderunt lucem. Cap. XII.

Gen. 6  
Fij dei de stirpe Seth, filia hominum de stirpe Cain.

**H**is & alijs charismatibus suis spiritus sanctus homines illustrando, sine dubio multitudine iam tunc fecit filiorum dei, quamuis paucos, quauis tantum duos aut tres ante diluuium manifeste scriptura nominauerit. Cum enim cepissent (ait) homines multiplicari super terram, uidetes filij dei filias hominum, quod essent pulchre, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant, filios dei illis, qui de stirpe Sethi & filias hominum illas nominans, quæ de stirpe Cain procreata fuerant. Veruntamen quis filij dei iam tunc nominati fuerint, propter fidem & propter cætera (de quibus diximus) charismata spiritus sancti, non iam tunc eadem charismata hoc perfecterunt, ut essent filij dei, sed præparationes erant generationis, imo regenerationis, filiorum dei, in quo consummati sunt tam ueteres q̄ noui, deo providente (ait Apostolus) ut non sine nobis consummarentur. Nam per sanguinem huius solius, tam illi, q̄ nos, spiritum sanctum in ista gratia, quæ est remissio peccatorum, accepimus. ¶ In quorum, uidelicet ueterum & nouorum, distinctione illud perpende pulchrum est, quia cum (sicut alio iam loco diximus) duo sunt data sancti spiritus, alterum in remissionem peccatorum, alterum in diuisiones gratiarum; ueteres prius in diuisiones gratiarum q̄ in remissionem peccatorum accepert, noui autem scilicet nos, qui post passionem Christi renascimur aut renati sumus, prius in remissionem peccatorum q̄ in diuisiones gratiarum accepimus, præter Cornelium de Actibus apostolorum, & eos qui cum illo erant, super quos, anteq̄ baptizarentur in remissionem peccatorum cecidit spiritus sanctus, & erant loquentes linguis, & magnificantes deum. Ratio quippe temporis hoc exigebat, propter eos qui crederant ex iudeis, & gentiles nisi circumciderentur, ne liceret illis, uidelicet creditibus ex iudeis pertinacius dicere, quare introisti ad uiros præputium habentes, magisq; daretur libertas Petro, ut diceret ad eos: Quis prohibet baptizari eos qui spiritum sanctum acceperunt sicut nos? itaq; de illis, scilicet de ueteribus sanctis siue filijs dei, maxime qui ante diluuium fuerunt, recte dicas illud mysticum beati Iob, quia concepti non uiderunt lucem. Gratia namq; spiritus sancti, qui est ipsa benedictio patris & filij, quæ benedixit deus masculi & foeminam dicens, crescite & multiplicamini, sterilis quidem deinde nũq̄ fuit, quin tanquã maternus uterus conciperet filios dei, sed quia non peruenerunt ad iam dictæ remunerationis diem, imo nec cogniti sunt mundo per alicuius scripturæ narrationem, nimirum quasi concepti non uiderunt lucem. Proinde his omnis, iam ad cætera transeamus.

Heb. 11

Differetia in re ueteres & nouos in donis spiritus s.

Act. 10

De tribus filiis Noe, ex quibus reparatus est orbis, & quod ualde notandum est, trina enunciatione renouatum super eos uerbum benedictionis quod deus super primos homines edixit, & quod Chanaã potius pater quam ipsum Cham maledixit. Cap. XIII.

Gen. 6

Gen. 8. & 9  
Ibidem.  
Trinitas partum in sermone partim in opere ueteris reseruatã ostenisa e.

**N**oe uir iustus atq; perfectus fuit in generationibus suis. Cũ deo ambulauit, & genuit tres filios Sem & Chã & Iaphet. Ex istis tribus hominibus reparatus est orbis, & quod ualde notandũ est, trina enunciatione renouatum est super eos uerbum benedictionis, quod deus super homines primos edixit. Egredere, inquit deus ad Noe, de archa tua & uxor tua, filij tui & uxores filiorum tuorum, & ingredimini super terram. Crescite & multiplicamini super eam. Itemq; secundo: benedixitq; deus Noe & filiis eius, & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Ac deinde tertio: Vos autem crescite & ingredimini super terram, & replete eam. ¶ Nonne ergo trinitas quæ illic se ostenderit in sermone, ipsa hic sese ostendit in opere? Nam illic dicens, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & ecce Adam quasi unus ex nobis factus est: nimirum se ostendit in sermone & hic reseruatõs habens tres filios Noe, & benedicens eis trina benedictione, ut essent initia tantæ rei, scilicet reparandi generis humani, profecto sese ostendit in opere. Nec uero sacramentum hoc imminuit culpa unius ex illis tribus uiris, sicut nec præuicatio Adæ destruit sacramentum uerborum eius, quæ dixerat: Hoc nunc os os ossibus meis, & caro de carne mea. Vnde Apostolus, sacramentum, inquit, hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. ¶ Quapropter ualde notandum, quod pater Noe, cum didicisset, quæ fecerat ei filius suus Cham, non dixit, maledictus Cham, sed maledictus, ait, Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Neq; enim decebat, ut in illum maledicti plagam mitteret homo sapiens, in quo deus benedictionem dederat inter fratres suos, benedicens do simul omnibus

Gen. 2  
Eph. 1  
Gen. 9  
Noe cur no Cham sed Chanaã maledixit.

omnibus illis tertio sicut iam dicum est, & dicendo: Crescite, & multiplicamini: sicut nec ipse deus, postq̄ eodem modo benedixit Adam & Eua dicens: Crescite, & multiplicamini, uerbum benedictionis ita in contrarium mutauit, ut diceret ad eum, quod postea dixit ad Chanaan, nunc igitur maledictus eris super terram. Et ad serpẽtem: Quia fecisti hoc, ait, maledictus eris inter omnia animantia, & bestias terræ: sed maledicta (inquit) terra in opere tuo. Nimirũ sicut deus in commutabilis non ad ipsum, cui bene dixerat, dignum iudicauit dicere: Maledictus eris, sed: maledicta terra in opere tuo, dicere maluit: sic homo dei uitauit dicere maledictus Cham, cui deus benedixerat, & maluit dicere, maledictus Chanaan. ¶ Quare autem, cum habuerit Cham etiam alios filios, sicut scriptura dicit: Filij autem Cham, Chus & Mesraim, Suth & Chanaan, istum potius sub maledicto esse Moyses scripserit, dicere nunc ex abundanti est, tamen breuiter dicendũ, quia tunc temporis Israel egressus ex Aegypto, ducebatur in terram Chanaan, & implebantur peccata Chanaanorum: iccirco, ut sciret Israel, auxilium domini ad delenda eos sibi non defuturũ, scire etiam debebat genus illud fuisse maledictum anteq̄ natum.

Gen. 4  
Gen. 5

Cur Noe Chanaan & non alius filius Cham male dixerit Gen. 10.

De illius intentione iudicij, scilicet diluuij, quod in illa subleuat splendor sanctæ trinitatis, textum literæ diligentius inspicienti. Cap. XIII.

**V**t sciamus autem certius, quia non casu, sed per prouidentiam sanctæ trinitatis Noe tres filios genuit, & ex huiusce numeri hominibus, reparatus est orbis, ipsam diligentius literam perspiciamus in illius intentione iudicij, scilicet diluuij. Nam ubi dictum est: Videntes filij dei filias hominum, quod essent pulchre, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant, continuo sequitur. Dixitq; deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Moxq; repetita quærela de illa permixtione filiorum dei cum filiabus hominum, protinus sequitur. Videns autem deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cætera, usq; Penitet enim me fecisse eos. Continuo subiunges scripturæ: Noe uero inuenit gratiam coram domino, & genuit tres filios, sic ait: Cũq; uidisset deus terram esse corruptam, dixit ad Noe: Finis uniuersæ carnis uenit coram me, fac tibi arcam de lignis leuigatis. ¶ Quem non delectet pro modo, siue intentione præsentis operis, quod etiam hic ubi forte non purabatur, lucere splendor apparuit sanctæ trinitatis. Denique in tam breui, ecce tertio nomen dei, dum dicitur: Dixitq; deus, Videns autem deus, Cũque uidisset deus, Quid hic deest de manifestatione trinitatis, nisi quod iccirco, quia oportebat (sicut in exordio diximus) hunc thesaurum in isto agro scripturarum esse absconditum, tacitum est de re latius nominibus, ut non diceretur, Dixitq; deus pater, Videns autem deus dei filius, Cũq; uidisset deus patris & filij spiritus? Deniq; si hoc totum scriberetur, tunc non poruisset portare mundus, faciesq; Moysi, nimis cornuta, siue splendida uisisset, & longius ab eo fugisset scandalizatus Israel. Nunc uelamen uultus eius subleuare licet, & demonstrare, quia sedentem in throno iudicij sanctam trinitatem prædicat litera hæc, pro magno iudicio uidelicet ad faciendum tam terribile iudicium super illos gigantes, nimisq; multiplices homines, quorũ malitia & iniquitate terra repleta est. Sententias ergo iudicij, sententias libet hic perpendere singularium personarum sanctæ trinitatis.

Gen. 6

trinitatis splendor in vrbis deat Noe.

Exo. 34.

De prima sententia illius iudicij: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, quod congruat personæ patris. Cap. XV.

**D**ixitq; deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Nimirum personæ illi, quæ dixerat (quod superius tractatum est) Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, nunc ergo ne forte sumat etiam de ligno uitæ, & uiuat in æternum, ipsi congruit dixisse: Non permanebit spiritus meus, id est, à me factus siue datus, in homine in æternum, deniq; priorem sententiam ista confirmat, & quodãmodo satis facit audientibus, quod uere sapienter & ualde utiliter obcluserit homini lignum uitæ, ne uiueret in æternum. Ac si dicat: Quid facerent homines, si uiuerent in æternum: quandoquidem propter longiusculam uitam (uerbi gratia, non gentorum aut octingentorum annorum) tam corrupti, tamque superbi sunt? Ergo, sicut uinc dicit, ne sumat de ligno uitæ, & uiuat in æternum: ita & nunc dico: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, id est, quia corruptus est, imò & annos eius diminuam, ut non amplius tot annorum, sed erunt anni centum. xx. annorum. ¶ Et qui dem alij paucioribus annis uixerunt post diluuium, sed Moyses, qui scripsit hanc scripturam, huius fuit numeri, quando mortuus est, scilicet centum uiginti annorum. Est & alia de hoc numero sententia, sed hæc potior uidetur. Sed nos proposito tenemus, & in huiusmodi immorari non possumus, præsertim quia alio in opere latius tractauimus. Ergo cui magis congruat hæc iudicij sententia, persona patris est. Nam ea quæ sequitur, nimirum personæ filij congruit, & hoc perpendere, nobis dulcè ac delectabile est.

Duplex causa mortis in homine, vna nua, alia filij

Anni hominis. CXX.

De secunda sententia, uidens deus poenituit eum quod hominem fecisset in terra & praecauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem quem creavi, quod personae congruat filij, Cap. XVI.

Gen. 6 Videns autem deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, poenituit eum quod hominem fecisset in terra. Et praecauens in futurum & tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem quem creavi a facie terrae, ab homine usque ad animantia, a reptili usque ad uolucres caeli, poenitet enim me fecisse eos. Et cetera, inquam, sententia personae filii magis congruit, scilicet iudicium facere de hominibus, quia filius hominis erat futurus, quem ad modum in euangelio dicitur: potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Non enim quod nondum erat factus ipse filius hominis, idcirco illud de hominibus facere iudicium, id est, diuini uim inducere, minus illi congruit, cum certissime futurus esset filius hominis, iamque esset opus istud coram eo, sicut scriptum est: Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram eo. Similiter poenitentia suae baptismus poenitentiae, quo baptizandus erat in forma serui eandem poenitentiam consummaturus, passione & morte crucis, nonne iam tunc erat coram illo: et languores atque dolores nostros, quos ipse portaturus erat, uulnera quibus uulnerandus erat propter iniquitates nostras, attritio, qua attrerendus erat propter scelera nostra: disciplina & liuor sine flagella & uibices, quibus sacratissimum corpus eius secandum erat, nonne iam tunc erant coram illo, si propheta, cum adhuc essent futura, quasi iam praeterita uidit, & haec omnia uerbis praeteriti temporis enunciauit: Vidimus eum, confydetauimus eum, nec reputauimus eum, languores nostros tulit, dolores nostros portauit, uulneratus est, attritus est, liuore eius sanati sumus: quanto magis coram illo erant praesentia, quam uis non dum facta. Quod ergo dicit scriptura, poenituit eum, quod hominem fecisset in terra, siue hoc dicitur, poenitet enim me fecisse eos, nimirum huic personae congruit, scilicet filio, & recte hanc sententiam, tam prophetiam, & sic dictum poenitet enim me fecisse eos, ac si diceret, poenitentiam agam usque ad mortem, in mortem autem crucis, quia feci eos, siue, uapulo, id est certissime uapulabo, non ob aliam culpam meam, nisi quia feci eos, quod nimirum erit retribuere mala pro bonis. Propterea delebo eos, scilicet & nunc istos praesentem diluio, & omnes impios futuro per ignem iudicio. Propterea, inquam, quia uidelicet propter hoc ipsum iustam habeo potestatem facere iudicium, quia filius hominis sum, uel simul intelligendum est, & ab eis uel ab eorum similibus motificatus, id est certissime mortificandus sum. Quid uero est, quod dicit scriptura, tactus dolore cordis intrinsecus? Quid est illud intrinsecus? Non enim est deus, ut homo cuius est corpus extrinsecus & anima intrinsecus. Ergo quod dicitur, illud secretum significat, de quo Apostolus ad ephesios: Et illuminare, inquit, omnes sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in deo, qui omnia creauit, innotescat principibus & potestatibus in caelestibus. Nam quia dolor ille, quo futurus erat dolens pro nobis, & quem ipse quasi iam praesentem uidebat, ut iam dictum est, absconditus erat & angelis & hominibus, recte dictum est, & tactus dolore cordis intrinsecus. Quid illud quoque est, quod dicit, & praecauens in futurum? Nimirum secundum eundem sensum idem est ac si diceret, prouidens ut dolor ipsius multum haberet fructum. Ad eandem prouisionem siue prouidentiam & illud pertinet, quod in psalmo dicit: Quae utilitas in carne mea, dum descendo in corruptionem? Nisi enim & illo diluuii delectum, & aliis multis miseris repletum fuisset genus humanum, & nisi cito ceruices nostrae redigerentur in lutum, quomodo susciperemus humilitatis Christi iugum, cum etiam nunc uix uexatio auditui det intellectum: quando homo natus ex muliere, breui uiuens tempore, repletus multis miseris, & dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.

De tertia sententia: Cuique uidisset deus, dixit ad Noe, finis uniuersae carnis uenit coram me, fac tibi arcam, quod personae congruat spiritus sancti. Caput. XVII.

Gen. 6 Gen. 8 E A quae sequuntur, cuique uidisset deus terram esse corruptam, dixit ad Noe: Finis uniuersae carnis uenit coram me, fac tibi arcam de lignis leuigatis, & caetera, inter quae scriptum est, quia columba uenit ad eum ad uesperam portans ramum oliuae, uidentibus solis in ore suo, nimirum personae congruit spiritus sancti: ita ut iam hic ueraciter dicas illud Dauidicum: Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatae sunt. Denique spiritus sanctus ipse est misericordia dei, sicut in psalmo canimus: Deus misericordia mea: & dei filius ipse est ueritas, sicut ipse dixit, ego sum ueritas. Et quis nesciat, quia sicut ueritatis fuit quod deus uidens, ut iam dictum est, quod multa malitia hominum esset in terra: delebo, inquit, hominem quem creavi a facie terrae, ab homine usque ad animantia, a reptili usque ad uolucres caeli: ita & misericordia fuit, quod dixit ad Noe: Ponam foedus meum tecum, & ingredieris arcam tuam & filii tui, uxor tua, & uxores filiorum tuorum tecum, & ex cunctis animalibus uniuersae carnis bina induces in arcam, ut uiuant tecum masculi sexus & feminae, ut

Iohan. 7 Passio Christi coram illo fuit ab aeterno patris. Esa. 40. 62 Esa. 53 Poenitet enim te uel hoc in Philip. 2 Tacet? dolore cordis intrinsecus. Eph. 3 Et praecauens in futurum. Psal. 29 Esa. 28 Iob. 14 Psal. 69 Gen. 6 Gen. 8 Psal. 48 Spiritus sanctus in psal. 52 Iohan. 14 Gen. 6 Ibidem.

ut saluetur semen super uniuersam faciem uniuersae terrae. Igitur tam uerbis quam factis in illo tanto negotio tam magni iudicii, trinitas sese ostendit pariter & abscondit, & in caeteris huiusmodi, id est sanctae scripturae, locis praecipuis idem speramus, quod thesaurus iste ab illis, qui pie quaerunt, sine dubio possit inueniri. Proinde sequamur, & uigilantibus oculis omnem, quoad possumus, locum perspiciamus & perscrutemur.

De eo quod dixit deus: Venite igitur, & descendamus, & confundamus ibi linguas eorum, quia sic uox trinitatis, sicut & illud dictum pluraliter: Ece Adam quasi unus ex nobis factus est. Cap. XVIII.

D Escendit autem dominus, ut uideret ciuitatem & turrim, quam aedificabant filij Adam, & dixit: Ecce unus est populus, & unum labium omnibus. Coeperuntque hoc facere, nec desisterent a cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguas eorum. Erreuera sicut in praeparatione ad aedem res acciderat tam magna, cui sese deberet opponere sancta trinitas, ita & hic. Quale enim erat quod intendebant filij Adam dicentes: Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad caelum? Nimirum eodem ausu superbiae decipiebantur, quo & ille deceptus est, ambiendo ut esset sicut deus, & ille agitabat eos, qui dixit in corde suo: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Propter eiusmodi superbiam, quam imitabantur, congrue scriptura denotat eos nominans filios Adam. Descendit autem (inquiens) dominus, ut uideret ciuitatem & turrim, quam aedificabant filij Adam. Denique huiusmodi locuti admirationi esse uult, quod filij adhuc tantam spirabant audaciam, iam ferentes paternae superbiae poenam, quia profecto magis mirum est, superbire post poenam uel in poena, quam ante poenam. Ausum igitur illorum libet admirari uerbis quoque ethnici, scilicet poetae insignis, qui poenas infernales describere gestiens, dicit: Hic genus antiquum terrae, Titania pubes Fulmine deieci, fundo uoluntur in imo. Hic & Aloidas geminos immania uidi Corpora, qui manibus magnum rescindere caelum, Aggressi, superisq; Ionem detrudere regnis.

Sed nunquid hoc deum tenuisse putabimus, & idcirco dixisse, coeperuntque hoc facere, nec desisterent a cogitationibus suis, donec eas opere compleant? Denique & si hodieque uiderent, & aedificare non cessent, aut cessarent. Nunquid uel usque ad medium altitudinis caeli siue firmamenti peruenissent? Minime. Sed esto, peruenierint, siue peruenire potuerint usque ad illam firmamenti celsitudinem, quam dicunt Aplaen. Quid ibi nocere possent inuisibili maiestati, etiam non turbati aut fulminati? Ergo praecauisse quidem deum aliquid, non sit dubium, quoniam sic superius scriptum est: Et praecauens in futurum: ueruntamen non praecauisse manus eorum, imo praecauisse linguas eorum. Ita quod: Simus attentus, quia non minimam intelligentiam locus iste quaerit, dicente deo: Nec desisterent a cogitationibus suis, donec eas opere compleant, qui & non manus eorum praecidit, sed linguas eorum confudit. Dicamus ergo, qualem praecauit aedificationem superbiorum, quia ueraciter dictum est superius: Et praecauens in futurum.

De eo quod dixit: Nec desisterent a cogitationibus suis donec eas opere compleant, qualiter eas opere compleuerint. Cap. XIX.

S CRIPTURAS ueritatis conditurus erat propter homines humiles spiritus sanctus, quas nunc legimus, & in illis recondere proposuerat thesaurum, quem nunc usque & inuenimus, & inuenire cupimus, thesaurum nominis sui, thesaurum sacramentorum Christi filij dei. Nouerat enim altitudinem fatanae, regnantis super omnes filios superbiae. Et illius turris aedificationem uanae & mendacis eorum scientiae siue loquacitatis, extollentis aduersus ueritatem dei, prospiciebat esse imaginem. Dixit ergo: Coeperuntque hoc facere, nec desisterent a cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Quibus a cogitationibus suis non desisterent? Vtique quas uocibus istis enunciat: Faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat usque ad caelum. Nonne ita fecerunt? Denique mox ut factae scripturae illis peruulgatae sunt, contrariae scientiae turrim usque ad blasphemandum creatorem erexerunt. Hinc est illud: Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelsis locuti sunt. Posuerunt in caelum os suum, & lingua eorum transiuit in terra, id est, cum essent terreni, transiuit lingua eorum blasphemando omnia terrena usque ad ipsum deum. Quippe qui non solum de terrenis male locuti sunt, sed etiam de creatore eorum. Dico ergo: Si postquam diuisa sunt, uel confusa sunt labia insurgentium, & dissipatae sunt cogitationes eorum, tanta fecerit tanta dixerit, ut uix subsistere, aut resistere posset illa, cui dicitur in Canticis: Sicut turris Dauid collum tuum quae edificata est cum pugnaculis, mille clypei pendet ex ea, & omnis armatura fortium. Quid fecissent, quod dixissent, si nunquam confusae linguae, nunquam diuisa fuissent labia eorum? Bene igitur

Trinitas thesaurus in aegro scripturae abscondit. Gen. 11. Filius Adam in carnis obsequio. Esa. 14. Admiranda gigantum superbia. Vergilius 6. Aeneidos. Quid praecauit deus? Babel. Gen. 6. Hic 48. Iob. 31. 2. Thess. 2. Cor. 10. Gen. 11. Heretici turrim Babel extruunt. Psal. 74. Cur diuisae sunt linguae? Can. 4.



Trinitas thesaurus varietatis absconditis, in scripturis veterum Exo. 34. a. Cor. 3

& prouide dū tempus immineret, ut scriberentur scripturæ ueritatis, scripturæ legis & prophetarum, in quibus est thesaurus ueritatis, facta est diuisio illa linguarum: siue gentiū, ut in una tantū lingua, siue gente thesaurus iste usq; ad tempus posset abscondi. ¶ Nunquid uero uel istud sufficere potuit? Non utiq; nisi in eadē una lingua gentis Hebrææ sub figuris & ænigmatibus, in parabolis & allegorijs, peracta fuisset subtilitas absconditis. Neq; enim uel ipsi portare potuissent, quibus credita sunt eloquia dei, sicut significatum est in eo, quod fugerūt uel timuerunt prope accedere filij Israel, uidentes claritatem uultus Moysi.

De plaga illa confusionis, in quo profuerit, & cui personæ magis congruit dixisse ceteris: Venite descendamus, & confundamus. Cap. xx.

Persona filii de confusione linguarum: cō-filiū dedit. Ioan. 4. Actua

**I**gitur plaga quidem grandis accidit mundo, ubi facta est linguarum confusio, sed in eo non minime profuit, quod & Pagani & Iudæi, maximeq; hæretici, per Asiam, Europamq; & Africam disseminati, minus turrim suam confusibilem & edificare poterunt contra ueritatem, quam si fuisset omnes labij unius, & sermōnū eorundem.

Gen 9

¶ Cui autem personæ magis congruit dixisse ceteris: Venite descendamus, & confundamus linguam eorum. Putas ne personæ filij? Deniq; ubi plaga confusionis illius sananda erat, persona hæc scilicet filius loquens Apostolis suis: Et ego (inquit) rogabo patrem, & alium paraclætum dabit uobis. Et hoc ita factum est, ita linguarum diuisio, quæ propter superbiam acciderat, reformata est per eiusdem paraclæti spiritus sancti aduentum, ut in ora eorum cōmuniū genera nascerentur linguarum. Quia ergo rogante filio sic futurum erat, & sic factum est, delectabile nobis est ascribere personæ huic, illud dictum ad patrem, & spiritum sanctum: Venite descendamus, & confundamus linguam eorum, quia uidelicet & ista uerba, & illa uetera omnia propter ipsum facta sunt. Veruntamen uerba illa: Venite descendamus & confundamus, non iam sic accipimus tanquam uerba rogantis, quia uidelicet rogare minoris est. At ille, scilicet filius, non tunc erat minor, sed quando factus est homo, tunc paulo minus minoratus est, non solum à patre & spiritu sancto, uerum etiam ab angelis, quia secundum humanam naturam pati potuit, & mori, quod nimirum rogare fuit. Mortendo quippe sacrificium factus est pro nobis. Melius igitur atque fidelius uerba illa: Venite descendamus, confundamus, sic accipimus, tanquam sapientiæ consulentis, & cum deo cuncta componentis, sicut habemus in Parabolis, quæ uidelicet sapientia, ipse est dei filius, Procedamus ulterius.

Heb. z

Psal. 9

Heb. 1

Pro. 8

De fide patris Abrahamæ credentis promissionibus beati seminis, & de eo quod tres uidit, & unum adorauit. Cap. xxxi.

Figura trinitatis per similitudinem in tribus angelis coram Abrahamâ Exo. 3 Gen. 18

**I**n parte agri quam nunc attingimus, in loco scripturæ, in quæ nunc progredimur, splendet fides patris nostri Abrahamæ, credentis promissionibus beati seminis. Et hic ò beata trinitas deus præclare fulget, nec multum absconditus est thesaurus tui nominis, uidelicet in tribus hominibus magnis, & in tribus designatus angelis. Tres homines principum magnæ ætatis sunt, Abraham, Isaac, & Iacob: super quibus hodieque audimus te profertem: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. De tribus angelis taliter scriptura dicit: Apparuit autem dominus in conualle Mambra sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso seruore diei. Cumq; eleuasset oculos, apparuerunt ei tres uiri, stantes propter eum. Quos cum uidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra, & dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, & ne transeas seruum tuum, & cætera. Illius diei festiuitas quanto notior, & quanto est celebrior, tanto ad concelebrandum omnis sermo noster est pauperior. ¶ Quis enim nescit, quis nō audiuit, quia noster secundum fidem pater Abraham illo die in ipso seruore diei tres uidit, & unum adorauit? Tres quippe uiros uidebat, quibus occurrens & adorans non dixit: Domini si inueni gratiam in oculis uestris, sed: Domine, inquit, si inueni gratiam in oculis tuis, Hoc fuit adorare eum, in aspectu trium. Quid autem sibi uult illud conuiuium trium angelorum, nasciturum Isaac promittentium, cum risu & gaudio tales hospites suscipientium? Paulo supra riserat senex Abraham, sicut scriptura dicit: Cecidit Abraham in faciem suam, & risit dicens in corde suo: Putas ne centenatio nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Et hic dicente domino, qui apparuerat in tribus personis angelorum, reuertens ueniam ad te tempore isto, uita comite, & habebit filium Sara uxor tua, risit Sara post ostium tabernaculi, risit (inquam) occulte, & dicente domino ad Abraham: Quare risit Sara dicens, num uere paritura sum anus? Sara timore perterrita negauit, dicens: Non risi. Dominus autem: Non est (inquit) ita, sed risisti. Quid (inquam) sibi uult illud conuiuium talium hospitem, risu seruum, & in bילו celebratum, ubi qui & nasciturus promittitur, uocari iubetur Isaac, id est risus, & eorum quibus nasciturus promittitur huius nominis filius, alter Abraham, id est pater multarum gentium: & altera Sara, id est, princeps nominatur? Dicamus aliquid fide dignū, ut cum risu æterno mereamur epulari cum beata trinitate, secundu illius conuiuij signatum mysteriū.

Tres uidit, & unū adorauit.

Gen. 7

Gen. 18.

Deti

De tribus patribus, Abraham, Isaac, & Iacob, quomodo in illis tribus angelis conuiuantiis, & nasciturus Isaac promittentibus, præsignatū fuerit sacramentū fidei sanctæ trinitatis, qua per aduentum Christi mundus est illustratus. Cap. xxxii.

lege & Ofsee Ofsee. 12 Testamentū trinitatis ad Abraham, Isaac, & Iacob Psal. 104

**I**n Propheta \* Amos dominus dicit: Et locutus sum super prophetas, & ego uisibiles multiplicauit, & in manu Prophetarum assimilatus sum. Porro Prophetarū præcipui, siue maximi tres isti patres fuerunt, imò sunt, Abraham, Isaac, & Iacob, cū quibus sancta trinitas, unus deus, testamentū suum disposuit, sicut Psalmista canens, cū præmississet: Memor fuit in seculum testamenti sui, quod disposuit ad Abraham, & iuramenti filii ad Isaac, & statuit illud Iacob in præceptū, & Israel in testamentū æternū. Postmodū ita subiunxit: Non reliquit hominē nocere eis, & corripuit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Ergo ut illius cōuiuij mysterio digni habeamur, scire debemus, quali assimilatione sancta trinitas illic in hospitio patris Abrahamæ assimilata sit.

Trinitas in aduentu Christi mundopubli-cata Ioan. 10 Ibidē 14

Asserione nostra non indiget, nā fere cunctis ubiq; notū est tenes Abrahamæ filium Isaac, quod interpretatur risus, domini nostri Iesu Christi, filij patris antiqui & æterni, nascendo & uiuendo gessisse typum, qui sanctorū risus hominum, & omnium beatorū gaudiū est angelorum.

Matt. vi. 11

¶ Futurum autem secundū dispensationē temporum, quæ præfinita fuerat apud deum, ut nō ante aduentū, sed in ipso aduentus eius meridie, siue feruore diei clarissimo, sancta trinitas mūdo publica prædicatione innotesceret, ipso incipiente nostro Isaac Euangelica uoce. Exempli gratia, cū dicit: Ego & pater unū sumus. Et paraclætu autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia. Et multa ad huius fidei regulā pertinentia, quorum notissimū atq; præclarissimū est illud apud Mattheū in calce euangelij: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Pulcherrime igitur, atq; sanctissime, non ante, sed ubi iam uenerat tempus, ut conciperetur siue nasceretur ille Isaac, figura siue forma huius, apparuerunt patri Abrahamæ tres uiri illi, scilicet angeli, & currenti in occursum, atq; adoranti, ac dicenti: Domine, si inueni gratiā in oculis tuis, & cetera, usq; ipso nam buccellam panis, tam prompte respondentes dixerunt: fac ut locutus es, tamq; familiariter comederunt tria sata similia, uitulūq; de armento tenerimū & optimum, butyrū quoq; & lac. ¶ Quo alio modo magis familiariter q̄ isto, cupebat pater Abraham cōmunicare ciuibus patriæ inuisibilibus: siue seruire homo fidelis, & iustus reputatus pro merito fidei, sanctæ & indiuiduæ trinitatis? Similiter quo alio modo, multarū gentiū uniuersitas, quarū ille est pater secundū fidem, familiariter cupit ministrare sanctæ trinitati, q̄ sacrificando in sancto altari sacrificium dominici corporis & sanguinis, stando sub arbore, id est, crucis Christi fide, sicut illic scriptum est: Abraham uero stabat sub arbore? Multa hic materia sese offert, & dicendi copiam flagitat magna res, sed nos in alio loco pro posse diximus, & iccirco testimonij sanctæ trinitatis, quod hic magnifice splendet, nos secundū propositū memorasse, siue de monstrasse contenti, finem faciamus præsentis libelli, prout ad ulteriora progressuri secundum tenorem eiusdem propositi, quo propositimus, in isto sanctæ scripturæ agro amplissimo thesaurū demonstrare credulis, quem uidere uel inuenire non possunt increduli.

Mysteriū cōuiuij Abrahamæ cū tribus angelis.

## RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, & proceessione sancti spiritus. Liber . V

De eo qd Salomon in Parabolis loquit: Turris fortissima nomen dñi, ad ipsam currit iustus, & exaltabit, & quod ille sit iustus, qui ex fide huius nominis iustificatur. Cap. I.



**S**PES NOSTRA IMO ET CORONA spei nostre tu es, ò nomen domini, nomen patris, & filij, & spiritus sancti, corona (inquam) spei, sicut Propheta dicit: Domine excelsum est brachiū tuū, deus sabaoth corona spei, quæ ornata est gloria. Quid enim aliud q̄ te speramus, aut sperare debemus, dum loquendo & scribendo nomē tuum prædicamus & glorificamus? Quid, inquam, aliud sperare debemus, nisi quod diligentes nomen tuū, in te gloriabimur? Nam gloriabuntur in te, ait Psalmista, omnes qui diligūt nomen tuū. Et sapientia dicit: Turris fortissima nomen domini ad ipsam currit iustus & exaltabitur. Quis uero iustus, uel unde iustus? Nunquid ex operibus? Nempe si de operibus

Corona spei nre trinitatis

Psal. 5 Prouerbi. 18

Psal. 148 Rom. 3

Vnde

agitur, refragatur Psalmista dicens: Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, consonante Apostolo cum dicit: Quia ex operibus non iustificabitur omnis caro coram illo.

Abacuc 2  
Gen 17  
Rom. 4

Vnde ergo iustus? Ex fide, quia scriptum est Iustus autē ex fide uiuit. Abraham ex fide iustificatus, sicut scriptura dicit: Credidit Abraham deo, & reputatur esse illi ad iustitiam: deinde (sicut memorauimus) mysteriū sanctę trinitatis in tribus angelis uidere & suscipere meruit. Et nos igitur in hac spe iustitię glorificemus te ò nomen domini, & hoc nobis sit currere ad rurrim fortissimā & exaltari, quod fidelem contendimus & discipare sermonē super fundamētum fidei, taliter ut turris esse possit in auxilio opportuno, spesq; ista firma sit.

De eo quod ad Moysem incipiens loqui dicitur: Hęc inquit dices filijs Israel, dominus deus patrum uestrorum, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob misit me ad uos, & de nomine Adonay, quod nomen meum, ait, non indicaui eis. Cap. II.

Exo. 3

**A**D Moysem deus incipiens loqui, sic inter cętera dixit: Hęc dices filijs Israel, Dominus deus patrum nostrorū, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob misit me ad uos. Hoc nomen mihi est in æternū. Et alibi ad eundem dicit: Deus dominus qui apparui Abraham, & Isaac, & Iacob in deo omnipotente, & nomen meū Adonay nō indicaui eis. Illic subaudiendū est, sicut indicaui tibi. Quandam enim gratiam spiritus sui tunc dabat dominus Moyfi, scilicet operationem uirtutū, quam non dederat, siue indicauerat patribus illis. Neq; enim illi uirtutes eiusmodi operati sunt, sed sola fide gloriosi fuerunt. Hoc qui perpendit, nimirum rite intelligit hoc dictum: & nomen meū Adonay non indicaui eis. Itēq; illud quod Esaias ubi pręmissit: Vbi est qui eduxit eos de mari cū pastoribus gregis fuit: Protinus subiunxit: Vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui? & subin dicit: Spiritus dominus induxit eum. Hęc inquam rite intelligit qui hoc perpendit, quod Moyse pro ratione uel necessitate temporis, quia non dimissurus erat Pharaon populum, nisi in manu forti, gratiam istam accepit à spiritu domini, scilicet operationem uirtutū, quā Apostolus medio scilicet quinto loco ponit in ordine nouem charismatum eiusdem spiritus sancti. Nimirum per istam gratiam, per operationem uirtutum, nomen suum deus indicauit Moyfi, & per Moysem omnibus nobis, scilicet Adonay, quod nos generaliter dominum dicimus, ait beatus Hieronymus. Hinc est illud quod Esaias loco supra memorato, cū dixisset: Vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui, ut aperiret qualem spiritus sancti operationem illic intelligi uelit, protinus ait: Qui eduxit ad dexterā Moysem brachio maiestatis suę, qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum, qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem, quasi animal in campo descendens. Et interposito, quod iam supra diximus: Spiritus domini ductor eius fuit, rursum ait: Sic adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen glorię.

Exo. 6  
Nomen meū  
Adonay nō  
indicaui eis

Esa. 63  
Cur Moyse  
potius q; pri  
orib; prius  
data est ope  
ratio uirtutū  
1. Cor. 12

Esa. 63

Non fuisse diminutionem glorię uel meriti patribus illis, quod dixit: Et nomen meum Adonay non indicaui eis. Cap. III.

**Q**uid proinde dicemus: Nunquid patres sancti Abraham, Isaac, & Iacob, pro eo mi noris sunt glorię uel meritiq; Moyse, quia nomen suum Adonay non indicaui eis, indicaui autem Moyfi in conspectu Pharaonis, & Ægyptiorum, ceterorūq; gentium, per operationem uirtutū. Vnde Psalmista canit: Tu es deus qui facis mirabilia, notam fecisti in populis uirtutē tuam, redemisti in brachio populum tuū, filios Iacob & Ioseph. Et ipse dominus ad Pharaonem: Ecce autem posui te, inquit, ut ostendam in te fortitudinem meā, & narretur nomen meū in uniuersa terra: Minime. Imò per hoc pretiosior coram deo in oculis nostris fulget eorū magnafides, quod eiusmodi signis, quę usq; hodie iudę petunt, siue linguis, quę non fidelibus (ait Apostolus) sed infidelibus in signū sunt, non indiguit ut cresceret. Hinc idem Apostolus, memorata ipsorum fide: Ideo, inquit, deus nō confunditur uocari eorum deus. Et uere non confunditur, quippe qui & ultro nomen hoc si bia assumpsit, nomen ipsoꝝ dicens ut supra memorauimus: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Hoc nomen mihi est in æternū, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Cum ergo dicit: & nomen meū Adonay non indicaui eis, pulchre subauditur, & tamen fides eorum magna fuit. E contra, cum ecce nunc indicaui eorum populo huic nomen meum Adonay, nunc dentq; uidebis quę factururus sum Pharaoni, per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robusta eijciet illos de terra sua, fides eorum non magna erit, imò rebelles erunt & increduli, & populus durę ceruicis, intantum, ut tu quoq; exacerbatus ab illis, distinguere habeas in labijs tuis, & loqui sicut homo non magnę fidei. Quam quippe sciebat dominus, dicturum esse Moysem, postquam indicasset nomen suum Adonay: Audite rebelles & increduli: num de petra hac aquam poterimus uobis eijcere? Quam culpam mox sententia secuta est, & cidentis: Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quam ego dabo eis. Hęc iccirco dixerim, ut liquido constet, quia non diminutio est glorię & honoris, sed dignitatis patribus illis, qui dixit: Et nomen meum meum Adonay non indicaui eis, imò & maioris esse meriti, quod

Psal. 76.

Exo. 9  
Maximafides  
priorū p̄sum

1. Cor. 14  
Heb. 11

Exo. 5

Exo. 6

Fides Moyfi  
ad aquas cō  
tradictionis  
Num. 20

quod absq; illo indicamento tanti nominis, non uisā tantarum operatione uirtutum, exiuit Abraham de terra sua, cum isti uix post tantarum operationum uirtutum crediderunt & secuti sint ut habitarent in terra sibi ab ipso data, præsertim cum clamaissent ad dominum, & educerentur de domo seruitutis, de ergastulo Ægyptiorum, de fornace ferrea. Amplius autem & hoc mirandum de homine, qui non uideret resurrectionem mortuorū, sicut nec cęterarum acceperat operationem uirtutum, quia sicut meminit Apostolus, fide obtulit Isaac cum tentaretur, & unigenitum offerrebat qui susceperat repromissiones, ad quem dictum est: Quia in Isaac uocabitur tibi semen, arbitrans, quia & à mortuis suscitare potest deus. Sed iam ad supradictum capitulum reuertamur.

De eo quod Sadducęis respondens dominus pro resurrectione mortuorum, congrue patrum istorum meminit, dicente deo: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, pro quo sic assumpsit: Non est deus mortuorum, sed uiuorum, omnes enim ei uiuunt. Cap. IIII.

**H**ęc inquit dices filijs Israel: Dominus deus patrum nostrorū, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob misit me ad uos. Huius loci memot dominus respondit tentantibus Sadducęis, qui dicunt non esse resurrectionē. De resurrectione mortuorum non legistis, quod dictum est à deo dicente uobis: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob: Non est deus mortuorum sed uiuorum: Omnes enim ei uiuunt. Quod eius responsonē nonnulli dubitare solent, quasi non satis fecerit pro astruenda resurrectione contra illos se cęta, siue hæreticā opinionem. Aiunt enim q; etiam si mortui non resurgant, nihilominus uera & firma sit sententia: non est deus mortuorū sed uiuorū, omnes enim ei uiuunt. Quid enim? Nunquid Petrus & Paulus, quia nondū resurrexerunt, non ei uiuunt? Nonne cum in corpore essent cupiebant peregrinari à corpore, & præsentēs esse ad deum, iccirco ut uerius uiuerent: Hęc quæstio difficiliter solueretur, si Sadducęi sic dicerēt, nō esse resurrectionē corporū, ut salte spiritū siue animam post depositionē corporis uiuere faterentur. At illi neutrū fatentur. Hinc est illud in actibus Apostolorū: Sciens autē Paulus, quia una pars est Sadducęorū, & altera Phariseorū, exclamauit in concilio: Viri fratres, ego Phariseus sum, filius Phariseorū, de spe & resurrectione mortuorū ego iudicor. Et cū hæc dixisset, facta est dissensio inter Phariseos & Sadducęos, & soluta est multitudo. Sadducęi enim dicūt nō esse resurrectionē neq; angelū: Pharisei autē utrunq; consentiunt. Factus est autē clamor magnus, & surgentes quidā Phariseorū clamabant, dicentes: Nihil mali inuenimus in homine isto, quid si spiritus ei locus est aut angelus? Igitur quia Sadducęi sic negabāt resurrectionem corporū, ut nullā post corpora crederent esse uitā animarū, pulchre & rationabiliter dominus sic asseruit, utā esse post corpora, ut simul assereret esse resurrectionē corporum. Concesso namq; quod necessario concedi oportebat, dixisse deū: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, (Pentateuchū quippe Sadducęi suscipiebant) simulq; assumpta hac sententia, quę res illi nō potest non esse deus mortuorū, sed uiuorū, conclusio sequebatur, esse resurrectionē mortuorū. Quia sicut inconueniens, imò & impiū est, dicere deū mortuorū, sic nihilominus absurdū est & impiū, dicere deum semiuuorū, siue deū semimortuorum, quod cōsequitur, si à uiuentibus animabus corpora non resurgunt.

De capitulo Prophetę Osee: Et locus sum ait dominus super Prophetas, & in manu prophetarū assimilatus sum, quomodo sancta trinitas in istis patribus assimilata fuerit in Abraham deus pater, in Isaac deus filius, in supplantatione Iacob, deus spiritus sanctus. Cap. V.

**L**audare nō sufficimus uiros tā gloriosos, secundū fidē parētes nostros Abraham, Isaac, & Iacob, quibus tam multā facit gloriā trinitas deus, ut sub nominibus eorū, nomen suum designari dignetur, pater & filius & spiritus sanctus. Quod nomē manifeste nondū portare poterat mundus. Reuera tres isti sunt prophetę, de quibus maxime in Osee dixerit idē deus: Et locus sum super prophetas, & ego uisionem multiplicauit, & in manu prophetarū assimilatus sum. Dicendū ergo, quis breuiter, quomodo uel quibus rebus gestis in manu prophetę Abraham, deus pater: & in manu prophetę Isaac, deus filius, & in manu prophetę Iacob, cooperante matre Rebecca, deus spiritus sanctus assimilatus sit. Abraham pater excelsus, Abraham pater multarū, subaudit gentiū, interpretatur. Et quis pater ueraciter excelsus, nisi deus pater domini nri Iesu Christi, pater misericordiarū (ut ait Apostolus) & deus totius cōsolationis: Et quis ueraciter pater multarū gentiū, nisi idem deus per gratiā, pater omnium nostrū ex quacūq; gente credentiū? Hic anti quā sibi coniunxit ecclesīā. Etenim ecclesia secundū fidē, ab initio usq; ad natiuitatē domini nostri Iesu Christi secundū carnē, coniunxerit eius extitit, & hūc filiū uirgo fidelis ex spiritu sc̄to conceptū illi peperit, longe ante pmiffum, diu expectatū. Nonne huic simile fuit, quod Abraham ex sterili coniuge Sara, diu expectatum unigenitum Isaac in senectute suscepit? Deniq; in sara, quod nomen interpretatur princeps, recte

Heb. 11  
Rom. 8  
Gal. 3  
Gen. 21

Exo. 5  
Matth. 22

Responso  
Christi contra  
Sadducęos

2. Cor. 4  
Phil. 1  
Sadducęi ne  
gratias, neq;  
angelos ui  
uere putant.  
Act. 23

Osee 12

Abrahę deū  
patre signi  
ficat.  
2. Cor. 1

Sara.

Heb. 7  
Isaac deū fr-  
strū p̄signa-  
uit.  
Gen. 21

Luc. 2

Rom. 8  
Gen. 22

Jacob deum  
sp̄m sc̄m  
p̄signauit

Ioan. 11  
Rom. 9

Melior exer-  
citatio iacob  
q̄ Esau

1. Timo. 4

Gen. 27

Vestes bonę  
quas induit  
Jacob, chari-  
smata sunt  
sp̄s sc̄i.

1. Cor. 2

Esau iuda-  
cū populū  
Jacob gētes  
p̄signat  
Psal. 46

Malac. 1.

recte intelligitur fides, cuius principatus ante deum magnus est. Er in ancilla Agar, quod in-  
terpretatur aduena, intelligitur lex, quæ prius in seruitute generauit, & nihil ad perfectum  
adduxit, q̄ nasceret secundum carnē dei filius ex libertate fidei. ¶ Isaac risus interpretatur,  
& quis talis risus, ut est dominus noster Iesus Christus dei filius? In natiuitate, & ante natiui-  
tatem illius Isaac, in nouissima promissione, referunt ambo patres eius: amplius autem mater  
quæ nato illo dixit: Risum mihi fecit deus, quicunq; audierit corridebit mihi. Nonne illud si-  
mile est huic, quod nato dei filio ex utero uirginis, mater superna Hierusalem risit. Risit enī,  
id est, cantauit gloriam deo in excelsis, & cantando gaudiū suum, gaudiū nostrum, & risum  
magnum hominibus bonæ uoluntatis euangelizauit. Huic proprio filio suo deus non peper-  
cit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & ex abundanti est astruere. Notū quippe est omni-  
bus, quod per istum assimilatus fuerit in eo, quod Abraham illum suum unigenitū deo ius-  
sus in holocaustum obrulit. Iacob supplantator interpretatur. Et quis ita supplantator ut est  
spiritus sanctus? Nec enim indecens est deo supplantatoris uerbum, præsertim cum in Psal-  
mo scriptum sit: Exurge domine, præueni eum, & supplantata eum, subauditur populū Iuda-  
icum, ut auferatur eis, & alijs detur, non solum illud quod per similitudinem timuerunt dicen-  
do: Et uenient Romani & tollent nostrum locum & gentem: uerum etiam ea quæ illorū præ-  
cipua sunt, adoptio filiorū, & gloria & testamentū, & legislatio, & obsequiū, & promissa.

Item de consilio Rebeckæ, quod ille ad utilem suscepit effectū, quam recte intelli-  
gimus in eo assimilata esse spiritus sancti gratiam, & de uestibus ualde bonis,  
quibus illum induit, & de uersiculo psalmis. Elegit nobis hæreditatem suam, spe-  
ciem iacob quem dilexit.  
Cap. VI.

**I**gitur in consilio Rebeckæ, quod dedit filio suo iacob, & ille ad utilem suscepit effe-  
ctū, assimilatū esse recte intelligimus spiritū sanctū. Ipsa namq; Rebecka in illo factio-  
gratiā spiritus sancti significat. In duobus filijs eius, quorū alter Esau factus est, ait  
scriptura, uir gnarus uenandi, & homo agricola, Alter uero iacob, uir simplex habi-  
tabat in tabernaculis. Isaac amabat Esau, eo qd de uenationibus eius uesceretur, & Rebecka di-  
ligebat iacob. Exemplum siue experimentū uerax fuit Apostolo, ut diceret scribens ad Ti-  
motheum: Exerce te ipsum ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicū utilis est, pie-  
tas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitæ quæ nunc est, & futura. Corporali  
namq; exercitatione se ipsum exercebat Esau, & hæc illi sicut ad modicū fuit utilis, ut magno  
eiulatu flenti tandem diceret Isaac: In pingue dine terræ, & in rore cœli desuper erit benedictio  
tua. Quibus uerbis promissionē utiq; accepit solius uitæ quæ nunc est. Porro pietas, in qua  
iob se ipsum exercebat ad omnia utilis fuit, promissionē habens uitæ quæ nunc est in his uer-  
bis: Det tibi deus de rore cœli, & de pingue dine terræ abundantia frumenti, uini, & olei. Pro-  
missionem autē uitæ futuræ in his quæ sequuntur: Et seruient tibi populi, & adorent te tri-  
bus. Esto dominus fratrū tuorū, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Qui male dixerit tibi,  
sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repletur. Tali namq; benedictio-  
ne Christus, qui est uita æterna, nasciturus promittebatur de femine eius. ¶ Quod, uel quale  
fuit illud consilium Rebeckæ cū iacob, in quo supradiximus assimilatū fuisse spiritū sanctū.  
Nunc ergo acquiesce fili mi consilijs meis, & cætera, usq; & uestibus Esau ualde bonis, quas  
apud se habebat domi, induit eum. Vestes illæ ualde bonæ, uestes erant sacerdotales, quas  
ideo scriptura uestes dixit Esau, quia primogenitus erat: sed Rebecka illum tali functione  
dignū non esse sciebat. Secundū mysterium, uestes cū quibus benedicti oportebat filiū dignū,  
sunt illa charismata spiritus sancti, quæ ante commemorauimus ex epistola Pauli Apostoli, ser-  
mo sapientiæ, sermo scientiæ, fides, gratia sanitatū, operatio uirtutū, prophetia, discretio spiri-  
tuum, genera linguarū, interpretatio sermonū. Vestes huiusmodi habebat & habet apud se  
domi, secundū similitudinem Rebeckæ, gratia spiritus sancti. Quomodo apud se domi, utiq;  
in potestate dandi siue diuidendi, sicut protinus ait idē Apostolus: Hęc autē omnia operatur  
unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. ¶ Et primum quidem charismata hæc  
diuisit, prout uoluit, electioni illius populi Israelitici: deinde uero & electioni gentium, facta  
commutatione secundū similitudinem illorum geminorum, sicut & in Psalmo scriptum est:  
Elegit nobis hæreditatem suā, speciem iacob quem dilexit. Hęc enim dicens, mittit nos ad  
nostram historiā. Quia sicut Esau, qui prior natus erat, adeo reprobatus est, & iacob dilectus:  
sic israeliticus populus, qui prius quadam familiaritate deo acceptabilis erat, postmodū est  
reiectus: gentes uero quæ nullam eius cognitionem in primis habuerunt, eius benedictionē  
meruerūt uel recipiunt, hoc est, quod dicit speciem iacob, id est, secundū similitudinem i-  
acob quem dilexit, Esau autem, ait ipse in Malachia, odio habui.

De charismatibus spiritus sancti, per illas uestes bonas, figuratis, & de mystica ca-  
caligine oculorū Isaac benedicens, & de eo quod dixit Moyses: Aut dimitte eis  
hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti.  
Cap. VII.

Cum

**C**VM illis uestibus ualde bonis, consilio Rebeckæ matris, ingressus est iacob ad pa-  
trem Isaac, iam non uidentem, ut acciperet benedictionem. Neq; enim propter il-  
las uestes benedictionem hæreditate possideret, nisi etiam interrogatus ad patrem  
(sicut iam dictum est) non uidentem, uerba benedictionis ex ipso ore accepisset.  
Similiter cum supradictis sancti spiritus charismatibus, omnis uir simplex habitans in taber-  
naculis, omnis uir fidelis spem habens in uerbo promissionis, qualium ex optimis unus erat  
Moyses, qui hanc ipsam scripturam mysticam scripsit, ingressus est ingressus fidei, cui omnia  
præsentia sunt, ad Christum dei filium, quasi non uidentem, id est, in cruce morientem, ubi  
lumina regia, lumina risum & gaudium secundum nomen Isaac, diligentibus se insinuan-  
tia, caligine mortis obscurata fuerunt, ut acciperet remissionem peccatorum. Neque enim  
per charismata illa talem benedictionem, scilicet peccatorum remissionem quisquam accepi-  
re potuisset, nisi hic noster Isaac, clausus in morte oculis, illam dedisset. ¶ Hoc sciens idem Moy-  
ses, fidelissimus in tota domo eius, taliter locutus est: Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non  
facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Idem: Præcipis ut educam populum istum, & non  
indicas mihi quem misurus es mecum, præsertim cum dixeris: Noui te ex nomine, & inue-  
nisti gratiam coram me. Ac deinceps: Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. De  
isto capitulo (ut uerbis loquar Apostoli) grandis nobis sermo, & interpretabilis ad dicendum,  
quoniam (quod in pluribus uerum est) imbecilles, ait, facti estis ad audiendum. Paruuli enim  
sunt hodie quæ plurimi, quia nondum cognouerunt illa cognitione, quæ perfectorū est,  
gratiam domini nostri Iesu Christi. Interrogemus ergo fidelissimū Moysen, Quis est sermo  
iste quem tu locutus es? Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsi-  
sti: ¶ Cum hic percunctatus fueris, puta quod tibi respondeat uerbis huiusmodi, uerbis utri-  
us eiusdem fidei, uerbis fidelis David: Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à ge-  
mitu cordis mei. Statimq; conuersus ad dominum: Domine, inquit, ante te omne desyderium  
meum, & gemitus meus à te non est absconditus. Hoc deniq; dixisse congruit non soli David  
uerum etiam omnibus sanctis. Omnium quippe desyderium erat unum desyderium gemi-  
tuosum, nasci Christum, uenire saluatorem dei filium, ad dandam benedictionem, ad dandū  
spiritum sanctum in remissionem peccatorum, hoc erat illud desyderium. Hinc idem iacob  
ad filium suum Ioseph: Benedictiones, inquit, patris tui confortatæ sunt benedictionibus pa-  
trum eius, donec ueniret desyderiū collium æternorum. ¶ Rugiens igitur Moyses à gemitu  
cordis sui secundum hoc desyderium: Aut dimitte, inquit, eis hanc noxam, aut dele me de li-  
bro tuo quem scripsisti. Quid est dicere: Si non dimiseris, si propter peccatum eorū promissi-  
onem tuam imples desieris, ut deletis illis, non ueniat semen quod Abraham promissisti,  
unum est ac si deleas, & plane consequtur, ut deleas me de libro tuo quem scripsisti. Nullus  
enim nisi ille uenerit saluari poterit, proinde si nō tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto  
Quo enim nobis intrare in terram aliquam, nisi ex populo isto secundū promissionem tuam  
nascatur, qui nos inducat in uitam æternam?

Item de charismatibus spiritus sancti, & quod benedictio, qua noster Isaac nos benedixit,  
gratia sit spiritus sancti ex ipso procedentis, & contra Monothelitas de mysterio  
illo mirabili, quod Isaac non ei, cui ipse uoluit, sed ei benedixit quem  
Rebecka mater benedictū esse maluit.  
Cap. VIII.

**O**mnium charismatum iam supra dictorum optima est odorifera fides, & hæc maxi-  
me iuuat, maxime prouexit omnes, quos spiritus sanctus secundū iam dictam simi-  
litudinem Rebeckæ donis suis, tanq; uestibus ualde bonis, induere dignatus est. Ni-  
mirum undecunq; uestibus illis sub custodia Rebeckæ odor ille comparatus fue-  
rit, quem scriptura taliter commendauit, ut diceret: Statimq; ut sensit uestimētorum eius fra-  
grantiam, benedicens ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus, my-  
sterium magis placet, scilicet sacramentū fidei, quia ipsa est quæ suauiore inter omnia cha-  
rismata spiritus sancti reddere folet nostro sancto Isaac filio dei, ut uiscera sua continere non  
possit, quin abundantiam effundat tantæ, tanq; necessariæ benedictionis, tantæ gratiæ spiri-  
tus sancti, quæ est remissio peccatorum, quæ de ipso procedit. Factumq; est mysterio mirabi-  
li, ut benediceret non ei, cui ipse uoluit, sed ei quem Rebecka mater benedictum esse maluit.  
¶ Nonne mysterium in hoc fuit Euangelicæ siue catholicæ ueritatis, quæ in uno eodemq; do-  
mino nostro Iesu Christo, sicut duas naturas siue substantias, ita duas uoluntates, duas prædi-  
catus operationes, alterā diuinitatis, alteram humanitatis: Hoc enim fidei ratio sapit, & mirabi-  
ta sunt experimenta in uerbis ipsius domini nostri. Exempli gratia. Cum secundum uolun-  
tatem humanæ infirmitatis dixisset: Nunc anima mea turbata est, & quid dicam? Pater saluifi-  
cæ me ex hora hac, protinus secundum uoluntatem diuinitatis sibi met obuians dixit: Sed pro-  
pterea ueni in hanc, subauditur ut non saluificer ex ea, sed mortem patiar. Pater clari-  
fica tuum nomen, Similiter secundum uoluntatem humanitatis uidens ciuitatem, fleuit super  
Matth. 23

Accipe bñ-  
dictionē q̄  
sunt digni.

Num. 12  
Exod. 32  
Exod. 33

Orō Moysi  
p̄ passiōe  
Christi remis-  
si, pecc.  
Heb. 7

Desyderiū  
antiq̄uorū pa-  
tri, p̄ Chro.  
Psal. 37

Gen. 49

Fidei emine-  
tia inter cha-  
rismata spi-  
ritus sc̄i.

Dug uolūta-  
tes & opera-  
tiones i Chro-  
stoma Mono-  
thelitas.  
Iohan. 12

Matth. 23  
E  
illa

Mat. 25

illam uoluit enim illam saluam fieri, unde dixit Hierusalem Hierusalem, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit. Secundum uero uoluntatem diuinitatis, facta de restibus funiculo, omnes de templo eiecit, dicto quoque exprimens, quid facta significaret: Amen dico uobis, ait, quia auferetur a uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Multa hic dici poterant contra errorem Eutycheis, siue Monothelitarum haeresim, sed nos, quia propositum tenemus, meminisse contenti duarum in Christo uoluntatum siue operationum, pro similitudine Isaac, quia non illi cui uoluit, sed illi cui noluit bene dixit, cepta persequamur.

Mat. 21

De operatione uirtutum, quae magna est inter charismata spiritus sancti, quod secundum illam dictum sit: Et non surrexit propheta ultra in Israel, quae nosser dominus facie ad faciem, & quod uirtutes operari, hoc fuerit indicare nomen Adonai.

Exo. 6

Deut. 4

Quo Ioh. bap. non fuit sicut Moy.

Mat. 11

Iohan. 10

Deut. 18

Mat. 2

Iohan. 6

Quo Chrs fuit sicut Moyes

Iob. 33

Aemulator miraculorum spiritus mendacii. Exo. 7 & 8.

Cofessio daemoni per digito & filio del.

**D**E operatione uirtutum, quae gratia magna est in diuisionibus gratiarum spiritus sancti, superius loqui cepimus, simul memores illius dicitur Ego dominus qui apparui Abraham, Isaac & Jacob in deo omnipotente, & nomen Adonai non indicaui eis. Post illa quae hinc iam diximus, adhuc dicere super est, quia secundum gratiam istam merito magnificus habetur Moyses, ita ut de illo scriptura dicat: Et non surrexit propheta ultra in Israel sicut Moyses, quem nosset dominus facie ad faciem. Sequitur enim in omnibus signis atque portentis, quae misit per eum ut faceret in terra Aegypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, uniuersaeque terrae illius, & cunctam manum robustam, magnaque mirabilia, quae fecit Moyses coram uniuerso Israel. ¶ Secundum ergo gratiam istam, scilicet secundum operationem uirtutum, & non secundum omnimodam spiritus sancti gratiam, dicitur hoc intelligi oportere: non surrexit propheta ultra in Israel, sicut Moyses. Alioquin repugnans esse uidebitur uel illi sententiae, quam de uno dixit dominus: Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Proinde notandum quod non ita scriptum est: non surrexit ultra propheta tantus ut Moyses, sed sicut Moyses, determinata etiam qualitate siue modo resurrectionis quo ille surrexit, dicendo in omnibus signis atque portentis. Nam reuera secundum hunc modum nec ipse Ioannes, nec alius quisquam surrexit sicut Moyses. De quo uidelicet Ioanne, sic in euangelio scriptum est: Et multi uenerunt ad Iesum & dicebant, Quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Oia autem quae dixit Iohannes de hoc, uera erant. ¶ Forte dicit aliquis: Quid agis de magno propheta domino Iesu Christo? Nonne fuit ille propheta surrexit in Israel sicut Moyses? Nonne de illo sic dixit & scripsit Moyses: Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus: Ad haec in qua, nimis si de magnitudine quaerit, sicut ueraciter plus quam Iona, & plus quam Salomon hic, ita & plus quam Moyses. Verumtamen apud curiosos homines, non hic sicut Moyses. Vnde cum multa mira faceret, cum etiam de paucis panibus multa milia satiasset, & diceret eis: Hoc est opus dei ut credatis in eum quae ille misit. Dixerunt ei: Quod ergo tu facis signum, ut uideamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto. Denique quicquid fecisset, aut facere uellet, non esset eius sicut Moyses, nisi eorum & curiosos oculos eiusmodi miraculis palceret, & otiosos uentres semper cibo impleret. ¶ Itaque quod dixerat Moyses: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus, pro ueritate naturae humanae dictum, recte intelligitur, quia futurum erat, & reuera sic factum est, ut filius dei secundum hanc fieret sicut Moyses, id est, uerus homo, sicut in Iob scriptum est, & nos meminimus longe superius, si fuerit pro eo angelus, loquens unum de similibus. Nam in caeteris longe hic plus quam Moyses. Et ut de charismatibus spiritus sancti ceptum sermonem peragamus, multa bona, secundum omnes eiusdem spiritus sancti operationes, siue ministraciones operatus est, excepto quod genera linguarum ore proprio non exercuit, quia spiritus sancti gratiam, postmodum Apostolis suis dedit, & insuper remissionem peccatorum, per eundem spiritum sanctum solus operatus est.

Ite de illa gratia spiritus sancti, quae est operatio uirtutum, quomodo illam malefici coram Pharaone & mulati sunt, & non ualentes subsistere, dixerunt: Digitus dei est hic. Cap. X.

**R**aeclaram hanc spiritus sancti gratiam, scilicet operationem uirtutum, qua Moyses in ueritate magnus fuit, aemulator nunc usque spiritus mendacii, sicut iam tunc coram Pharaone aemulatus est quoad usque potuit, sicut scriptum est: Dum enim proiecisset uirgam, & uersa esset in colubrum, & iterum: Cum percussisset uirga aquam fluminis, & uersa esset in sanguinem, ac: Cum tertio extendisset manum super aquas Aegypti, & ascendissent ranae, & operuissent terram, fecerunt malefici per incantaciones suas similitur, sed erat mendacium in uisu, quia non erat ueritas in sensu. Quando uentum est ad cynipheas, ut percussio puluere terrae, essent cynipheas tam in hominibus, quam in iumentis, non solum importuna uisu, uerum etiam mordaciter molestae in sensu, non potuerunt stare malefici, & dixerunt: Digitus dei est hic. ¶ Vnde miramur, quod efficaciam istam spiritus sancti, scilicet operationem uirtutum, scierunt homines eiusmodi nominare digitum dei, sicut & illud miraculum,

mur, unde scierit Nabuchodonosor nominare filium dei. Dixit enim: Ecce ego uideo uiros quatuor solutos, & ambulantes in medio ignis, & species quarti similis filio dei. Sicut illic: Operantibus magis illis, hanc potentiam digiti dei, scilicet operationem uirtutum, aemulatus est spiritus mendacii, ita & maxime in illo in quo aemulabitur, cuius est aduentus, ait Apostolus, secundum operationem Satanae in omni uirtute & signis, & prodigijs mendacibus, & in omnifusione iniquitatis, his qui pereunt, eo quod charitatem ueritatis non receperunt, ut salui fierent, & ideo mittit illis deus operationem erroris ut credant mendacii, & iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed conseruerunt iniquitati. ¶ Nisi enim Pharaoni illi similes fuissent, & (ut uerbis utar eiusdem Apostoli) nisi ueritate dei in iniustitia derinuisissent, quia quod non est, dei, manifestum est illis. Nisi inquam propositum haberent penetrare domos, & captiuas ducere mulierculas, id est, animas miseris oneratas peccatis, secundum similitudinem illius Pharaonis, cui propositum fuit dominum nescire, & Israel non dimittere, non mitteret eis, non permitteret ad eos venire dominus spiritum mendacii, homines mendaces, resistentes digito dei, contra dicentes quoad posuit sancto spiritui, similes magis illis, unde & protinus dicitur: Quemadmodum autem Iamnes & Mambres resistunt Moysi, ita & hi resistunt ueritati. Et quid tandem in insipientia, inquit, eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.

De trina benedictione nominis domini, quam dominus peracto tabernaculo mandauit Moysi, dicens: Sic benedicetis filijs Israel, & de eo quod ait: Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Cap. XI.

**P**ost exitum Israel de Aegypto, peracto tabernaculo, & per scripta lege caeremoniarum, locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron, & ad filios eius: Sic benedicetis filijs Israel, & dicitis eis: Benedicat tibi dominus, & custodiat te. Ostendat dominus inuocatum nomen tibi, & misereatur tui. Conuertat dominus uultum suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. ¶ Hic quoque abscondit Moyses faciem suam, & positum habet uelamen super eam, sed in Christo (ait Apostolus) idipsum uelamen euacuat. Quomodo in Christo euacuat: sicut inquit docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Quidnam est praecunte doctrina baptizare gentes, nisi benedicere filios Israel. Denique ex quacunque gente, siue natione in Christum credentes, propter hoc ipsum quia credunt, ipsi sunt filij Israel, sicut & filij Abraham. ¶ Ergo tertio hic repetitum nomen domini in uerbo benedictionis, in credulo quidem Iudaeo partim uelatum est, quia non sic distinctum siue expressum est: Benedicat tibi dominus pater, ostendat tibi faciem suam dominus filius, conuertat uultum suum ad te dominus spiritus sanctus. Neque enim intendere potuissent filij Israel in faciem Moysi, sic expressa gloria uultus eius, sed (ut iam dictum est) in Christo reuelatur. Filij namque Aaron summi sacerdotis, Apostoli & sacerdotes sunt magni pontificis, qui penetrarunt caelos Iesu Christi. ¶ Insuper est benedicere sub trino nomine domini, id est, baptizare in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, qui tamen ut sciant se non datores, sed ministros esse benedictionis. Hoc est quod protinus dicit: Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Quapropter prouidus Apostolus scribens ad Corinthios dicit: Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Item: Cum dicit quis, ego quidem sum Pauli, alius ego Apollo, alius uero ego Cepha, nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? Quid uero Paulus? Ministri eius cui credidistis, & unicuique sicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed incrementum dat deus. Nimirum hoc sapere haec auctoritas ueritatis exigit, qua dicit: Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

De benedictione qua benedixit Iacob Ioseph filio suo sub trina inuocatione sancti nominis, deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, deus qui pascis me ab adolescentia mea, angelus qui eruit me de cunctis malis, & quod ille angelus persona sit filij. Cap. XII.

**P**ene praeterit me, & retro relictus est quidam locus agri huius, in quo thesaurum habere absconditum esse iam saepe diximus, id est, scripturae huius sacrosanctae, in qua sanctae trinitatis mysterium mirabiliter & splendore, & latere nunc usque praedicamus, & in inuentione eius oppido laetamur, dicentes cum Psalmista: Laetabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit ipsolia multa. ¶ Cum aegrotaret in Aegypto pater Israel, & hoc audito, ire perrexisset Ioseph, assumptis duobus filijs suis, Manasse & Efraim, postmodum ita scriptum est: Benedixitque Ioseph filio suo, & ait: Deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, Abraham, & Isaac, deus qui pascit me ab adolescentia mea, usque in praesentem diem, Angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis. Sic incipiens, benedixit primum duos filios, Ioseph, & deinde duodecim filios suos, singulos benedictionibus proprijs. Semel dixit: Deus in cuius

2 Theff. 2

Hereti. Pharaoni similes & magis est Rom. 1

Tim. y

Num. 6  
Benedictio filiorum Israel, sub nomine trinitatis.

2 Cor. 3  
Mat. 28

Iudaeis uelamen habet Moyses.

Exo. 34  
2 Cor. 3

Heb. 4

1 Cor. 1  
1 Cor. 3

Psal. 11. 8.  
Gen. 48  
Altus locus ubi Iacob nomine trinitatis benedixit filijs Ioseph



in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, & secundo: Deus qui pascit me ab adolescentia meo tertio autē: Angelus qui eruit me de cunctis malis. ¶ Et quis est ille angelus, qui eruit eum de cunctis malis, nisi angelus magni consilii, deus dei filius? Ista namque persona, ne dubites quod significetur nomine angeli qui eruit me, ait, de cunctis malis ista inquam persona in initio malorum cunctorum apparuit ei, quando fugiebat Esau fratrem suum dicentem: Venient dies luctus patris mei, ut occidam Iacob fratrem meum. Quomodo illi apparuit? uel quibus ex indicij dinosci potest, quod hæc persona, scilicet filius dei, fuerit qui illi apparuit? Ait scriptura: Cumque uenisset ad quandam locum, & uellet in eo requiescere post solis occubitum, tunc de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco, uiditque in somnis scalam stantem super terram, angelos quoque dei ascendentes & descendentes per eam, & dominum innixum scalæ dicentem sibi: Ego sum dominus deus Abraham patris tui, & deus Isaac, & cætera usque. Et ero custos tuus quocumque perrexeris. ¶ Denique magnum hic est uisum dei sacramentum, si rite scalam agnoscis, si quid sit dominum scalam innixum rite perpendis. Si quidem saluo morali intellectu, quo dicere possumus, scalam esse uitæ nostræ profectum, & scalam huius latera, nostrum corpus & animam, gradus autē eiusdem scalam, diuersas esse ascensiones uirtutum, saluo inquam hoc morali intellectu, generatio domini nostri Iesu Christi per scalam illam debet intelligi, cuius quasi duo latera sunt duo Patriarchæ magni, scribente euāgelista: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Ad istos namque patres deus eundem Christum nasci de femine eorum cum iuramento repromisit. Quomodo supremo gradui scalam dominus innixus fuit? Ita nimirum ut pupillus, id est, absque patre secundum carnem natus in hoc seculo, opus haberet optiuo patre, & nutritio Ioseph. Igitur angelus qui eruit me, ait Iacob, de cunctis malis, ipse est deus dei filius, ac proinde qui taliter orauit, tertio deum nominans, palam constat, quia sanctam trinitatem inuocauit.

Quod oportuerit in illis antiquorum benedictionibus taceri reuerentia nomina, quæ sunt pater, & filius, & spiritus sanctus, & sermonem claudi, ut non sic aperte benedicerent sicut nunc benedicimus, uel baptizamus in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & de eo quod scriptum est in Esaiâ: Erit uobis uisio omnium, sicut uerba libri signati. Cap. XIII.

**C**VM igitur in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizamus, siue benedicimus non est hoc recens quod agitur, quia sic fere antiquo quoque tempore in lege, imò & ante legem benedicebantur, tacitis tantummodo pro temporis necessitate reuerentia uis nominibus, quæ sunt pater, & filius, & spiritus sanctus. Oportebat enim, ut sermo clauderetur, imò & signaretur. ¶ Hoc etenim quidam eorum, scilicet prophetarum, ut facerent, iussum sibi fuisse testantur. Esaias cum de isto nomine dixisset, et clamabant Seraphim alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus exercituum. Et deinde de nomine nascitur Emanuel, & de uocabulo eius: Accelera spolia de trahere, festina prædare: plurima fuisse locutus, circa finem uisionis hoc sibi iussum fuisse scribit: Ligatus in omni, signa legem in discipulis meis. Daniel quoque post uisiones multas & maximas scribit hoc sibi fuisse præceptum: Tu autem Daniel claudere sermones, & signa librum usque ad tempus futurum. Et iterum: Vade Daniel, quia clausi sunt signatique sermones usque ad tempus præsentium. Et quasi quaereret Daniel, ut quid sunt hæc scripta, si debent esse clausa & signata, dictum est ad eum: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Nunquid uero solis istis, & non etiam moysi & prophetis omnibus hoc intimatum fuit, expedire, ut sub clausura & signaculo loquerentur? Nam propter uel contra illos, qui uerba sacramentorum celestium, non sicut margaritas honorarent, sed potius conculcarent, loquitur Esaias, & pro seipso & pro omnibus: Et erit uobis uisio omnium sicut uerba libri signati. Quem cum dederint scienti literas, dicenti: Legestum, & respondebit: Non possum, signatus est enim, & cætera usque, peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Moyses ergo hæc tenens de mysterio locutus sanctæ trinitatis, recte & oportune sermones clausit, tantummodo reuerentiam scilicet dictum est: suppressim nomina patris, & filij, & spiritus sancti. Nec uero solummodo clausit, uerum etiam signauit. Quomodo signauit?

De eo quod dictum est: Audi Israel, dominus deus tuus deus unus est, & de eo quod protinus subiuxit hæc tria: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & quod dilectio trina fit & unanion tres dilectiones, sed dilectio una. Cap. XIII.

**A**VDI, inquit, Israel: Dominus deus tuus deus unus est. Nonne hoc dictum quasi clausi libri signaculum est scienti literas, scilicet Iudæo profertenti se scire legere & prophetas? Cum enim librum hunc ingeris illi, ut legat lectionem hanc pluraliter sonantem: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & rogas eum, ut trium personarum discretionem animaduertat, in uerbis istis quæ protinus sequuntur: Et creauit deus hominem

Sermo de trinitate in uerba clausus & signatus fuit. I. Iacob. Ibidem. 7. Ibidem. 7. Dan. 12.

Mat. 7. Esai. 29.

Deut. 6. Iudæis liber signatus est Gen. 1.

hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illum, masculum & femina creauit eos, benedixitque illis: cum, inquam, hæc & cætera, quorum aliqua iam peragrauimus, proponis illi ad legendum, siue ad intelligendum, dicit tibi: Non possum taliter legere librum, signatus est enim, habens signaculum hoc: Audi Israel, dominus deus tuus, deus unus est. Tu autē uis ut legas deos tres? Hoc ne faciam uox ista prohibet. Cum hoc dicitur signatus est, signatus est liber, uerum quid ex parte dicit, quia sic sibi clausus & signatus est. ¶ Veruntamen inexcusabilis est: Non enim uidit, aut uidere uoluit agnū, quæ uidit iohannes, & nos per eandem uidimus si dem, librum aperiretem, & signacula eius soluerent. Ille agnus solis credentibus, sicut cætera sacramenta, ita & illud intelligibile fecit, quod tres personæ sint, & nihilominus unus deus sit. Hoc audiuit uerus israel, & hoc audit semper, quia non est deus extra deum, non extra patrem filius, neque quilibet filium pater, sed ego & pater unum sumus ait filius, & ego in patre, & pater in me est, & spiritus sanctus quæ filius mittit, & qui à patre procedit, nusquam extra patrem & filium procedit, quia uidet hæc una substantia trinitatis nequaquam circūscripta est, aut localis, neque aliud quodlibet accidens in illâ substantiâ cadit, ut uel à semetipso possit alterari, sicut alteratur homo à semetipso, uerbi gratia, quondam infans, nunc autem puer aut iuuenis, dudum senex, nunc autem filicernius decrepita ætatis. ¶ Dicit aliquis: Vnde exemplum, quo deus & trinitas in personis, & unitas in substantia possit intelligi? Ad hæc inquam, nimirum ex eo quod Moyses protinus subiunxit, sub uelamine uultus sui. Præmissio namque: Audi Israel, dominus deus tuus, deus unus est, protinus ait: Diliges dominum deum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Et quidem litera ista secundum septuaginta interpretes, sicut & plerumque scripturæ uerba uariatur, quorum translatione Apostoli & euangelistæ interdum pro necessitate temporis assumpserunt, ut testatur Hieronymus. Et hinc reor apud Lucam euangelistam scripta esse quatuor hæc Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex tota mente tua. Nam secundum Hebraicam ueritatem tantummodo tria sunt hæc: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Hinc igitur exemplum cape de dilector trinitatis, cultor & amator unius dei. Nomen & dilectio ex toto corde tuo, & dilectio ex tota anima tua, & dilectio ex tota fortitudine tua, dilectio est trina & unanion sic deus tuus israel, trinus in personis, unus est in substantia. Sicut non tres dilectiones, sed una, sic non tres dii, sed unus.

Quod tres sint operationes unius dilectionis, quas protinus Moyses subordinauit, & quod prima operatio respiciens ad id quod dixerat Diliges ex toto corde tuo, sic incipit: Eruntque uerba hæc in corde tuo, & quod hæc operatio uita fit contemplatiua. Cap. XV.

**S**EQUAMUR hanc literam, & intendamus diligentius presenti loco in faciem moysi gloriosam. Moyses enim iam dixit: Audi Israel, dominus deus tuus, deus unus est, protinus ad iunxit, hoc quod iam diximus: Diliges dominum deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua: sic uolens intelligi tres personas unius dei, sicut tres sunt operationes unius dilectionis. Sequamur ergo, quia uere hic est gaudium fidei, sicut gaudium hominis pro inuentione thesauri absconditi. Singulas quippe operationes trine dilectionis continuo subordinauit, ut intelligas, quia non inaniter israel ad audiendum inuitauit, quod dominus deus tuus, deus unus sit. ¶ Hæc denique sequitur prima dilectionis operatio, respiciens ad id quod dixerat: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Eruntque uerba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in tuo corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque confurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine & ostijs domus tuæ, & cætera usque: Cave diligenter ne obliuiscaris dominum, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Nonne in uerbis istis splendida facies moysi, illam intendit operationem dilectionis, quam israel dei uitam contemplatiuam nominare consueuit? ¶ In illa namque hoc agitur quod hic dictum est: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, dum in corde eius sunt uerba dei, dum meditatur & narrat ea spiritualibus filiis suis, non solus & turbatus erga plurima, sed sedens in domo sua, & ambulans in itinere, id est, gaudens in secreta conscientia sua, & de uirtute in uirtute proficiens, recta intentione dormiens illa dormitione, de qua dicit in Canticis anima illa, quæ in omnibus requie quæ fuit: Ego dormio & cor meum uigilat, & de qua Christus in euangelio: Maria, inquit, optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Si quando dilectus dominus deus, quæ taliter diligit ex toto corde tuo, uocem suam dederit, & pulsauerit ad ostium dormientis dicens: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, & illa surrexit ut aperiat ei, id est, prædicando doceat alios, ut per fidem introeat, & sit in illis, manusque illius simul stillent myrrhâ, & digiti eius sint pleni myrrha probatissima. Hoc nimirum est facere quod dictum est: Dormiens atque confurgens meditaberis ea, & ligabis ea quasi signum in manu tua, id est, recte uiuendi præbebis exempla.

Iudæi inexcusabilis fuit quia non credunt in agnū qui librum aperuit

Iohan. 10. Idem 14. Idem 15.

Trinitas in modum diligendi dei exprimitur Deu. 6

Luc. 10.

Prima dilectionis operatio. Deu. 6.

Vita contemplatiua

Luc. 10.

Psal. 87. Luc. 10.

Can. 5.

Deu. 6.

dum uerbis bonis firmiter cohærebunt, bona opera tua. ¶ Quod si etiam longa & assidua meditatione exercitatus eo usque profecerit iste Israel, ut uerba diuina non solum legendo loquendo, sed insuper scribendo tractare possit atque explanare ad utilitatem commissæ sibi ecclesiæ, hoc nimirum est facere id quod sequitur: Eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine & ostijs domus tuæ. ¶ Huic operationi dilectionis, huic uitæ contemplatiuæ debentur sumptus honorifici de domibus regum, de regionibus gentium, ut uacet agere diem festum, & sanctum terere otium, & tunc maxime in illis qui in hac professione sunt, nauandum est: ut non obliuiscantur, imò diligenter obseruent propositum suum. Hoc est quod huic Israeli continuo dicitur: Cuius introduserit te dominus deus tuus in terram, pro qua iurauit patribus tuis Abraham Isaac & Iacob, & dederit tibi ciuitates magnas & optimas, quas non ædificasti, domos plenas cunctarum opum quas non extruxisti, cisternas quas non fodisti, uineta & oliueta quæ non plantasti: & comederis & saturatus fueris, caue diligenter, ne obliuiscaris dominum qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Est enim iud uelamine literæ hic sensus mysticus. Cum iam per fidem intraueris in terram uiuentium, ad quam prima introductio est sacrarum intelligentia scripturarum: & propter hoc de dedit tibi dominus deus regiones gentium, & possederis labores populorum, ut custodias iustificationes eius, & legem eius requiras, caue ne ingratus sis: caue (inquam) ne cui iustitia sumptibus, quos tibi dedit deus, peccato militare uelis.

Cōtemplatiue uitæ debetur sumptus ex domibus regum. &c.

Psal. 104.

Deut. 5. Secunda dilectionis operatio.

Virtus actiua.

Iohan. 4. Psal. 118. Timor & dilectio dei, in anima simul sunt. Psal. 110.

Deut. 6.

Virtus actiua dignitate secunda, ordine prima est.

Luc. 10.

Math. 27.

Secunda dilectionis operatio respiciens ad id quod dixerat: & ex tota anima tua, ipsa est uita actiua, quam sic tradere incipit: dominum deum tuum timebis, & illi soli seruias, ac per nomen eius iurabis. Cap. XVI.

Equitur continuo secunda dilectionis operatio, respiciens ad id quod dixerat, & ex tota anima tua Dominum deum tuum timebis, & ipsi soli seruias, ac per nomen illius iurabis. Non ibitis post deos alienos cūctarum gentium, quæ in circuitu uestrum sunt, quoniam deus aemulator dominus deus tuus in medio tui, ne quando irascatur furor domini dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ, & cetera usque, præcepitque nobis dominus deus noster, ut faciamus omnia legitima hæc, & timeamus dominum deum nostrum, & bene sit nobis cunctis diebus uitæ nostræ, sicut est hodie. Nonne in uerbis istis splendida (ut supra dictum est) facies Moysi illam intendit operationem dilectionis, quam Israel dei uitam actiuam nominare consueuit. ¶ In ea namque hoc agitur quod dictum est: diliges dominum deum tuum ex tota anima tua, dum non uadit post deos alienos cunctarum gentium: quod peccatum est animarum ad alterantium, sed dominum deum suum tanquam unicum & legitimum timeret, & ipsi soli liberali seruitio seruit, quia timor eius non poenalis est, quem perfecta charitas, ait Iohannes apostolus, foras mittit, sed est timor religiosus ac uenerabilis, timor sanctus, ut Psalmista canit, permanens in seculum seculi. ¶ Proinde de quod nunc dicit, dominum deum tuum timebis, tanquam repetitionem superioris dicti, quo dixerat: diliges dominum deum tuum conuenienter accipis. Sicut enim in eo quod dictum est: initium sapientiæ timor domini, timorem à sapientia non seungit: imò sapientiæ coniungit, tanquam initium consummationi cuiusque rei: sic & in isto dum post illud dictum: diliges dominum deum tuum, subiungit: dominum deum tuum timebis, non à dilectione sermo recedit, sed dilectionis initium siue fundamentum ponit. Ilias autem & uere animæ deum tanquam uirum diligenti utile est, timere poenæ siue uindictam adulteri: quippe ubi præmissio, non ibitis post deos alienos, continuo subiungit: Quoniam deus aemulator dominus deus tuus, in medio tui, ne quando irascatur furor domini dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ. ¶ Cetera quæ sequuntur, non tentabis dominum deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis, ac deinde cum interrogauerit filius tuus cras, dicens: quid tibi uolunt testimonia hæc & ceremonie atque iudicia, quæ præcepit nobis dominus deus noster, dices ei: serui eramus Pharaonis in Aegypto, eduxitque nos dominus de Aegypto in manu forti. Hæc, inquam, & sequentia congrua sunt in instrumenta diligenti animæ, tanquam castæ matris familias, quam non deceat curiositas & uagatio oculorum, sed pudor & reuerentia circa intentabilem uirum, & sollicitudo circa domus tuæ custodiam, & disciplina castitatis in ædificatione filiorum. ¶ Hæc operatio dilectionis, dignitate quidem secunda, cæterum ordine prima est, uitam exercentis actiuam: illa autem supra dicta, dignitate prima, ordine secunda est, uitam componens contemplatiuam. Non enim post professionem contemplatiue descendimus ad actiuam, sed post exercitationem actiuæ, ascendimus ad contemplatiuam. Huic operationi si quid excedit, dum sollicita est, & turbatur erga plurima, quinque enim sensibus corporis extracta laborat, debetur misericordia, propter hoc ipsum, quod bene satagens circa frequens ministerium, esurientem pauit, sitienti potum dedit, hospitem collegit, nudum operuit, infirmum uisitauit, ad eum qui in carcere erat, uenit, Pulchre ergo spem suam intimans filiis suis, dicit in fine sermonis: Eruntque memor nostri misericors deus dominus noster, si custodierimus & fecerimus omnia præcepta eius, sicut mandauit nobis.

Tertia

Tertia dilectionis operatio respiciens ad id quod dixerat, & ex tota fortitudine tua, est aras subuertere, confringere statuas, & hæc operatio martyrum corona est, sed modo dissimili, quia non pugnaverunt gladio materiali, Cap. XVII.

Equitur operationis dilectio tertia, respiciens ad id quod dixerat: Et ex tota fortitudine tua. Cum, inquit, introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus ingredieris, tradideritque gentes multas, percuties eas usque ad interitionem. Non inibis cum eis foedus, nec miseraberis earum, neque sociaberis cum eis coniugia. Quin potius hæc facietis eis: Aras eorum subuertite, confringite statuas, lucosque succidite, & sculpitilia comburite: quia populus sanctus est domino deo tuo, & cetera usque: dabitque eos dominus deus tuus in conspectu tuo, & interficiet illos donec penitus deleantur. Tradet reges eorum in manus tuas, & disperdes uomina eorum sub caelo, nullusque poterit resistere tibi donec conteras eos. Sculpitilia eorum igni combures. Non concupisces aurum & argentum, de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quicquam, ne ostendas, propterea quia abominatio est domini dei tui, nec inferes quicquam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est: ¶ Nonne in uerbis istis splendida facies Moysi illam intendit operationem dilectionis, in qua ex tota fortitudine sua decreta uerunt, & ante aduentum Christi ueteres sancti, scilicet iudices in clyti, reges gloriosi, prophetae splendidissimi: quorum in hoc certamine Helias notissimus extitit, memorabilesque Machabaei, & post aduentum Christi sancti apostoli, actam multi martyres gloriosissimi namque omnes, sicut ex toto corde suo, & ex tota anima sua, ita & ex tota fortitudine sua dominum deum suum diligentes, hæc fecerunt: Aras gentium subuertuerunt, statuas confringerunt, lucos succiderunt, sculpitilia combusserunt, & sicut ibidem dictum est in altera cætera, quæ cuncta hic per scribere nimis longum fuisset, deuorabis omnes populos quos dominus deus tuus daturus est tibi, deuorauerunt populos multos per orbem terrarum, ad deuorandum missi, sed deuoratione dissimili. Veteres namque sancti deuorauerunt ore gladii materialis: noui autem deuorauerunt ore gladii spiritualis. Siquidem alia fuit temporis illius, & alia est ratio temporis istius: de qua utrorumque temporum dissimilitudine, secū dum causas partendi & agendi, plenius egimus in opere quod scripsimus de uictoria uerbi dei. ¶ Huic operationi cum corona iustitiæ debetur sedes quocumque iudicij, & autoritas iudicandi, sicut scriptum est: Iudicabunt sancti nationes & dominabuntur populis. Pulchre ergo uerba ista tali fine compleuit. Quasi spurcitiā detestaberis, & uelut inquinamentum ac lorde abominatio habebis, quia anathema est. ¶ Quid nam est hoc, nisi ac si diceret, iudicabis siue condemnabis? Quod quidem nunc faciunt partim, ubi uidentur ipsi condemnati & plerique mortificati: faciunt autem uniuersaliter in die iudicij, palam ipsi iudices conspecti super omnem spurcitiā & omne inquinamentum, & omnesordes abominationis, ut abijciant eas in locum immunum, in profundum inferni.

Deut. 7. Tertia dilectio est iosephaticæ.

Fortitudo prophetarum apostolorum & martyrum contra idola.

Sancti nationes iudicabunt.

Similitudo trinitatis in operatione dilectionis.

Pater & filius Ius diuinitis sicut anima & mens eius in homine.

Ioh. 3. 6.

Quod secundum similitudinem harum trium operationum unius dilectionis, debeamus inuari ad intelligentiam, quod pater & filius & spiritus sanctus tres persone & unus deus sit. Ca. XVIII. Spectabilem, ut arbitror, imaginem habemus hic, per quam nobis in perspicabilem speculationem, & ex parte cognoscere ualeamus splendorem solis æterni. Ecce enim tres operationes dilectionis, nec tamen tres dilectiones, sed una dilectio est: Et ecce tria spirameta hominis, anima & cor, & utrorumque fortitudo, nec tamen tres spiritus unius hominis, sed unus spiritus est. Sic est tui, dicitur, tres personæ sunt pater & filius & spiritus sanctus: nec tamen tres dii, sed unus est deus. Nonne aliud agit anima, & aliud cor siue mens humana: anima quippe totum corpus uiuificat, & cuncta corporis officia per quinque sensus dispensat: cor autem siue mens in conspectu animæ est, & cum ea graditur, ac præscribit ei cuncta quæ faciat utilia. ¶ Sic quodammodo deus pater uiuens in semetipso uita est sempiterna: filius autem siue uerbum ipsius in ipso est & in ipso erat, prouidens ut faceret cuncta ualde bona, ita ut dicitur ipsum uerbum, ipsa sapientia: Quando præparabat celos aëtherem, quando certa lege & gyro ualabat abyssos, quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum, quando circumdabat maria terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suas, quando appendebat fundamenta terræ, cum eo erant, cuncta componens. Pene sic de anima architecti, qui basilicam istam siue mutationem illam ædificauit, loquatur cor siue mens ipsius, quando præcogitabat mēsuras longitudo, latitudo, & altitudinis & difficultatis huius, quando certa lege numerose distinguebatur columnas & intercolumnia, siue turres & interturria eius, quando eligebat lapides quadratos siue quadratos quos in fundamento poneret, cum eo erant, cuncta componens. Neque enim aliter ista præcogitaret, nisi cor siue mens cum ea esset, id est nisi anima rationalis siue artificiosa existeret. ¶ Sed quid multa? Memoro, ait quidam, quod ignores opus eius, de quo cecinerunt uiri: Oēs hoies uidēt eum, & unusquisque intuetur percul. Ecce deus magnus uincens scientiam nostram, numerus annorum eius inestimabilis. Si opus eius, id est, seipsum ignorat homo factus enim est ad imaginem dei, & iccirco dicitur quod proprii operis eius, quātomagis ipsum ignorat: Nō enim ipsum sed de ipso cecinerunt uiri, scilicet moyses







Quo d septimus pastorum supra memoratos fuerit David, & quod apud istum non solum triplicatū nomen dei sicut apud Moysen, uerū etiam relatiua inueniantur expressa nomina trinitatis, quæ sunt, pater, & filius, & spiritus sanctus, & quod hic primus spiritū sanctum nominauit, qui prius legebatur, spiritus dei, siue spiritus domini.

Cap. VI.

Reg. 16 Psal. 77

David mani festus de trinitate loquitur in Moyses. Psal. 66

Psal. 3

Exo. 3 Iohan. 8

Psal. 2

Filius primogenitus excelsus super regibus terræ. Psal. 88

Iohan. 20 Spiritus sanctus. Dauid primus nesciuit. Psal. 70

Actu. 4

Psal. 88

Re. 7

Ibidem

Trinitas personarum in uisum Dauid agnoscitur

Luc. 1

Septimus pastorum supra memoratorū extitit David, quem pausse oues patris, & sacra historia clarissime narrauit, & ipsemet canit v̄bis huiuscemodi: Et elegit David seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de possidentes accepit eum. Quam multi & magni doctores pastorem istū modo supradicto suscitauerunt per eum, scilicet super dominū nostrum Iesum Christum. ¶ Nos quoque postremi pro posse suscitauimus hunc super eum, cum in plerisque aliis, tū maxime in opere quod scripsimus super duos libros regum, primū & secundū. ¶ Apud istum, quod nostrum proposuimus est, inuenimus manifestius expressam fidei nostræ thesaurū sanctæ trinitatis. Quomodo manifestius expressum: Nimirum non solum, sicut apud Moysen, triplicato substantiali nomine, quod est deus. Exempli gratia, cum dicit: Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus, uerū etiam expressis relatiuis nominibus, quæ sunt pater, & filius, & spiritus sanctus. Ait enim in ipso loquens ipse Christus: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, subauditur, natura non ad optione. Sequitur enim: Ego hodie genui te. Quod dicit hodie, sic intelligimus, ac si diceret in æternitate, in immutabilitate. Sicut enim illi est esse, & non futurū esse. Vnde & ad Moysen dixit: Ego sum qui sum, & ad ludæos: Antequam, inquit, Abraham fieret, ego sum, sic in genitura eius, neque heri, neque cras admittit intellectus fidei nostræ, sed solum hodie. ¶ Quod deinde sequitur dominū patrem adhuc dixisse: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Constat esse dictū pro humilitate naturæ nostræ, quia secundū serui formā illi congruit, & nobis necessariū fuit, patrem postulare, id est, pati pro nostra salute. Nihil enim aliud intelligere uolumus hic in uerbo postulationis, nisi obedientiam, cuius summa est, sacramentum siue sacrificiū sacrosanctæ eius passionis. ¶ Item in alio psalmo, cū dicit idem pater, loquens in uisione sanctis suis, quos se unū geatulabatur David: In ple inuocabit me, pater meus es tu, deus meus, & susceptor salutis meæ, & ego primogenitū nonā illum, excelsus præ regibus terræ. Cū (inquam) hæc dicit, & relatiua exprimit nomine patris, & filij, & utrūque exprimit naturam unici filij. Nam secundū naturam diuinam, ipse (ait) inuocabit me, pater meus es tu, & secundū naturam humanam, idem ipse ait inuocabit me: deus meus & susceptor salutis meæ es tu. Iuxta hunc sensum ait iste primogenitus, iam excelsus præ regibus terræ factus, id est, iam à mortuis resuscitatus, iam ad dexteram maiestatis in excelsis æterna sessione sessurus: Ascendo ad patrem meū & patrem uestrum, deū meū & deū uestrū. ¶ Spiritum sanctum idem David primus nominauit dicens: Ne proicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuū ne auferas à me. Nam eatenus scribebatur spiritus dei, siue spiritus domini. Hic autem quod sonorus est spiritū sanctū primus nominauit, de cuius dignitate uocabuli mentionem iam fecimus in primo libello præsentis operis. Itaque relatiua nomina sanctæ trinitatis, quæ sunt, pater, & filius, & spiritus sanctus, hic parenter edixit, quæ ante ipsum nec Moyses, nec alius sic euidenter expressit.

De promissione, quæ ad eum cum iuramento facta est: Semel iurauit in sancto meo, & cætera, & de trino nomine domini ad eum, cum dicit: Requiem dabo tibi, prædicetque tibi dominus, quod faciet tibi domū dominus. Cap. VII.

Ad istum repromissio facta est cum iuramento, sicut ad Abraham, beati seminis quod est Christus, quod nasciturus esset de semine eius, unde & cantas misericordias domini, dixit ex ore ipsius domini: Semel iurauit in sancto meo, Si David mentiar, Semel eius in æternū manebit. Vnde uenerabiliter attendendū est, quia beata trinitas, quæ sese Abraham exhibuit in tribus angelis, pro confirmatione promissionis, siue pro magnitudine & dignitate promissi, ipsa pene sese expressit in tribus uerbis ad David, in promissione eiusdem seminis, id est Christi. Hæc dicit dominus exercituum: Requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, prædicetque tibi dominus, quod faciat domū tibi dominus. In istis namque uerbis, in isto initio tantæ promissionis, quæ intelligitur ex sublequentibus, dum dicit: Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cū patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnū eius, ipse edificabit domum nomini meo, & stabiliam thronū regni eius usque in sempiternū, ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. ¶ In istis, inquit, uerbis patenter se ostendit per distinctionem personarū, una diuinitas summa & indiuidua trinitatis. Quis enim, uel quæ persona hæc dicit: Et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, nisi persona patris? Sequitur namque & dicit postmodum: Ego ero ei in patre, & ipse erit mihi in filium. Ergo persona illa, de qua dicit dominus pater: Prædicetque tibi dominus, ipsa est dominus spiritus sanctus, qui per os sanctorū prophetarum prædixit, quem admodū & Zacharias

rias dicit: Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarū eius. Nam de quo protinus ait: Quod faciat domum tibi dominus, ipsa persona est dominus filius. Non tres domini, sed unus dominus. ¶ Quantum potuit uel debuit sacra hæc scriptura sacramentū hoc & futuris seruauit, & illis qui tunc erant, dum ipsa conderetur, abscondit hominibus, quia distinctionem trium personarum (sicut iam alias diximus) portare non poterant, si eis palam prædicaretur.

De eo quod ubi missus est Apostolis paracletus spiritus ueritatis, imò & anteq̄ appareret in linguis igneis (quod factum est die pentecostes) cum aperuisset illis sensum, ut intelligerent scripturas, prima testimonia Christi sumpta fuere de psalmis David. Cap. VIII.

Quanta putas in isto habet pater? Dixit enim filius, & nos supra meminimus: Cū autem uenerit paracletus spiritus ueritatis, ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. Statimque subiunxit: Omnia quæ habet pater mea sunt, propterea dixi quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. Quanta ergo putas in isto habet pater? Quanta de isto accepit spiritus sanctus, & annunciauit Apostolis, ut clarificaretur filiis dei? ¶ Delectat ualde, quia postquam ascendit in cælum Christus filius dei, etiam anteq̄ procederet spiritus sanctus apparet in linguis igneis, primum quod protulit de isto accepit, & Petro annunciauit ut diceret: Scriptum est enim in libro psalmorum: Fiat habitatio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea, & episcopatū eius accipiat alter. Iam enim factum fuerat quod euāgelista Ioannes narrauit, dicens: Hoc cum dixisset, insufflauit & dixit eis, Accipite spiritū sanctum, quod dicit Lucas eiusdem diei, & eiusdem uespere gesta scribens, dixit inter cæteras: Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. ¶ Ut autem impleti sunt dies pentecostes, & procedens spiritus sanctus à throno maiestatis, atque sedit supra singulos eorum, tanquam ignis, aperuerunt enim illis dispersitæ linguæ, tanquam ignis, & repleti sunt omnes spiritus sancto, & ceperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis: ut (inquam) hæc uox facta est, & hac uoce facta, cōuenit multitudine mente confusa, nonne primum quod spiritus sanctus per os Petri apostoli protulit de isto accepit? Præmissio namque testimonio prophætæ Ioannis, quod non essent ebrii sicut putabant illi, qui irridentes dicebant: quia musto pleni sunt isti, protinus data propositione de resurrectione domini nostri Iesu Christi, rationem hanc intulit. David enim dicit in eum: Proinde habet dominum in conspectu meo semper, & cetera usque. Non enim David ascendit in cælum, dicit autem ipse: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Hoc, ut supra iam dictū est, ualde delectat, quod cum dicere uolumus, quia pater multa in isto habet quæ filij sunt, sicut & cætera omnia, omnes enim scripturæ in filium tendunt, prima quæ spiritus sanctus protulit per os Petri apostoli ipso die quo datus est, perpendimus, quia de isto accepit, in quo deus pater testimonio fidelis quæ plurima filio suo thesaurizauit.

Item de eo quod ait: Ille spiritus me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis, & de illo uersu psalmi quarti: Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti letitiam in corde meo. Cap. IX.

Hic in psalmo quarto dicit: Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti letitiam in corde meo. Quia uidelicet psalmus quartus hunc habens titulum, in finem psalmus canticum David, si rite consideres, in illum diem spectat quo spiritus sanctus (ut supra dictum est) procedens à throno siue maiestate patris, & filij, discipulos Christi ita lætificauit, ut musto uiderentur pleni, loquentes linguis, & silere non ualentes præ gaudio, quod nemo ex tunc tollere potuit ab eis. ¶ Ad hoc perspicere iuuat sensum, ordinemque psalmorum præcedentiū psalmi primi, secundi, & tertij, simul & istius scilicet quarti: Quia uidelicet quatuor sacramenta nostræ salutis (quorum in fide uita nostra consistit) prædicant auri audienti, scilicet incarnationem, passionem, resurrectionem, atque ascensionem Iesu Christi filij dei, simulque lætitiā qua spiritus sanctus, ut iam dictum est, in die Pentecostes discipulos eiusdem domini lætificauit. ¶ Hæc enim de fili, de tuo spiritus sanctus accepit, & annunciauit uobis, ut possimus iam in ista fronte, siue uestibulo gazophylaci patris tui, demonstare quatuor insignia hæc tuæ nobilitatis, uidelicet quod homo absque peccato natus, & cū hominibus conuersatus fueris, & quod quasi peccator mortem sis passus propter obedientiam paternæ dilectionis, & quod à somno mortis exurrexeris per uirtutem diuinitatis, & quod in cælū ascenderis, rediturus in die iudicij, & percussurus impios, quia sine causa aduersati sunt tibi. Proinde supra scriptum quatuor psalmi uersiculum: Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti letitiam in corde meo, paululum differentes, à primo incipientes hæc demonstrare breuiter, ut perspecta fronte, siue uestibulo sanctuarij, quod intus amplissimum est, dicert quicumque rudis, & similis nostri spectator adest. O quanta pater hic habet, & quanta spiritus ueritatis hinc accipere potest, ut annunciet nobis de his, quæ filio suo thesaurizauit pater, & quoniam iam in ingressu tam fulgidus, tamque ordinatus prospectus sacramentorum, in quibus

Ioan. 8

Testimonia de Christo ex psalmo Actu. 1 Psal. 108 Ioan. 20 Luc. 24 Actu. 2 Spiritus datus Apostolis in linguis igneis

Psal. 109

Quatuor primi psalmi secundū quatuor sacramenta salutis

n quibus uitam habemus, ornatus est.

Quod per intellectum psalmi primi, hoc de Christo nobis annunciet spiritus ueritatis, quia & in hunc mundum sine peccato uenit originali, & in hoc mundo sine peccato uixit actuali. Ca. x.

**P**rimus psalmus, prima uox psalterij dicitur: Beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit. Quis praeter unum talis aut tantus uir? Et quidem, si de peccatis actualibus agitur, ut de sanctis interim taceam maximis atque nouissimis, quis dinumerare possit multitudinem paruulorum innocencium, qui non abierunt in consilio impiorum, & in uia peccatorum non steterunt, & in cathedra pestilentiae non sederunt: Sed si originale recogites peccatum, nullus omnino est praeter hunc unum, nam in Adam, ait Apostolus, omnes peccauerunt: Hic ergo est ille uir uere beatus, cuius conceptio & natiuitas extitit secundum operationem spiritus sancti, quod pulchre insinuatur per hoc dictum: Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Pluraliter namque decursus aquarum diuisionem intelligimus gratiarum spiritualium, quae omnes simul in istum deificum hominem, siue beatum uirum, ab ipso conceptio nis initio diffusae sunt. At in alios homines, quicunque illo digni sunt, ne quaeque sic uel tanta plenitudine, sed longe & incomparabiliter minus donis diuini datae siue distributae sunt. Verum nos hac uice pedem retrahamus mentis de istarum profusa aquarum. Proposiuimus enim demonstrare breuiter in hoc psalmo sacrosanctam domini & dei nostri Iesu Christi humanitatem, quod absque peccato fuerit tam originali quam actuali, & hoc perficere nunc sufficit ternis oppositionibus istis. Non abiit in consilio impiorum, sed in lege domini uoluntas eius. In uia peccatorum non stetit, sed in lege domini meditabitur die ac nocte. In cathedra pestilentiae non sedit, sed est uel erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Iam ergo duo opposita demonstramus consilia, quorum ista terni effectus ualde contrarij sunt. Quod fuit consilium impiorum, in quo abiit, id est a deo recessit ille non beatus uir, ille uetus Adam: Nimirum, ut qui erat puluis praesumeret uelle, ut esset sicut deus. Quod e contra consilium piorum, in quo non abiit, id est a deo non recessit iste beatus uir, iste nouus Adam: Nimirum, ut qui natura erat deus, in puluerem nostrum descendere dignaretur. Illud fuit consilium spiritus diaboli: Istud autem consilium spiritus dei. Inde oppositiones istae, quas diximus, ternae sunt: quia ille secundum consilium illud abiit, & istius uoluntas secundum consilium istud fuit in lege domini: imo & sicut Apostolus dicit sub lege factus est, cum esset dominus legis. Ille in uia peccatorum stetit, malam quippe cogitationem tantae ambitionis, opere demonstrauit: iste in lege domini die ac nocte meditatus est, ut quod praefigurabatur per legales ceremonias, uerbi gratia, agni & uirtuli, caeterorumque huiusmodi, in ueritate suae passionis implet. Ille in cathedra pestilentiae sedit, id est, pestilentiam mortis utriusque: scilicet animae & corporis, posteris suis haereditaria dereliquit: iste autem ut lignum fructiferum hunc fructum in tempore suo dedit, ut comedentes carnem & sanguinem eius, ab illius cibi ueritate reati sumus liberati.

Quod per intellectum psalmi secundi, hoc de Christo nobis annunciet spiritus ueritatis, quia propter obedientiam passus sit pro peccatis nostris, scilicet obediendo patri dicens: Postula a me, nimirum moriendo. Hoc enim fuit postulare, & dabo tibi gentes haereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Cap. xi.

**Q**uare ergo fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Dixit enim quodam loco iudaeis, & quod illis dixit omnibus & gentibus & populis dixit & dicit: Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico, quare non creditis mihi? Quid aliud sibi uult percussio ista, quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Iccirco taliter hunc psalmum secundum primo uel praecedenti coniungimus: quia iuxta propositum, & hominem sine peccato fuisse conceptum uel natum atque conuersatum Christum dei filium, in illo primo agnoscimus, & in isto secundo causam cur passus fuerit, quae gentes & populi meditantibus inania non cognouerunt exposita intelligimus. Ait enim: Dorminus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me & dabo tibi gentes haereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Audito uerbo quod dixit, postula a me, modum quoque siue qualitate postulationis debemus nosse. Quomodo nisi moriendo postula uir? Humilitas proculdubio sacrosanctae eius passionis postulatio fuit, sacrificium fuit, praeter quod aliud holocaustum & pro peccato deus noluit. Est igitur sensus circiter ego beatus uir, qui morti nihil debui, quia peccatum non feci, mortis debitum solui, iccirco quando fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, quando affiterunt reges terrae, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus me Christum eius: Iccirco, inquam, tacui, semper filii, patiens fui, qui poteram usque quaque dicere, quod semel dixi, ego sum, & abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, quia dominus pater dixit ad me: Postula a me, & dabo tibi gentes

Beat' uir non &c, hic est Christus so

Rom, 9 Luc, 1 Psalm, 1

Decursus aquarum, diuisiones sunt gratiarum.

Gen, 3

Galat, 4

Iohan, 6

Psalm, 8

Iohan, 8

Christ' moriendo postulat a patre gentes haereditate suam. Psal, 32

Iohan, 18

gentes haereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Ad hanc patris dictionem cum multa consonant, illud quoque pertinet quod Elias inter caetera dixit: Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longaeuū, & uoluntas domini in manu eius dirigetur. Unde autem mors eius tanti esset, aut tantum ualeret, nisi idem ipse, qui homo in seculo natus est, deus ante secula existeret: Propterea dicitur pater: Postula a me, praemisisti: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Caeterorum quae sequuntur usque in finem psalmi, summa haec est, quam dixit: Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me. Itē dixit: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Potestas utique iudicialia a dextris & a sinistris, quae designatur hoc breui uersiculo: Reges eos in uirga ferrea, tanquam uas figuli confringes eos.

Quod per intellectum psalmi tertij hoc de Christo nobis annunciet spiritus ueritatis, quia resurrexit, & in caelum ascendit, & hoc esse quod dicit: Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi, & tu autem domine susceptor meus es. Cap. xii.

**P**ostquam fremuerunt gentes, & populi gentiles & iudaei usque dum interimeret eum, praerati sunt, & multipliciter quasi uicissent gloriati sunt, ipsam eius mortem pro magno tenentes experimento, quod non fuisset a deo, quod fuisset seductor, & iccirco nomen eius perisset, & nulla esset in deo salus eius. At ille nunc mortuus perterritum loquebatur, & nunc usque uiuens loquitur ea quae continet sequens psalmus: Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? Multi insurgunt aduersum me, multi dicunt animae meae, non est salus ipsi in deo eius, & caetera usque: Dormiui & soporatus sum, & exurrexi. Quis nisi dormiens dormitione peccati, & soporatus alto sopore fallaciae, non agnoscit hanc uocem resurgentis, haec esse uerba resurrectionis. Ergo quod sequitur: Non timebo millia populi circumdantis me, exurge domine, saluum me fac deus meus, uox est ascendentis & euntis sedere a dextris dei. Vtrumque autem, scilicet & resurrectionem, & ascensionem uno uersiculo breuius praefrinxeat, dicens: Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. Cuius uersiculi Petrus Apostolus taliter sensum expressit gloriosum: Hunc Iesum suscitauit deus patrum nostrorum, & principem ac saluatorem exaltauit dextera sua, ad dandam poenitentiam & remissionem peccatorum. Fecimus quod proposuimus, scilicet demonstrare iam in initio psalterij Davidici quatuor sacramenta haec, quorum sine fide nullus uiuit, incarnationem, passionem, resurrectionem, atque ascensionem Iesu Christi filij dei, ut ordine lucido ad illum diem processionis spiritus sancti perueniremus, cuius gratiam sonat is qui continuo sequitur psalmus quartus.

Quod per intellectum psalmi quarti, qui sic incipit: Cum inuocarem exaudiuit me deus iustitiae meae, in tribulatione dilatasti mihi, hoc de Christo nobis annunciet spiritus ueritatis, quia fecit sicut promisit dicens: Ergo audebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Cap. xiii.

**C**um inuocarem exaudiuit me deus iustitiae meae, in tribulatione dilatasti mihi. Huius quippe uersiculum psalmi superius susceptum habuimus: Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti laetitiam in corde meo: & hoc dilato, paululum digressi, tetigimus psalmos superiores, ut demonstraremus, quia sacramentorum salutis nostrae miro modo & late, & splendet hic in prophetia lucidus ordo. Quaremus ergo, Nonne uoces quarti huius psalmi conuenit rei gestae, & uoci illius diei, quod spiritus sanctus de caelo ueniens, orantes discipulos domini laetificauit, ita ut dicere congruat conuerti illi, & omni ecclesiae sequenti: in tribulatione dilatasti mihi, miserere mei, & exaudi orationem meam: Omnes enim perseverantes erant unanimes in oratione, cum mulieribus, & maria matre domini Iesu, & fratribus eius. Nonne ita contigit illis, ut sonat ista uox spiritus propheticus: In tribulatione dilatasti mihi: Eatenus quippe non latum, imo ualde angustum fuerat eorum & cor, & os: Quomodo angustum cor? Homines sine literis erant, & idiotae. Quomodo angustum? Vnius habebant rusticitatem linguae Hebraicae, ita ut loquentes ex idiomate suae locutionis, statim fierent manifesti quod essent Galilaei. Qui sic angusti fuerant cordis & oris, ita dilatasti sunt, ut & scripturas intelligerent, & loquerentur linguis, quod maximū est, non in pace, sed in pace, ibant enim gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Magna & mira dilatio illorum, qui unanimiter perseuerantes in oratione secundum istam uocem propheticam: Miserere mei, & exaudi orationem meam, sic exauditi fuerant, ut in corde scripturas, in ore linguas, in utroque adepti constantiam, loquerentur magistratibus, dicerent tam plebi quam senioribus: Filii hominum usque quo graui corde, ut quid diligitis uanitatem, & quae ritus mendacium. Scitote quoniam mirificauit dominus sanctam suam. Quid enim aliud uerba illa sapienter, uiri Israelitae deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, & caetera usque: Poenitentini igitur & conuertimini, ut delectantur uestra peccata. Et quam pulchre quod hic scriptum est in psalmo: Irascimini & nolite peccare, & quod illic dicit Apostolus Petrus: Poenitentini, ut delectantur uestra peccata, unum

Verba resurgentis Christi. Psal, 5

Verba in caelo ascendentis. Psal, 113

Act, 2

In tribulatione dilatasti mihi. Vox est apostolorum accepto spiritu sancto. Act, 4

lego persequitur. Act, 5. Dilatio a postolorum in die Petre. Psal, 4

Act, 5

Mendacium quod quere bat iudei. Mat. 23

demq; significat. ¶ Item per hoc quod hic scriptum est, ut quid diligitis uanitatem & queritis mendacium: quam recte illud arguitur mendacium, quod iam ante illum diem, quo prædici care cœperunt apostoli, diuulgatum erat apud iudeos mendacium inquam, & quod quæsi erant emerant data militibus pecunia copiosa, ut dicerent, quia discipuli eius uenerunt nocte & furati eũ sunt, nobis dormientibus. Sed iam omiſſa multitudine eorũ, quæ hinc dici poterãt, propositum pro agnitione sanctæ trinitatis, pertractemus uerſiculum.

Iterũ de uerſu psalmi quarti: Signatum est super nos lumen uultus tui domine, quod uultus domini fit filius dei, & quod lumen uultus domini fit spiritus patris & filij. Cap. XLIII.

Dñs p̄r uultus eius filij, lumen uultus sp̄s sanctus.

**S**ignatum est super nos lumen uultus tui domine, de dedit lætitiã in corde meo. Dominus cui hæc dicuntur, signatum est super nos lumen uultus tui domine, ipse est pater uultus domini, ipse est filius patris: Lumen uultus domini, ipse est spiritus sanctus patris & filij, filius iccirco recte dicitur uultus dei patris, quia sicut in uultu alicuius hominis affectio lætitiæ uel mœroris potest percipi, sic per filium uoluntas in dei patre innotuit. Lumen uultus domini iccirco recte intelligimus, spiritum sanctum patris & filij, quia sicut lumen alicuius rei ualde lucentis uitam uel prospectum pandit corporalibus oculis: Verbi gratia, sicut claritas solis, depulsa caligine noctis, nobis efficit diem, sic spiritus sanctus, depulsa ignorantia tenebris, docet nos omnem ueritatem, quia per ipsum & filium scimus, & patrem, & ipsum cognoscimus ex utroq; procedentem. ¶ Quis, quando, & ubi signauit super nos hoc lumen uultus tui domine? Dominus Iesus Christus, quando adhuc latebat uultus tuus in illa humanitate ut crucifigi posset, nisi enim lauisset, nisi se continuisset, & cessasset dicere, ego sum, omnes abirent reuorsum, & caderent in terram, nec possent comprehendere eũ. Dominus, inquam, noster Iesus Christus, cũ adhuc sic lateret in carne eius uultus tuus, signaturam se promissit super nos hoc lumen uultus tui, & cõtinuo signauit, ut uere pontifex lumimus pro iure officij sui, cuius est signare, non solum frontem corporis, uerũ etiam frontem animæ credentis. Dixit enim ipsa nocte qua tradebatur, mittam uobis paracletum spiritũ ueritatis, qui a patre procedit, & multa huiusmodi ad distinctionem pertinentia trium personarum patris & filij & spiritus sancti. Et deinde ipsa qua resurrexit die, stans in medio discipulorum, præmissis bono pacis nuncio, quam fecerat inter deum & homines, insufflauit & dixit: accipite spiritum sanctum, scilicet in remissionem peccatorum. Sequitur enim, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. ¶ Et die pentecostes misit eundem spiritum in diuones gratiarum multis choruscantibus miraculis, ita signatum est habentes super se lumen uultus tui domine, cœperunt eadem die uocare alios, & adducere, ut signaretur super eos id ipsum lumen, per ipsorum ministerium & manuum impositionem. Eadem quippe die, qui receperunt sermonem, baptizati sunt, in nomine patris & filij & spiritus sancti, & appositæ sunt in illa die animæ circiter tria milia.

Chrus ut uere potest ex, signauit super nos lumen uultus dñi. Iohã. 18

Iohan. 17

Iohan. 20

Signati sp̄s apostoli, alios signare cœperunt in die pentecostes.

De uarietate in eodem psalmo singularis & pluralis numeri, quod singularitas credentium sit, habentium unum spiritum & unam fidem: Pluralitas autem siue multitudo, illorũ sit qui sunt contra uel extra hanc unitatem. Caput. XV.

In creditib; cor unũ & aia una. In nõ creditib; uarij & contrarij sensus. Psalm. 4 Act. 4

**E**t uide, quod pulchre credentes à non credentibus spiritus propheticus distinxit ipso modo locutionis. Nam de non credentibus dixit: Multi dicunt quis ostendit nobis bona, de multitudine uero credentium quandam unionem factam insinuans, cum dixisset: Signatum est super nos lumen uultus tui domine, prout in utroque uultu singulari numero, dicens ex persona ipsorum: dedit lætitiã in corde meo. Et recte, quia multitudinis credentium, erat cor unum, & anima una. ¶ Quam uidelicet unitatẽ cordis & animæ, illud quoque aduerbium pulchre exprimit, quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me. Ipse namque spiritus sanctus de multis efficit unum. Qui autem hunc non habent multi, imò & cõtra semetipſos sensibus diuersis, & in plerisque cõtrarijs per se factas diuisi sunt. Quid ergo est, quod præmissis, in pace in id ipsum dormiam & requiescam, causam siue rationẽ istã subiungit, quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me, nisi ac si diceret: iccirco quia nunc studeo singularitati siue unitati huic, de qua & Apostolus dicit: Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, oia autem membra nõ eundẽ actũ habent: ita multi unũ corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, & cætera, usque, id ipsum in uicẽ sentientes, non alta sapientes, sed humilibus cõsentientes. Quã unitatẽ facit unus spiritus, & una fides, iccirco, inquam, illuc me spero peruenturum, ubi dormiam & requiescã, in tanta pace, quantã intelligi uult dicitio hæc, qua dixi, in id ipsum. ¶ Pro huiusmodi sensu uariatur modus locutionis, secundũ uarietatem singularis & pluralis numeri, ut cũ pluraliter dixerit: signatum est super nos lumen uultus tui domine, statim singulari dictione dicitur: dedit lætitiã in corde meo: rursumque cum dixerit pluraliter à fructu frumenti, uini & olei sui multiplicati sunt, statim ex persona diuersæ multitudinis eorũ: quũ est uel esse debet cor unũ & anima una, siue unus spiritus & una fides, statim singulariter dicitur in pace in id ipsum dormiam & requiescã. Potest quidẽ de reprobis siue terrenis

Rom. 12

Cur nõ singulariter, nunc pl̄r loquitur psalm. 4

terrenis dictum intelligi: A fructu frumenti, uini, & olei multiplicati sunt, ut sit sensus uituperationis, quod gratulenter in huiusmodi, & multiplicati sunt à terrenis diuitijs, sed nihilominus econtra uenerabiliter accipitur, quod ex eo multiplicati sunt, quod Christus tanquam granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, & duo data spiritus sancti, de quibus iam sepe dictũ est, tanquam fructum uini & olei. ¶ Hæc unitas, siue singularitas, quæ in isto psalmo, & in plerisque sanctorum loquitur, ipsa est, quam postulat ipse dominus Christus ipsa nocte qua tradebatur: Pater sancte, inquit, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Item: Non pro his rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per uerbum eorũ in me, ut omnes unũ sint sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unũ sint, & cætera, quæ ira finiuit, ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis, quã uidelicet dilectionẽ, nõ aliud quam spiritum sanctum oportet intelligi.

Iohan. 17

addẽ multo cauerit credẽtib; in se

Iohan. 7

Iterũ quod hæc dicit unitas: Dedit lætitiã in corde meo, & quod ubi spiritus sanctus inhabitat, illic sempiterna sit & inenarrabilis lætitiã. Cap. XVI.

**O**uinam quoniã non uacat, neque propositum est per singula discutere, quæ hic dicta sunt ab hoc uno, saltem unius dicti huius sensum penetrare liceat, quod dixit: Dedit lætitiã in corde meo. Sed quis petere possit, nisi qui eandem lætitiã accepit: hoc interrim scire & dicere possumus, quia lætitiã hæc spiritus sanctus est, plane spiritus sanctus, sicut lumen uultus domini, sic recte dicitur, & est lætitiã patris & filij, ubi spiritus sanctus inhabitat, illic sempiterna & inenarrabilis est lætitiã, nec aliud quicquam est lætitiã quam importat. ¶ Dauid ipse, per quem hæc dicta sunt, lætitiã istã expertus fuerat. etenim pleno cornu acciperat, sicut scriptum est: Imple ait dominus ad Samuelem cornu tuum oleo, & ueni, ut mittam te ad isai bethleemitem, prouidi enim in filijs eius mihi regem. Tulit igitur Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum eius. Er directus est spiritus domini in Dauid, à die illa, & in reliquum. Veritatem ad horam sibi lætitiã hanc dimisit, & (ut uerbis utar Apostoli dicentis: Et nolite contristare spiritum sanctum dei) tunc spiritum sanctum ipse contristauit, quando in Vriam Ethæum peccauit. Quod sciens ipse & sentiens: Redde, inquit, mihi deus lætitiã salutaris tui. ¶ Sciũt sancti homines, quorũ pectora sunt habitacula spiritus sancti, quomodo fiat illud, quod Apostolus fieri non uult, dicens: Et nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis. Est enim quidam tactus eiusdem spiritus sancti, quo interdum in sensibilibus hominem tangit, dum uult eũ suscitare ad operãdũ, ut non negligat gratiã quam ipse conuulit illi. Qui si mente quærit tunc in eum, aut in secreto secũ est, siue somno indulgens pro tempore, siue per uigiliã blandum utiq; & suauissimũ tactum illũ perferat, tanquam familiarẽ appellationem presentis amici. Quod si aliter est, si uerbi gratia, festuca irruens mentis oculum turbauit, & per hoc nondũ satis fecit: tunc ille tactus & tardior accedit, & asperior est sensui, ita ut dicere conscientia non dubitet: Ecce contristatus est spiritus sanctus dei. Quanto magis contristatus fuerat spiritus domini, & dicere habebat Dauid: Redde de mihi lætitiã salutaris tui, propterea quia uenit peregrinus, scilicet diabolus, à regno, ciuitate dei longe alienus ad diuitẽ Dauid, & ille parcẽs sumere de ouibus & de bobus suis, ut exhiberet conuiuũ peregrino illi, tulit ouem uiri pauperis, & præparauit cibos homini, qui uenerat ad se.

Lætitia p̄ris, & filij, sp̄s sanctus est. ¶ penetrare;

Lætitia sp̄s sancti in corde Dauid 1 Re. 6

Eph. 4 2 Re. 12 Psal. 7

Eph. 4

2 Re. 12

Admiratio quam sapienter signatus fuerit liber, donec illũ agnus aperiret, & de eo quod dicit B. Iob, qui commouet terrã de loco suo, quod præcipit soli & nõ oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo. Cap. XVII.

**E**cce dum in hoc quasi magnæ domus uentibulo, & perspecto frontis splendore, simile imò & maiorem, & interiori amplitudine prospicimus claritatem sancti nominis tui, trinitas deus, quam adoramus, cui cum isto psalterio psallimus: admiramur quod sapienter signatus fuerit liber, antequam agnus illum acciperet, & signacula eius solueret, & fortiter etiam nunc teneatur clausus illi, qui propter incredulitatem suam intus legere indignus est. Et reuera quod sapienter cautum est, ut non diceret in istis maioribus, quod dicere solent Prophetae in minoribus: Hæc dicit dominus deus exercituum, ecce ego adducam super uos gentem de longinquo, domus Israel, ait dominus. Hæc dicit dominus deus exercituum, deus israel, bonas facite uias uestras, & studia uestra. Quis enim tunc portare posset, ut iste similiter loqueretur in istis maioribus, Exempli gratia, ut diceret: Hæc dicit dominus exercituum, deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti. Hæc dicit dominus: Foderunt manus meas, & pedes meos, hæc dicit dominus: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem. ¶ Bene ergo liber signatus est, omiſſis eiusmodi dictionibus, & sacramenta importabilia dicturus, iste primus assumpsit personam eius, de eo loquebatur, ut interim negligenter attendentibus, de semet ipso loqui uideretur, cum in eo loqueretur Messias, id est, Christus. Quem & sæpius nominat uerbum quod filium, quatinus eiusdem trinitatis abscondat sacramentum, ut illic: Verbo domini coeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Cuius

Lib. Ep̄steter signat̄ ante aduẽtũ Chri

Apo. 7

Hier. 7

Idem 7

Psal. 12

Dauid primus assumptus personã Christi

Psal. 78

uerficuli longe superius mentionem fecimus, cum de angelica creatura loqueremur, quod in ipsa admiratione, quae tanta est, ut ad eam explicandam nullus sermo non sufficere possit, ecce oportuit quasi post tergum uocem audimus beati Iob dicentis: Sapiens corde est, & fortis robore. Quis resistit ei, & pacem habuit? Qui transiit montes & nescierunt hi quos subuertit in furore suo. Qui commouet terram de loco suo, & columnae eius concutientur. Qui praecipit soli & non oritur, & stellae claudunt quasi sub signaculo. Hanc uocem ecce audiuimus, dum in contemplatione claritatis, quae in psalmis lucet, stantes miramur. Qui nam sunt montes quos transiit deus, pro quorum translatione & sapiens corde, & fortis robore merito praedicatur? putas ne Apostoli, de quibus recte intelligitur dicitur: Et transferentur montes in cor maris, id est, in medium gentium transibunt a Iudaeis? Qui quidem montes ipsi, sed non soli quos deus transiit. Moyses quoque & iste dicitur, & omnes prophetae montes sunt, non pro ulla mole corporum suorum, sed pro eminentia scripturarum, quas inspirante spiritu sancto scripserunt. Quomodo uel unde, & quomodo montes isti transiit deus? Nimirum dando genera linguarum transiit eos, id est scripturas eorum per interpretes suos de una lingua hebraica, in graecam & latinam. Factum est mirabili iudicio, ut legnat & sciant omnes gentes, nesciant autem hi, quos subuertit in furore suo, scilicet Iudaei, penes quos eadem scripturae condite sunt, quorum propter perfidiam excacauit oculos. Nec solummodo ita subuertit, uerum etiam in omnes gentes captiuos dispersit: ita ut iam non sit eis propheta, neque princeps, neque dux. Hoc bene intelligitur in eo quod protinus ait: Qui commouet terram de loco suo & columnae eius concutientur. Statimque subiungit: Qui praecipit soli & non oritur, & stellae claudunt quasi sub signaculo. Habent enim, & secum captiuos baiulant scripturas legis & prophetarum & psalmorum: Christum autem non habent, in quem omnes scripturae tendunt. Et quid est habere scripturas, nisi intentionem: nisi quodammodo habere caelum, & non habere solem? Et quid est legere & nolle intelligere prophetas: nisi quasi sub signaculo clausas continere stellae? quod deus iccirco praecipit, quod sol iuste non oritur illis, & huiusmodi stellae iccirco quasi sub signaculo claudunt, quia caecitas eorum non tam ex ignorantia descendit, quam ex inuidia propter quod & praepropter hunc, quo praecipit soli ut non oritur illis, secure, imo & laudabiliter concedimus, dicentes cum Psalmista ex ipsius solis persona: Obscurentur oculi eorum, ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. De eo quod Salomon dicit: Quis suscitauit omnes terminos terrae, quod nomen est eius, & quod nomen filii eius si noster: itemque, ut soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem, & caetera postquam subiungit, funiculus triplex difficile rumpitur. Ca. xviii.

**S**alomon filii patris sic manifesta uoce expressit, ut distimulare non possint supradicti ueritatis inimici, qui in unitate diuinitatis personarum distinctione audierint. Ait enim: Quis ascendit in caelum? aut quis descendit? Quis continuit spiritum in manibus suis? Quis colligauit aquas quasi in uelamento? Quis uisus fuit omnes terminos terrae? Quod nomen est eius? & quod nomen filii eius si noster? Statimque subiungit: Omnis sermo dei ignitus, clypeus est sperantibus in se, quod idem est ac si apertius diceret: Nomen filii eius uerbum est, & ab hoc fonte manans omnis sermo dei: quae locuti sunt sancti homines, spiritu sancto inspirati, ptegit sperantes in se, sicut sperabat ille qui dixit: memor esto uerbi tui seruo tuo, in quo mihi spes dedisti. Idem salomon uolens nunc quae esse hominem absque societate, sine meditatione sermonis dei, dixit: Ve soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem. Et si dormierint duo, soubebuntur mutuo, utriusque modo calefiat: & si quis praualuerit contra unum, duo resistunt ei. Statimque subiungit: Funiculus triplex difficile rumpitur. Quae sententia, nonne secundum scripturam supra memoratam stella est quasi sub signaculo clausa? Esto enim, ut quis praualuerit illis, qui secundum sensum eius de Salomonis, dicitur: Stultitia sum uirorum, & sapientia hominum non est mecum, non didici sapientiam, & non noui scientiam: & quae sit homo idiota & sine literis, ut non possit habere meditationem sermonis dei, & dormire cum illo dormitione illa, de qua in Cantica dilectae, ego, inquit, dormio & cor meum uigilat: At saltem memoriter potest tenere nomen domini, in quo signatus est, nomen patris & filii & spiritus sancti. Plane hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur. Dormiat ergo cum nomine illa, & non erit solus. Non dixit, de istis duobus loquens, nunquam cadet unus ex istis duobus, sed dixit, si unus ceciderit, ab altero sulciatur. Non enim, dixit, funiculus triplex, nunquam rumpitur, sed dixit, funiculus triplex difficile rumpitur. Non enim nunquam contrigerit, ut is qui habet dilectionem siue meditationem nominis domini, cadat, oblitus ad horam triplicis, de quo pendebat funiculi. Nam & dauid cecidit, sed cum ceciderit, resurget, reparata uirtute per invocationem eiusdem nominis domini: ita fit quod hic dixit, & si quis praualuerit contra unum, duo resistunt ei. hinc & alibi dicit: Turre fortissimi nomen domini ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Substantia diuinitatis, urbs roboris eius, & quasi murus ualidus circumdans eum.

Trium esse, scilicet fidem, spem, charitatem, per quae homo perducitur ad similitudinem dei, iuxta propositum eius dicentis: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem

Verba Iob de libr. ita figurato, Iob. 6  
Qui transiit montes...  
Iob. 2  
Psal. 86  
Trinitas in his quibus Salomonis intel ligitur.  
Pro. 30.  
2 Pet. 1  
Psal. 118  
Eccle. 4  
Funiculus triplex difficile rumpitur.  
Pro. 30.  
Cant. 7  
Eccle. 4  
Pro. 18

litudinem nostram, & secundum haec tria fecisse Salomonem tres libros, Parabolas, Ecclesiasten, Cantica canticorum.  
**T**ria sunt per quae perducitur homo ad dei similitudinem, iuxta propositum eius dicentis: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Haec tria sunt, fides, spes, charitas. Nam ad imaginem dei homo creatus est in eo quod rationalis est. Porro ad eundem creatricis trinitatis peruenit similitudinem habendo tria haec, fidem, spem, & charitatem. Secundum haec tria, Salomon tres fecit libros, scilicet librum Parabolarum siue Prouerborum, Ecclesiasten, & Cantica canticorum. Librum quoque prouerborum scripsit ad instruendam fidem, ecclesiasten ad corroborandam spem, Cantica canticorum ad delectandam charitatem. Et omnis quidem scriptura diuinitus inspirata in hoc ipsum tendit, sed in isto trium librorum ordine hoc maxime delectat inueniri, quia secundum ordinem harum uirtutum trium sunt compositi siue dispositi, scilicet fides, spes, & charitatis. Quibus uirtutibus homo excidens, amittit gloriam similitudinis dei, tali ordine, ut amitteret charitatem, non teneat spem, non habet fidem. Primum namque exigebatur ab eo charitas dei, in eo quod cunctis animantibus eum deus dissimilem fecit. Et quia non inueniebatur ei adiutor similis eius: Faciamus, ait, ei adiutorium simile sui, uidelicet ad propagandam solentiam multam, tantaeque beatitudinis, uti essent similes angelis, tulitque eum & posuit in paradiso uoluptatis. Pro tantis beneficiis nullum rependit officium charitatis, nullam uocem gratiarum actionis. Deinde spes ab illo exigebatur in illa positione praecipit: Ex omni ligno paradysi comede, de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas. Sperare enim debuit homo rationalis, ut diceretur: Si tanta deus contulit gratis, nonne si praeccepta obseruauero maiora dabit: At ille non in domino sperauit, sed sibi met placens, quasi liber, & sicut deus esse uoluit. Nisi enim hunc tumorem in tus habuisset, foris tentatus non tam facile cederet. Fides ab illo exigebatur, dicendo: In quocumque die comederis ex eo, morte morieris. At ille dicto huic fidem non adhibuit, imo serpenti magis credidit dicenti: Nequaquam morte morieris, & uocem malae credulae mulieris, plusque uocis dei obediuit. Itaque uetus ille Adam a charitate, spe, fide excidens, se posteritatem suam defraudauit, & longe fecit a similitudine beatae trinitatis. Quae econtra nouus Adam, reciprocis gradibus per fidem, spem, & charitatem nos reformauit, & ad eandem similitudinem dei, & omnis (ut iam dictum est) scriptura diuinitus inspirata ad hoc intendit, maxime autem huius manifestus tres isti libri Salomonis. Quod ut demonstramus, libet aliquantisper immorari.

De eo quod ait in Parabolis: Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas in septem, quodque dominus possedit me in initio uirarum suarum, & caetera usque: Cum eo erant cuncta componens, & in principio erat uerbum, Omnia per ipsum facta sunt, unum & eundem habeat sensum. Cap. xxx.

**P**raemissis paucis, quae ad captandam attentionem, docilitatem, atque beneuolentiam pertinent. Primus est actus in Parabolis, mundare animam per doctrinam moralitatis, quatinus accipere possit mysteria fidei, sic incipiendos. Filii mihi te laetauerint peccatores, ne acquires eas eis. Si dixerint ueni nobiscum, inhi diemur sanguini &c. Quae diligenter quis attendens, cito animaduertit, hanc eius esse intentionem, quatinus mundetur uas a ceno peccati, siue ab amore seculi, ut possit praeciosam recipere substantiam fidei, aliter enim non potest fieri. Hinc ipse dominus Iudaeis dixit: Quomodo potestis uos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quae a solo deo est non queritis? Quanto magis dicere poterat quomodo potestis uos credere qui insidiamini sanguini, & absconditis tendiculae contra fontem, & dicitis: deglutiamus eum sicut infernus uiuentem, & integrum quasi descendentem in lacum, omnem praeciosam substantiam reperiemus, uocem uocem non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, ut quistestimonium perhiberet de homine, Ipse enim sciebat quid esset in homine. Quia ergo non est locus apertus fidei, nisi prius uasa munda sint ab amore seculi, ab auaritia quae est simulacrorum seruitus, caeterisque uitij criminosis, maximeque prudentia carnis, quae mimica est deo, & ab estimatione sapientiae secularis, quae magis garrula loquacitas, quam sapientia debet nunciari. Pulchre ab huiusmodi prius reuocat filium, quem uocare uult ad intellectum fidei, & ad mentem sapientiam seculi fugiendam esse clamans semel & iterum sub nomine meretricis, primo sic incipiens: Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Et iterum sic reperiens: Dic sapientiae, soror mea, & prudentiam uoca amicum tuam, ut custodiat te a muliere extranea, & ab aliena, quae uerba sua dulcia facit. De fenestra enim domus meae per cancellos prospexi, & caetera usque: Multos enim uulneratos delectat, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea, uiae infanti domus eius penetrantes interiora mortis. Et quae miro modo, & in litera denotant mulieris meretricis odiosam procacitatem, & in mysterio

Gen. 1  
Tres libri Salomonis  
Ic. dicitur  
Primus homo  
charitate spe  
& fide pendit  
similitudine dei  
Gen. 2  
Gen. 3  
Nouus Adam nos reppauit.  
Pro. 1  
Fides requirit  
animam morali  
bus uirtutibus  
ornatam  
Ioan. 7  
Mar. 21  
Ioan. 2  
Eph. 5  
Rom. 8  
Sapientia seculi  
laris similis  
meretricis.  
Pro. 5  
Ibidem 7



maxime \* delectantur ambitiosam atq; uentosam mundanæ sapientiæ loquacitatē. Tū demū semetipsam credens his à quibus audita est, & quoz; adquisiuit beneuolentiã, iterū exclamās intra prætera dicit: Audite quoniã de rebus magnis locutura sum, & aperietur labia mea ut re- cta prædicent, ueritatē meditabitur guttur meū. Quibus de rebus magnis loqueris? Quæ recta, quæ ueritatē prædicabis? Dominus (ait) possedit me in initio uiarū suarū, anteq̃ quicq̃ fa- ceret à principio. Ab æterno ordinata sum & ex antiquis, anteq̃ terra fieret. Quando præpa- rabar celos aderã, & cætera usq; Nunc ergo filiū audite me. Paucisq; interpositis ait: Sapien- tia ædificauit sibi domū, excidit columnas septē, immolauit uictimas suas, miscuit uinū & pro- posuit mensam. ¶ Non res istæ, res eadē sunt quas iohannes euangelista uoce clarissima mani- festus enunciauit, dicens: In principio erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū, Oia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil, & uerbū caro factum est, & habitauit in no- bis: Paululum uoces siue nomina & uerba differunt, sed res eadē sunt. Hic sapientia, illic uer- bum. Hic inuicē uia; illic principiu. Hic ego sapientia concepta erã, illic nō factū est, sed erat uerbū, ait euangelista. Hic cū eo erã, inquit, cuncta cōponens, illic dictū est: Uerbū caro factū est, omnia per ipsum facta sunt. Hic taliter dictū est: Sapientia ædificauit sibi domū, illic dictū est: Uerbū caro factū est, & ipsam carnē uerbum incarnatū, suū nominat templum. Hic taliter dictū est: Excidit colūnas septē, illic certū est; in templo corporis dominici habitare septē spi- ritus. Hic taliter dictū est: Immolauit uictimas suas, miscuit uinū, & proposuit mensam, illic ta- liter factū est, sicut experti sumus, & experiuntur oēs, q̃ propriū corpus suū tradidit in mortē, & in cōmemorationē mortis eius de quotidie pponit nobis panē & uinū, corp⁹ & sanguinē suū. Quod secundum similitudinē festi uiatoris frequens intercisiō librorum, festum releuet animum scribentis. Cap. XXI

Similitudo autoris ad uitatorem

**T**angē festus uiator residere, & hūc librū finire cōpellor, similis illi, qui in itinere man- sionem forte propositā habuit, putans esse locū uicinū quo peruenire posset anteso- lis occubitu, & esse iter unius diei, quod erat duoz; aut triū dierū, fere sic mihi con- tigit, dū quærens quandã imaginationē sanctæ trinitatis in isto speculo triū uirtu- tum, fidei, spei, & charitatis, nisi pedē mentis, & cursum linguę in tres libros salomonis, putās quod propositū meū breuissimo possit cursu peragi. Ecce autem uideo quia nō tam breuiter fieri potest, alioquin offendā quemlibet iudicē sapientē, boni sermonis probatorē, ut bono fa- pore propositionis nostræ allectus, nec plena copia saturatus, & iccirco magis irritatus, sto- machetur & dicat contra me tale quid, ut est illud: Parturiat montes, nascetur ridiculus mus. ¶ Quapropter similis, ut iam dictū est, illi, qui desperans ad propositā peruenire mansionem, accumbit in medio itineris, reseruabo quod uia; reliquum est futuro diei, faciamq; hic iã finē præsentis libelli, ne antecē dentibus multo prolixior sit, sanctum inuocans spiritū, cuius solen- nitas annua nunc recurrens nos in laudē sui aduentus excitar, & sic quoq; tanq̃ fluminis im- petus ciuitatē, id est, Ecclesiam dei lætificat, quatinus ipso duce uiator iste quo tendit, illic perueniat, unam (inquiens) petij à domino, hanc requiram, ut inhabitet in domo domini omni- bus diebus uitæ meæ, ut uideam uoluntatem domini, & uisitem templum eius.

Psal. 47  
Psal. 66

# RVPERTI ABBATIS

TRIVIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITA- tis, & processione sancti spiritus. Liber .VII.

¶ Item de thesauro fidei, spei, & charitatis, in tribus libris Salomonis, quod super illo quidem thesauro sapientiæ gaudendum sit; formidandum autem, quod uir tam sapiens cecidit, uel cadere potuit. Cap. I.



Casus Salo- nia senis meri- to nos omnes terret, 5 Reg. II.

**A**VDEAMVS QVOQVE IN ISTA PARTE agri super inuentione thesauri, in istis tribus libris salomonis, super cōsideratione horum trium, fidei, spei, & cha- ritatis, per quæ reformatur homo ad quandam similitudinē beatę trinitatis, quam, ut superius dictū est, perdidit in Adã permanente proposito eius dicentis: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. ¶ Gaudemus, inquam, sed gaudium nostrum offendit, & turbat recordatio, non suauis recordatio ruinæ tanti uiri, quod tanta sapientiæ fa- ctarium intantum ruit, ut propter amorem mulierum serui- re posset dijs alienis, iam senex, sicut scriptura dicit: Cumq; iam esset senex, deprauatum est per mulieres cor eius, ut se- queretur deos alienos. Quid enim? Nonne formidabile nobis reddidit iudicium dei recordatio tanti, tamq; sapientis uiri, tam horribiliter in senectute sua deprauati? ¶ Et quidem est opinio quorundã

quorundam consolabilis, quod poenitentiam egerit, & post poenitentiam libros istos fecerit, sed nihilominus terrorem facit tabulis casus iste, quo tanta columna ruit, quia uidelicet non postq̃ ruit senex, sed anteq̃ rueret, tantam sapientiã iuuenis accepit, dicēte ad eum dominus: Ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens, intantū uul- tus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Quid ergo dicere possumus hic: Reue- ra nihil nisi tale quid, ut est illud apostoli: Quam incomprehensibilia sunt iudicia tua, & inue- stigabiles uitæ domini, & humilia siue curuari sub eo, sub quo curuantur, ut ait beatus Iob, q̃ portant orbem, quia & si quid intelligimus de altissimo, quis isto sapientior?

5. Reg. 3  
Rom. 11  
Iob. 9

De coeternitate patris, uel filii secundum hæc uerba sapientiam: Anteq̃ quicquam fieret, ego iam concepta eram, & cætera, & de incarnatione eiusdem sapientiæ, secundum hæc uerba: Sapientia ædificauit sibi domum, & reliqua. Cap. II

**Q**uomodo cum illo actū sit, ubicunq; tale lignū ceciderit, quemadmodū dicit: Si ceciderit lignū ad austrū, aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Qualicunq; in extremis fuerit, & nunc ubicunq; sit, nos scimus, & sapimus quia bo- nus est fructus ligni huiusmodi, multū ualens ad uitam fidei, ex qua iustus uiuit. Claro quippe nomine sapientiæ dicentis: Ab æterno, & ex antiquis ordinata sum, & anteq̃ quicq̃ fieret, ego iam concepta eram, & ante omnia ego parturiebar: filiū dei coeternum deo patri astruit, & istud credere exigit ipsa sapientia ab omnibus filijs quos recipit, dicens post hæc. Nunc ergo filij audite me, & cætera usq; Qui autem in me peccauerit, lædet animā suā, omnes qui me oderunt, diligunt mortem. Hæc enim, quæ omnia prescribere longum nimis uisum est, anteq̃ & patri coeternam Iesu Christi filij dei diuinitatem sonat, quod ante omnia secula & absq; initio natus sit, & illa quæ continuo sequuntur: Sapientia ædificauit sibi domū, excidit columnas septem, & cætera quæ superius prælibauimus, de incarnatione eiusdem uerbi mystice dicuntur. Vere ergo: Qui autem, inquit, in me peccauerit, lædet animam suam, siue (ut loquar) & omnes qui me oderunt, mortem diligunt. Hæretici enim sunt. Et quis ita di- ligit mortem, & diligendo mortem lædit animam suam, siue (ut loquar) secundum David, qui Salomonem præcessit: quis ita diligendo iniquitatem, odit animam suam, sic hæreticus & iu- dæus, qui tam cupide, tam diligenter se exercet in contentione uerborum, quatenus rationa- biliter uideatur astruere, quod Christus ex Maria initium existendi habuerit, & quod de se- mine ioseph conceptus fuerit? ¶ Sunt autem inexcusabiles, quod sicut habet hic sacre literæ series, domina sapientia, postq̃ ædificauit sibi domum, immolauit uictimas, & miscuit uinum, & proposuit mensam missis ancillis suis, ut uocarent ad arcem & moenia ciuitatis: non solum dixit, si quis est paruulus, id est, humilis, ueniat ad me, uerum & incipiētib; locuta est: Veni- te, & comedite panē meum, & bibite uinum quod miscui uobis. Relinquit infantiam & iuui- riam facit. Et qui arguit impium, generat maculam sibi. Nonne hoc expertæ sunt illæ ancillæ, quæ domina sapientia misit: Voluerunt erudire derisorem, scilicet populum Iudaicū, & hæc sibi iniuriam fecerunt, quam legimus, & quam eadē sapientia prædixit: Ecce ego (inquit) mit- to ad uos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occiditis, & crucifigitis, & ex illis fla- gellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem. Voluerunt arguere impium, uidelicet coetum pharisaicum, & hanc maculam generauerunt sibi, quam abhorret oculi nostri, quia blasphemauerunt spiritum sanctum, qui loquebatur in eis, sicut in actibus Apostolorum habemus. Exempli gratia: Et cōtradicebant his, quæ à Paulo dicebantur, bla- sphemantes. Quid ergo sequitur? Noli (ait) arguere derisorem, ne oderite. Argue sapientem & diliget te. Et hoc ita fecerunt, ut dicerent: Vobis oportebat primum loqui uerbum dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gētes. Iudæi signa petunt, & Græci sapientiã quærunt. Curiose hoc agebant Iudæi, dicendo: quod signum tu facis: quid operaris? & iccirco denotantur nomine derisoris, similes Herodii illi, qui dominum Iesum uidere uolebat, sperans sibi signum aliquod ab eo fieri. ¶ Diligenter autem Græci sapientiã quæserunt, & inuenērunt, & dilexerunt, & ad arcem, siue ad moenia ciuita- tis eius uocati, uenerunt, & ecce de mensa eius comedunt, & uinum eius bibunt, & hoc modo iustificata est sapientia à filijs suis, quia nec sapientem, id est beneuolum auditorē docere ne- glexit, nec derisorem ita præterijt, ut de ignorantia possit excusari.

Eccle. 11  
Abac 2  
Rom. 8  
Pro. 8

De his quæ sequuntur in eodē libro Prouerbioꝝ, quō fere totus sermo, quasi in conflictu sit per oppositionē iusti, & impij sibi inuicē aduersantiū, & compugnantiū, secundū quod ait ipsa in- carnata sapientia: Non ueni pacem mittere, sed gladium. Cap. III.

Hæretici dil- gūt mortem  
Psal. 10

Hæretici in- excusabiles  
Pro. 9

Mat. 23

Actu. 13

1. Cor. 1  
Ioan. 6  
Luc. 23

Mat. 11

**E**CCE (ut arbitror) ostium apertum, & intelligentia clarificata est in istam amplitudi- nem, siue multitudinem Prouerbioꝝ Salomonis. Quantum enim, quam mirabili spectaculum hic habes quicunq; attendis: quantus hic est incurfus, quantus consti- tius sermonis sapientissimi, consistens in oppositione duorum sibi inuicem aduer- santium

Liber puer- bioꝝ p anti- theta iusti & impij.

Pro. 10

fantium, iusti & impij contra se inuicem compugnantium, per antitheta horum fere totus liber decurrit: Filius sapiens laetificat patrem, filius uero stultus mortificat matrem. Non proderunt thesauri impietatis, iustitia uero liberabit a morte, Non affliget dominus fame animam iusti, & in fidiis impiorum subuertet. Sic incipientem opponere oppositiones tam multiplices iusti & impij, siue sapientes & stulti, spectat oculis intentis, & tunc demum in hoc spectaculo oppidò delectaberis, si certos noueris terminos iusti & impij, siue iustitiae & impietatis.

¶ Quenam est iustitia nostra, nisi fides nostra? siue quis est iustus, nisi qui credit? Nam iustus (ait scriptura) ex fide uiuit, Nimirum in fidiis contra iniustitiam est, & in fidiis derisor iusti impius est. Pulcherrimè ergo hic est post edificationem domus, quam per incarnationis mysterium sapientia sibi edificauit, in cunctis diuisionibus siue oppositionibus libri huius, illud intelligere gladium, de quo ipsa sapientia incarnata dixit: Non ueni pacem mittere, sed gladium. Ex tunc enim maxime, & multo plus quàm eatenus, iusti & impij, siue sapientes & stulti, contra semetipso s diuisi, ex suis studiis contrarijs manifesti facti sunt. ¶ In qua nimirum rationabili consideratione illud quoque non minime delectat, quod in initio talium oppositionum prius oppositae, consistunt. Hinc sapientia mater iustorum, & illinc stultitia mater impiorum. Ait enim Principium sapientiae timor domini, & scientia sanctorum prudentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni uitae. Statimque subintulit: Mulier stulta & clamosa, plena gillecebris, nihil omnino sciens, sed in foribus domus suae super sellam in excelso uerbis loco, ut uocaret transeuntes uiam, & pergentes in domum suam. Quis est paruulus declinat ad me. Et uerborum locuta est: Quae furtiuè dulciores sunt, & panis absconditus suauior. ¶ Nominè stultae mulieris, sine dubio denotat procacem, nimis loquacem, imò & fallacem sapientiam seculi, extollentem se aduersum sapientiam dei, ex quo tempore maxime illa domus (sicut iam supra dictum est) sibi edificauit, & immolatis uicinis suis, misit ancillas suas, ut uocarent ad arcem, & ad moenia ciuitatis. ¶ Vtriusque filiorum fines, scilicet filiorum sapientiae, & filiorum stultitiae, quam diuersi, imò quam contrarii fuerint, uel sint, se quæ sit libri fere tota series declamare intendit, per antitheta (sicut iam dictum est) huiusmodi filius sapiens laetificat patrem, filius uero stultus mortificat matrem suam. Leuemus in directum oculos nostros per omnem mundum, siue in fines orbis terrarum, quo exiuit sonus Apostolorum, ubi uisus est sanguis martyrum, ubicunque uoce & literis decertauit sapientia patrum orthodoxorum pro gloria domus, quam sibi sapientia edificauit, septemque eius columnarum contra stultitiam Iudaeorum, aduersus impietatem paganorum, & contra nequitiam haereticorum, & palam est, quia experimentis horum, quae ad hoc dicuntur per tot oppositiones sententiarum, omnia plena sunt.

Sapientia mater est iustorum, stultitia mater impiorum. Pro. 9

Fines diuersi iustorum & impiorum. Pro. 10

forte dilatat Gen. 1

Sapientia in creatura filius dei. Pro. 8. Ioan. 1. Rom. 10. Pro. 10. Filius sapiens quod dicitur

Pro. 30. Consummatio laudis in foris in tribus similibus

potuit, nec ille poterit, qui postquam (ut iam dictum est) eleuatus fuerit in sublime, stultus apparebit in quo consummatio est uituperationis impiorum.

Item de fide, quod ipsa sit mulier fortis, de qua in fine eiusdem libri scriptum est

Mulierem fortem quem inueniet, procul & de ultimis finibus pretium eius. Cap. V.

**L**ocumdem sibi eloquium meum trinitas sancta, suavis tibi sit laudatio mea, & sanctae trinitatis similitudo, trina uirtus, fides, spes, & charitas. Gustauit & uidit anima mea, quid bona est negotiatio tua, iamque propro ad exitum libri huius Prouerbiorum, in quo (ut iam semel & iterum dixi, documentum sunt fidei, quasi per uiam istam lucem aliquam intelligentiae deus mihi sparserit, & aliquid iuxta propositum de profundis istis elucidauerim, & intrare cupio in concionem, ubi concionator sedet Ecclesiastes, habens coronam spei, scilicet in libro, in quo sedes sapientissimus rex concionatur super iuuenes & adolescentes, illud maxime in istis comprobare quod ad adolescentiam, & uoluptas, & cuncta horum instrumenta uia sunt, timor autem domini, & obseruatio mandatorum eius, sit omne esse hominis, quem admodum dicit in fine eiusdem huius uoluminis: Deum time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo. ¶ Siquid agam, tenet enim pedem mentis hic in exitu Prouerbiorum digna laudatio cuiusdam mulieris magnae & memorabilis, quae hoc modo incipit: Mulierem fortem quis inueniet? procul & de ultimis finibus pretium eius, confidit in ea cor uiri sui, & spolijs non indigebit. Quenam rogo est ista fortis mulier? Scimus quidem quia sancta ecclesia est. Sed quærimus adhuc. Quae causa hic efficit, quod tor seculorum generationes, tot hominum, siue animarum multitudines dicantur una mulier, & una sit ex omnibus ecclesia, deum habens uirum, cuius cor confidit in ea? Quid inquam, est illud, per quod istud efficitur, nisi uia fides? Denique sicut in Ecclesiaste dictum est, & supra meminimus: Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo, ita recte dicas, unam fidem catholicam tene, hoc est enim omnis ecclesia. Sic ergo hic legamus, & intelligamus laudationem fortis mulieris, ut ueraciter laudatione fidei, quia nimirum secundum fidem uniuersa ecclesia, sicut iam dictum est, una mulier dicitur, & uir uirius, qui laudat eam, cuius cor in ea confidit, ipse est dominus deus. Quis hoc inueniet? Denique ecclesiam toto orbe diffusam, nemo est qui non inueniat, nisi talis sit, qui oculos claudit ne uideat. fidei autem secretum pauci sunt qui inueniant, nec enim aliter inuenitur, uel agnosceretur, nisi per spiritum sanctum. Propterea dixit: quis inueniet? & protinus nobis dignam admirationem facere uolens, ait: Procul & de ultimis finibus pretium eius. Hoc intelligens Paulus Apostolus dixit: Est autem fides sperandarum substantiarum, argumentum non apparentium. O quod procul est substantia haec, de qua ultimis finibus argumentum hoc & proficitur, quod non apparet, neque uidetur, tam multis inertiamentibus montibus, siue collibus eorum, quae uidentur. Exempli gratia, patres in clyti, Abraham, Isaac, & Iacob, & qui orti sunt ex illis (ait Apostolus) tanquam sidera caeli in multitudine, & sicut haec una quae est ad oram maris innumera, iuxta fidem defuncti sunt omnes, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes, & saluantes, & confidentes, quia peregrini, & hospites sunt super terram. ¶ Nobis quoque, qui pro tempore quidem uiciorum rei sumus, sed tamen rem ipsam nondum uidemus, Petrus Apostolus loquitur: Inueniamini in laudem, & gloriam, & honorem in reuelatione Iesu Christi, quem cum non uideritis, diligetis: in quem nunc quoque non uidentes, creditis, credentes autem exultatis. O igitur quod procul (ut iam dictum est) & de ultimis finibus pretium mulieris huius, pretiositas ecclesiae huius, fides operatricis huius, aspicientis non ea quae uidentur, sed ea quae non uidentur.

Prou. 31

Argumentum libri Ecclesi.

Eccle. 12. Ite. sed q. l. Pro. 31. Mulier fortis ecclesia est p. fidem

Quid e fides Heb. 11. profectur.

Petri. 1

Confidit in ea cor uiri sui

Gen. 18

Vchemetia dictionis;

Item pro dignitate eiusdem fidei, quo dictum sit: Confidit in ea cor uiri sui, & spolijs non indigebit, reddet ei bonum & non malum omnibus diebus uitae suae. Cap. VI.

**Q**uid proinde illi: Qualem meretur gloriam in conspectu dei? ait: Confidit in ea cor uiri sui, & spolijs non indigebit. Manifeste dictum, uenerabiliter audiendum. Deus excelsus & immensus uir est coniugis huius scilicet fidei, & in ea cor eius confidit.

Quomodo confidit? Eo nimirum modo, ut secreta sua non dubiter ostenderet huic. Plus dicam secundum auctoritatem scripturae, quia secreta sua non potest abscondere huic. sic enim locutus est ad Abraham, in quo inuenerat fortem mulierem istam, fidem istam, Num celare potero Abraham quae gesturus sum? Scio enim quod praecipiturus sit filijs tuis, & domus tuae post se, ut custodiant uiam domini. Magna confidentia tantum uiri pro constantia constantissimae coniugis, ut ei secreta sua celare non possit. ¶ Sed consideremus adhuc uehementiam dictionis, quia non dixit: Confidit in ea uir suus, sed confidit in ea cor uiri sui. Denique utiliter perpenditur dilectio haec, maxime si non ignores ubi, quado, & qualis factio sententia talis comprobata sit. Etenim quidem in omnibus sanctis patriarchis & prophetis hoc experta est fides, quod deus uir suus in ea confideret: ostendit enim illi secreta sua, quae & ipsa per os eorum, & elocuta est sapienter, & signauit prudenter & fortiter. Sed est locus, & fuit tempus, de quo ueraciter dicas, non solum ita confidit in ea uir suus, uerum quod uehementius sonat,

potuit

Fides Mariae maxima. Psal. 44. addo genit Spoils no in digebit. Psal. 118. Prou. 31. Hæresis red dit malū, & non bonum. Prou. 9. Apo. z

sonat, & profundius penetrat intima mentis) confidit in ea cor uiri sui. ¶ Vbinam hoc inuenis? Profecto in anima sanctæ Mariæ uirginis. Ibi fides experta est, quod de femet ipsa hic audiuit, confidit in ea cor uiri sui etenim ibi uir suus et cor suum aperuit. Quali apertione? Plane magna & ineffabili, ut faceret in ea cor uiri huius illud, quod prædixerat per os David: Fructus uero meum uerbum bonū, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ, uelociter scribentis. Ita cor suū illi aperuit, ut ipsam substantiam uerbi æterni in corde suo concepit, de corde suo ante secula geniti, mitteret in mentem, & in uterum uirginis ual de fidelis, quæ per ipsam fidem, de qua nunc sermo est, tanta diuina mysteria, angelo narrante concepit, deum enim castis uisceribus suscepit, & benedicta in æternum nobis & hominem. \* ¶ Oigitur sancta fides, quam uerus de te sermo hic: Confidit in ea cor uiri sui, & spoils non indigebit. Qui bus uel qualibus spoils, nisi eloquijs domini, eloquijs uiri sui? Sic enim per os David ipsa dice bat: Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. Ergo spoils non indige bit, id est, sua eloquia uir tam familiaris intelligibilia facit cognitæ sibi fidei, certus de eo quod protinus sequitur. ¶ Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus uitæ suæ. Nō est enim hæc sicut illa superius infamata mulier stulta & clamosa, plenaq; illecebris, & nihil omnino sciens, mulier (inquam) non fortis, imò contraria forti mulieri huic. Est enim impia hæresis, & ipsa reddidit (sicut Iudaica perfidia, siue synagoga Satanæ) malum & non bonum, omni bus diebus uitæ suæ, semper enim ueritati resistit dura ceruice.

Quod uel quale bonum reddat fides, siue ecclesia fidelis, ut merito confidat in ea cor uiri sui, secundū alphabetum Hebraicum, cuius singulæ literę singulis uerbis præfixæ sunt. Cap. VII.

Alphabetū Hebraicum. Cur in quibusdā psal. & omnibus præponitur litæ hebraicę

**Q**uod uel quale bonū reddidit siue reddidit fides, siue Ecclesia fidelis, ut merito confidat in ea cor uiri sui: Interrogemus hoc alphabetū hebraicū, cuius singulæ literę singulis uerbis præfixæ sunt, Aleph, Beth, Gimel, Daleth, He, Vau, Zain, Heth, Teth, Iod, Caph, Lamed, Mem, Nun, Samech, Ain, Phe, Zade, Coph, Res, Sin, Tau. Ita sunt uiginti duæ literæ hebraicæ, quibus apud eos omnis scriptura contexta est.

¶ Quid ergo hoc nobis innuitur, quod singulæ literæ singulis præfixæ sunt sententijs, nisi quia omnis scriptura diuinitus inspirata, bonum est opus mulieris huius fortis, opus fidei quod uiro suo reddidit. Non enim absq; ratione, sed pro magnæ rationis significatione præscribitur, id est, in quibusdā psalmis, & in hieremiæ lamentationibus, & in oratione eius, & in isto quoq; sine Prouerbiorū Salomonis, singularum nomina literarum singulis sententijs. Quam uideli cet rationem promptum est agnoscere ex ipsorum nominū interpretationibus, quas interpretatus est uir illustris beatus Hieronymus, Hebraicæ lingue peritus. Interpretat quippe Aleph doctrina; Beth, domus; Gimel, plenitudo; Daleth, tabularum; He, ista; Vau & Zain, hæc; Heth, uita; Teth, bonum; Iod, principium; Caph, manus; Lamed, cor; Mem, ex ipsis; Nun, æternū; Samech adiutorium; Ain, fons; Phe, os, non ab osse, sed ab ore, Zade, iustitia; Coph, uocatio; Res, caput; Sin, dentes; Tau, signa. ¶ Huiusce interpretationis directam primo literaturam ponamus, & deinde eiusdem literaturæ secundum sensum, qui in ipsa est, constructionē faciamus. Doctrina domus, plenitudo tabularum. Ista & hæc uita bonum principium manus cordis. Ex ipsi æternum adiutorium, fons oris iustitiæ, uocatio capitis, dentium signa. ¶ Hæc est litera, quæ hoc modo construitur. Sancta scriptura, quæ est opus fidei, opus bonum, quod catholica fides uiro suo deo reddidit, ipsa est doctrina domus, doctrina ecclesiæ, quæ domus dei est. Ipsa est plenitudo tabularum, plenitudo legis, id est, decem præceptorum, quæ in tabulis lapideis digito dei scripta sunt. Ista plenitudo, & hæc doctrina, quid sunt nisi uita? Sermo dei enim est, in quo uiuit homo, quemadmodū dicit: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit ex ore dei. Ergo uita & bonum principium, subauditur uita æternæ. Hic enim principium est uita: in scriptura sacra, ut uideamus & ambulemus per fidem, non autem con summatio, ut iam uideamus faciem ad faciem. Manus cordis, id est, operatio sanctæ meditationis, hæc doctrina domus, hæc plenitudo legis. Ex ipsis æternum adiutorium. Quid isto uerius? Hic enim per sacram scripturam discimus, quod in æternū sciamus. Fons oris iustitiæ sine dubio hæc ipsa scriptura nobis est. Hinc enim haurimus illud, quod ore ad salutem cōfitemur, & quod confitendo iustificamur. Vocatio capitis ipsa est sancta scriptura nobis, quæ per ipsam uocat nos ad se caput Christus, ut membra eius effici mereamur. Dentium signa sunt hæc omnia, quia non nisi dentibus, & plectro linguæ formata sonant hæc elementa, ut legi uel audiri possit omnis sancta scriptura, de tam paucis elementis tam multipliciter confcripta. De admiranda fidei potentia, maxime in hoc dicto: Sardonem fecit, & uendidit, & cingulum tradidit Chananeo. Cap. VIII.

1. Cor. 13.

**I**nter cætera pulchræ huius laudationis capitula, quoniam cuncta pertractare nostri propositi non est, etenim nimis longum esset, istud intactum præterire non potior. Sardonem fecit, & uendidit, & cingulum tradidit Chananeo. Deniq; sunt & cætera quidem

quidem ual de splendida, & secundum metaphoram Prophetæ & fortissimæ mulieris multū ad rem, siue mysterium pertinētia, ab eo quod ait: quæ fuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum, usq; ad id: Sardonem fecit & uendidit, sed longe supra metaphorā est id, quod ait: & cingulum tradidit Chananeo. Quid enim? Nunquid proba mulier, sicut solet quærere lanam & linum, & operari consilio manuum suarum, sicut solet de longe portare panem suum, & de nocte, id est, mane surgere, sollicita unde det prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis, sicut solet inopi manum suam aperire, & palmas suas ad pauperem extendere, hisq; alijs modis circa ministerium frequēs fatigare: sic solet etiam Chananeo cingulum tradere? Ergo hoc supra metaphoram est. Diligentiam adhibemus, sicut in ceteris, ita & in isto intellectum quærimus, maxime propter illud quod dictum est in anterioribus parabolis. Acceptus est, regi minister intelligens, iracundiam eius in uilis sustinebit. Dicimus itaque cum uoce gratiarum actionis, quia totiens hæc mulier fortis Chananeo cingulum tradidit, quotiens præpotens fides quempiam, qui fuerat apud homines cōtempribilis, altissimo deo regimagno acceptum reddit. ¶ Chananeus quippe cōtempribilis, imò & execratus deofuit, cum adhuc esset in lumbis patris sui Chan, dicente Noe: Maledictus Chananeus, seruus seruorum erit fratribus suis. Item secundo: Benedictus dominus deus Sem, filii Chananean seruus eius. Itemq; tertio: Dilatet deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, sitq; Chananean seruus eius. Valde ergo cōtempribilis Chananean, cuius septem gentes ad introitum filiorum Israel, deo iudice, terra euomere debuit, quod & fecit. E contra fides ualde potens, & ualde nobilis, quæ Chananeo tali homini, uel cūlibet simili huic secundum ignobilitatem seculi, cingulum tradere potuit, ut præcinctus ambulet ob meritum fidei, quam suscepit filijs regni, qui fidem non habent iacentibus & discinctis, aut etiam in captiuitatem ductis. ¶ Quemadmodum dicit sanctus Iob: Baltheum regum distoluit, & præcingit fune tenes eorum. An non & Apostolus hoc dicit: Quæ stulta sunt mundi, ait, elegit deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & cōtempribilia elegit deus, & quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret. Cuncta hæc & stulta, & infirma, & ignobilia, & cōtempribilia, & quasi non existentia, recte intelligis uno nomine Chananeæ, quem domina fides & syndone sua uestire, & cui cingulum pro uelle suo tradere potuit, & tradidit, & sola hoc fecit, ut qui seculo in honorem habebatur, honoratus incedat coram oculis domini, & in conspectu quoq; hominum magnorum siue paruulorum, qui domesticis sunt eiudem fidei.

Pro. 31. Cinglū tradidit chananeo. Pro. 14. Chananeus allegoriceb5 in hoc mundo cōtempribilis dicitur Gen. 9

Leu. 20. Tob. 2. 1. Cor. 1.

Quomodo ad instructionem fidei pertineat sequens liber Ecclesiastes: Vanitas uaniatum & omnia uanitas. Cap. IX.

**H**actenus a nobis habitus sermo intentionem prouerbiorum spectare demonstrauit ad instructionem fidei, ex qua iustus uiuit, nunc iuxta propositum demonstrandū est, intentionem libri Ecclesiastes in eo esse, ut certam præbeat rationem spei, scilicet in quo non sperare, & in quo spem suam ponere debeat homo rationalis. Hoc facere ita incipit: Vanitas uanitarum dixit Ecclesiastes: uanitas uanitarum & omnia uanitas. Quæ habet amplius homo de uniuerso labore suo, quo laborat sub sole, subauditur, nisi uanitate? Sic a sole incipiens, quod pulcherrimum est opus creatoris, & excelssimum cuncto rum, ex quibus uita mortalium subsistit, & delicias parat sibi, cuncta uanitas arguit, & ueracitatis redargutione. Præterit enim (ait & Apostolus) figura huius mundi. ¶ Nec semel dixisse contentus, uanitas uanitarum, iterum ac tertio repetiuit: Vanitas uanitarum & omnia uanitas, ut animaduertas, quam serio loquatur, uel agat, præmissa enim autoritate regij nominis & ciuitatis Hierusalem. Ait enim: Verba Ecclesiastes, filij David regis Hierusalem. Tribus magnis nominibus pro utilitate aduentum parauit huic libro autoritatem, seipsum nominans Ecclesiasten, id est, concionatorem, filium David, & regem Hierusalem. ¶ Quid primū est sub sole, in quo spem suam cupidus homo posuit? Vtiq; terra. Et in hoc mira dementia est, quia cum habitatio terræ huius homini, propulso à felicitate paradisi, data fueris ad pœnam, scilicet ut in sudore uultus sui operaretur eam, ipse sibi eam percipere contendit, quasi ad gloriam. Nonne hoc est uanum, cum dicit homo natus ex terreno, & cras moriturus? Hoc tantū terræ est meum, & mei sunt isti tractus? Bene ergo in primis cupiditatem, siue possessionē terræ, uanitatis arguit, dicendo: Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternū stat. Ac si aperte dicat: Frustra homines cupidi, terram sibi subiugare, agrū agro copulare cōtenderunt usq; ad terminū loci, contentione nonnunq; horribili usq; ad effusionem multi sanguinis, quia tot generatioibus præterentibus, & tot aduenientibus, terra hic remansit, nec illos sequuta, qui iam præterierunt: nec illos sequutura qui adueniunt, siue aduenturi sunt. Generatio præterit, sicut nascendo in hunc mundum nihil attulit, ita moriendo nihil auferre potuit: & generatio quæ aduenit, siue nos ipsi qui nunc sumus (ut uerbis utar Apostoli) sicut nihil intulit in hunc mundum, haud dubium quin nec auferre quid possumus. ¶ Eandē intentionem & in isto quod ait: Generatio præterit, & generatio aduenit, & in cæteris quæ sequuntur.

Eccia. 1. Cor. 7. Tria nota hic Salomōis ad maiorem auctoritatē libri. Vanitas in terreno: & cupiditas Gen. 5

1. Timo. 6. Nihil intulimus in hunc mundū &c.

sequuntur, quæcunq; uanitatatis arguit, prudenter intellige, quia ipsa est, quam idem Apostolus, præmissis, ut iam memorauimus, nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubiis quin nec auferre quid possumus, protinus expressit, dicens: Habentes autem alimenta, & quibus te gamur, his contenti sumus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nocua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, Quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Quid aliud dicit Ecclesiastes, totiens repetendo, uni uersa uanitas & afflictio spiritus. Hoc etiam dicens inter cætera, quid enim proderit homini de uniuerso labore suo, & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est: cuncti dies eius doloribus pleni sunt, nec per noctem mente requiescit.

Eccis. a

Discernēdū ex Eccle. inter uanitatē & ueritatē.

1 Cor. 7

Psal. 7. Quomodo differunt sex dies creationis a die septimo.

Gen. 2. Differunt cōplere & regere.

Heb. 4

Gen. 1. Vanitas hominum in rebus temporalibus.

Sol uane p deo habitus est.

Quomodo iure uanitatatis arguitur omnia quæ fecit deus sex diebus in comparatione diei septimi, in quo requieuit. Cap. X

**M**agnum est scripturæ huius negotium, & magnum concionis huius emolumentum, si concionatore isto loquente, præ oculis habens duo opposita hæc, hinc uanitatē, & inde ueritatē; & inter utrumq; clare discernas, & legitima diffinitione utrumque diffinias. Est autem hæc diffinitio uanitatē, quam Paulus apostolus satis breuem pene expressit dicendo: Præterit enim figura huius mundi. Vanum quippe cōstat esse omne quod præterit, & præteritū do possessorem siue cupidum sui, fallit & eludit. Porro ueritatē diffinitionem, quam aliam dare possumus dignam, nisi ut dicamus, ueritatē illud esse quod semper id ipsum est: Illud enim, quia non præterit neminem fallit, neq; cōtin git in hac optima parte, quod euenit in parte uanitatē, his de quibus scriptum est: Dormierūt somnum suum & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Quod id est illud quod semper est id ipsum? Eamus ad caput libri, ad initium scripturarū ueritatē, quia illic est magnum & cui dens ostium rationis, unde possumus ueritatē à uanitate certis disparate terminis. Sex quippe diebus omne opus suum cælum & terram & omnem ornatum eorum perfecit, & die septimo opus suum compleuit. De quo uidelicet die septimo, me in alio opere dixisse memini, quia natura primus est, qui ordine septimus habetur. Vnde & de illo die, quo dixit deus, fiat lux, & facta est lux, & diuisit lucem ac tenebras: nō sic scriptum est, factumq; est mane & uespere dies primus, sed factūq; est uespere & mane dies unus. Sex quippe dies sunt orantium creaturarum, sex primæ species, per quas creator cognosci debet: Propter quod & dicuntur dies, id est, oculos cordis nostri, ad cognoscendum creatorem illuminantes: quarū uidelicet creaturarum angelica creatura prima, & humana natura sexta est. Septimus dies, ut iam dixi, natura primus est, quia sapientia est, in qua deus omnia fecit: quia uerbū est, per quod omnia facta sunt, & in isto deus requiescit. Et ideo quidem primus est iste dies, quia in ipso uidelicet omne creaturam priusquam faceret: nobis autem septimus est, quia prius cognoscimus creaturam, & per ipsam cognoscimus, quia creator magnus est. Notandum ergo, quia sicut dictum est, compleuitq; deus die septimo opus suum, & non dictum est, omne opus suū quod fecerat, dictum est autem: & requieuit die septimo, ab uniuerso opere quod pararat. Nā ab omni quidem opere requieuit, ut nullam deinceps nouam speciem crearet, sed si rite perpendis sensum uerbi huius compleuit, nō omne opus suum, sed solam rationalem creaturam die septimo compleuit: nec ipsam uniuersam, sed solam electionem quæ per humilitatem illo die septimo dignam sese exhibuit. Quidnam est die septimo compleri, in quo deus requieuit, nisi introire in illam requiem domini, quæ plenitudo est beatitudinis: cuius & Apostolus magnifice meminit: ingrediemur enim, ait, in requiē q credidimus, quæ admodū dixit, sicut iurauim ira mea, si introibūt in requiē meā, & cætera usq; qui enim ingressus est in requiē eius, etiā ipse requieuit ab operibus suis, sicut & a suis diebus.

Quod non tam ipsa creatura quam creaturæ usus immoderatus uel amor peruersus, recte uanitatē arguat: quomodo dicit scriptura: Et uidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Cap. XI

**I**gitur hic habemus certis disparata terminis duo opposita hæc, uanitatē & ueritatē, uanitatē uidelicet, in senario creaturæ numero: ueritatē, in requiē dei, scilicet, in die septimo. Ergo ne, inquis, creatura uana est, aut opera dei uana sunt, & ipse deus uanitatē auctor est. Nonne cuncta dei opera potius bona sunt, sicut ibidem scriptura dicit: Et uidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona? Ad hæc inquam: Plane uanitas est creatura omnis, in comparatione requietionis, qua deus in die septimo requiescit, & ex eo uanitatē arguitur creatura rationalis quæcunq;, quod requiem quærit in temporalibus siue uisibilibus istis, & in illis æternis atq; inuisibilibus bonis, requiē domini, fundamentum spei non sibi collocauit. Veruntamen hic non tam ipsa creatura, quam creaturæ usus uel amor immoderatus uanitatē arguitur. Exempli gratia, dum circa solis pulchritudinem ita sese impendit humana mens, ut hunc esse deum putaret, & huic creaturæ potius quam creaturæ

atoris feruire delegerit: nec solum huic, uerum etiam cæteris creaturis, maximeq; quatuor elementis igni, & aeri, & terræ, & aquæ nomina diuinitatis ascripserit. Propterea merito cuncta hæc scriptura uanitatē arguit, & in primis solem, dicens: Oritur sol & occidit, & ad locū suū reuertitur, ibiq; renascens gyrat per meridiem, & flestitur ad aquilonē. Nimirum in ortu eius, & occasu in gyro eius australi, & reflectiōe aquilonari, quia magna est mutabilitas, magna est & uanitas, quia nec homini laboranti satis grata est productior lux, dum sol ad aquilonem re flestitur, nec his qui in aibus ludunt, semper placet longanimitas tenebrarum, dum gyrat per austrum. Similiterq; in cæteris uarietatibus diei & noctis, æstatis & hyemis, ueris & autumnii. Sunt quidem multa humanæ infirmitatis remedia, sed multa nihilominus anxietatis tædya, quia nulla in his sufficientia, imò in omnibus magna indigentia est. Propterea nec in his, nec in aliquo eorum, quæ sub sole sunt uel fiunt, est sperandum siue confidendum, quod cuncta uana, cuncta transitoria sint. Hac intentione cuncta uanitatē arguit, tandemq; ipsum hominem, cuiuscunq; spes ultra uel extra hæc, pedem suum non extendit. Ait enim: cetero interitus unus est hominis, & iumentorum, & æqua uisq; conditio. Sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumentis amplius. Cuncta uanitas uanitas, & omnia pergunt ad unum locum. De terra facta sunt, & in terram pariter reuertentur. Non ergo sperandum in homine, quamuis diuino, quamuis potenti. Non est ante istum, pater David idem senserat: Nolite (ait) confidere in principibus, in filiis hominū, in quibus non est salus. Exhibit spiritus eius & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Nonne proinde constat, quod ipse homo sit uanitas. Hinc idem alibi dicit: Veruntamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuens. Statimq; duobus hoc ipsum uersiculis asruit, quod hic explicatur longiori disputatione concionatoris: Veruntamen (inquit) in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Thesaurizat & ignorat cui cōgregabit ea. Plane idem sensus est in plurimis horum quæ hic dicit, ad dēs etiā hæc: Rursus defestatus sum omnem industriam meam, & sub sole studiosissime laboraui, habiturus hæredem post me, quem ignoro utrum sapiens an stultus sit futurus, & dominabitur in laboribus meis, quibus defudaui & sollicitus fui, & est quicq; tam uanum?

Eccis. 1

Cur uanitas arguitur? Eccis. 3

Psal. 146. Nolite cōfidere in princip.

Psal. 39

Ecclesiast. 2

De eo quod ait: Deum time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo, & quod absq; timore dei, omnis homo uiuens sit uanitas. Cap. XII

**P**RO intentione libri huius Ecclesiastes, ad hoc breuiter dicendum, quod in solo fit sperandum, quoniam satis dictum arbitramur pro eo, neq; quod in homine, neque in alia creatura sperandum sit. In plerisq; psalmorum sic fecerat & pater dauid, ubi dixit quod supra memorauimus: Veruntamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuens, & cætera. Hoc demonstrare intendens, quod neq; in homine, neq; in thesauro hominis sperandum sit, protinus ait: Et nunc quæ est expectatio mea? Quod idem est, ac si dicat: In quo ergo sperabo? Nonne in domino? Itemq; cum dixisset: Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus: causam quoq; subiunxit cur in illis non sit sperandū, dicens: Exhibit spiritus eius, uidelicet hominis, & reuertetur homo in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, protinus exclamauit: Beatus cuius deus tacet adiutor eius, spes eius in domino deo ipsius, & cætera usque in finem psalmi. Quibus uerbis spem excitare nititur excitatione rationabilis, ut bonum quod permanet præferendum esse sentias omni quod transit. Iuxta hunc sensum concionator iste, concionis multitu dinem ab immo derato amore rerum transeuntium reuocare, & ad æternorū spem honorum excitare cupiēs, & hoc multiplici ratione peragens, talem in ultimo facit conclusionem: Firmem loquē d oēs pariter audiamus: Deum time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo. Et cuncta quæ fiunt, adducet deus in iudicium, pro omni errato, siue bonū, siue malum. Quomodo sapit tibi in palato cordis quod dixit: Hoc est enim omnis homo: Verū est, qualem sensum efficit intellectui tuo? Talem nimirum efficere debet, qui pertineat ad eandem rationem, qua dixit æternus & incommutabilis deus: Ego sum qui sum. Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad uos. Egerat enim ab initio libri de corruptione uanitatē, & cuncta corripies siue discuties cōprobauerat, quia omne uanū, omne quod transit, utiq; sic est, quasi nō sit, nec ipsum hominem excipiens quicumq; in uanitate ambulauit. Ait enim: Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos deus, & ostenderet similes esse bestiis. Iccirco unus interitus est hominis & iumentorū, & æqua utriusq; conditio. Et cætera quos supra meminimus, cum illo psalmi uersiculo: Veruntamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuens. Ut ergo sciat omnis contio, per quid fieri debeat, ut humana creatura liberetur à seruitute corruptionis, homo ita non sit uanitas, habens esse, habens participationē in idipsum, cū æterno illo q dicit: Ego sum qui sum. Hoc est, ait omnis homo, deum timere, & mandata eius obseruare. Ablatio casu dictum grammaticè intelligunt hoc, ac si diceret: Deum timendo, & mandata eius obseruando accipit esse homo, & gratia est, adhærendo deo, qui natura est. Nā qui adhæret deo, unus spūs est.

In nulla creatura sperandū

Psal. 38

Psal. 145

Deū time & mandata eius obserua. Eccis. 2. Hoc est omnis homo.

Exo. 3.

Eccis. 3

Quo liberat hō a seruitute corruptionis. Psal. 121. Eccis. 12. 1 Cor. 6



Eclsi. a

est. Alias autem homo siue fit rex Israel in Hierusalem, siue rex in Babylone præpotens, quan-  
tis cunq; affluat delicijs, & fruatur bonis, edificans sibi domos, & plantans vineas, facies hor-  
tos & pomeria, & extruens aquarum piscinas, possidens seruos & ancillas, armenta quoq; &  
magnos ouium greges, coaceruans sibi argentum & aurum, faciens sibi cantores & cantari-  
ces, scyphos & urceos ad uina fundenda, qd prodest: Et hæc omnia uana sunt, & ipse uanitas est.

Quod hæc duo, fides quæ in Parabolis instruitur, & spes quæ in Ecclesiastice roboratur,  
operentur per tertium, scilicet per charitatem, quæ in Canticis loquitur. Cap. XIII.

Charitas in  
canticis prædica-  
tur.

**H**æc duo, scilicet fides, quam designauimus in Parabolis prædicari, & spes, quæ in  
Ecclesiastice roboratur, per multa argumenta contemnentur de uanitate, operantur per  
tertium, scilicet per charitatem, quæ aperta facie loquitur, sic incipiens: Osculetur  
me osculo oris sui. De cunctis uocibus libri huius, non opus est nunc asseruere, quod  
sint uoces charitatis significantes affectum quatuor personarum Christi desiderabilis, & Ec-  
clesiæ desiderantis, amicorum & adolescentularum, intendentium ad dire uocem sponsi dile-  
cti, & uocem sponsæ dilectæ, & pro hoc auditu gaudio gaudere. ¶ Piget nos segnes, & fate-  
mur, quia piget nos diutius hic immorari. Præsertim quia proprium edidimus olim opuscu-  
lum, de istis Canticorum canticis, distinctum libellis, ad honorem dominæ nostræ san-  
ctæ Mariæ perpetuæ uirginis, quæ uera sponsa principaliter amici est æterni, scilicet dei pa-  
tris, sponsa nihilominus & mater filij eiusdem dei patris, templum proprium charitatis, id est  
spiritus sancti, de cuius operatione illum concepit: qui uidelicet spiritus sanctus charitas est  
patris & filij. Opus illud accipiat quicumq; audierit auditor beneuolus, non sicut contrarij  
priscis doctoribus, qui in eisdem Canticis latius amorem exposuerunt sanctæ Ecclesiæ, sed  
sicut aliquid supererogatum ultra lectionem ipsorum adunando & congregando uocem  
magnum tamq; diffusum corporis Ecclesiæ in unam animam singularis & unicæ dilectæ Christi  
Mariæ. Quia nihil huic disconuenit omnium eorum, quæ cunq; dici uel cantari possunt de  
magno & sancto amore dilectæ & diligentis Christum Ecclesiæ. De ista duntaxat scriptura  
hoc dicimus, quæ tota est cantabilis: nam in cæteris scripturis multa sonant lamentabilia pe-  
nitentis Ecclesiæ, in plerisq; peccauit, pro quorum parte cum fructibus penitentis lamenta-  
tur & gemit. Et hæc infra dignitatem sunt huius beatæ uirginis, cuius uita inter terrima non  
habuit cur gemeret, nisi uulnus charitatis, propter dilationem plenæ atq; perfectæ beati-  
tudinis in tempore huius peregrinationis.

Can. 1

Opus septē  
librorū Rup  
in Cantica.

Quomodo in tribus istis, fide, spe & charitate, utiliter speculari possumus, quo-  
modo magis ac magis ad cognitionem sanctæ trinitatis erudiamur. Cap. XIII.

Epifogus in  
eres libros  
Salomonis.

**M**emores esse debemus propositi siue intentionis, qua sermonem cepimus habere  
de fide, spe & charitate, secundum libros istos tres Salomonis, scilicet ut in isto qua-  
si speculo, horum trium fidei, spei & charitatis, quamdam speculari uel similitu-  
dinem sanctæ trinitatis: quia per hæc tria reformauit hominem ad similitudinem  
suam, iuxta propositum quod proposuerat dicendo: Faciamus hominem ad imaginem & si-  
militudinem nostram. In ista ergo diuinæ similitudinis claritate, in tribus istis fide, spe & cha-  
ritate, est quod utiliter speculemur, quo aliquantisper magis ac magis ad cognitionem eiusdem  
sanctæ trinitatis erudiamur, quam nunc in sua maiestate uidere nequimus. Ecce intelligimus  
& scimus, quia fides per spem & per charitatem, spes quoq; per fidem & per charitatem ope-  
ratur ea, quæ in istis tribus libris, Prouerbiorum, Ecclesiasticis, & Canticorum continentur.

Gen. 1

Quid opera-  
tur fides i ho-  
mine.

Pro. 9  
Iohā. 10  
Quid operatur  
spes.

Matth. 19

Iohan. 17  
Quid nobis  
ad salutē ne-  
cessariū est.  
Rom. 8  
Phil. 2  
Esaï. 73

¶ Fides namq; per spem & per charitatem hoc operatur in homine, ut accedat ad illam, quæ sapi-  
entia edificauit sibi domum, ut ad conuiuuium uictimarum quas illa immolauit, ad bibendum ui-  
num quod illa miscuit, ad edendum panem mensæ quem illa proposuit, taliter præparatam  
te, ut similia retribuere uelit, scilicet animam ponere pro illo, qui prior intantum dilexit nos,  
ut animam suam poneret pro nobis. ¶ Spes per fidem & per charitatem hoc operatur in ho-  
mine, ut, etiam si persecutor desit, qui & facultates terrenas auferre & corpus solet occidere,  
ipse intelligens, quia uana, id est, transitoria sunt omnia, relinquat ultroneus ea quæ possidet,  
iuxta consilium dicentis: Si uis perfectus esse, uade, uende uniuersa quæ habes, & da paupe-  
ribus, & habebis thesaurum in celo, & ueni sequere me. Quantum est quod speculari possumus  
in isto speculo siue ænigmate de illa altissima trinitatis claritate, cuius faciem nunc non pos-  
sumus uidere: Exiguam quidem, sed hoc ipsum iam aliqua uita æternæ scintilla nobis est.  
Hæc est enim uita æterna, ait ipse filius dei, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem mi-  
sisti te sum Christum. ¶ Quid ergo est illud quantumlibet cunq; quod uidere nunc possumus, per  
hoc speculum, in isto ænigmate? Nimirum opus illud quod necessarium nobis est ad æternā  
salutem credere & scire, quia deus pater per charitatem suam, id est, per spiritum sanctum, pro-  
prio filio suo mandatum hoc dedit ut pateretur pro nobis, & ipse filius per eandem charita-  
tē suā, id est, per eundem spiritum sanctum, mandatum hoc suscepit, obedire usq; ad mortem,  
mortem autem crucis. Quali cum spe: Illa nimirum, quam per Esaïam nobis annunciauit spi-  
ritus

ritus sanctus dicens: Si posuerit pro peccato animā suam, uidebit semen longæuū, & uoluntas  
domini in manu eius dirigetur. ¶ Ipse autē pater quali, uel quanta fide: Fidelis enim in omni-  
bus uerbis, & in isto maxime, & omnia opera eius in fide, & opus istud præcipue. Quali ergo  
uel quanta fide mandatum dedit huius obedientiæ, mandatum huius patientiæ? Nimirum tali  
fide, qualis est ipse: tanta fide, quātus est ipse, fide admirabili, fide inseparabili, fide perseverā-  
tissima, fide uictoriosissima. Quantis irritatus est malis hominū, q̄ maximis peccatis? Attamē  
perseuerauit in proposito, uel promissione tanti boni, & quæ processerant de labijs suis, irrita  
non fecit. Pro quo & David sollicitus miserere mei, ait, ut iustificeris in sermonibus tuis, & in-  
casum iudicaris. Quantis regibus, quantis regnis armatus diabolus, hoc propositū eius auer-  
tere laborauit? Attamē euicit fortissimus deus, & sicut proposuerat, ecce filius eius deus & ho-  
mo sedet à dextris eius. De illa perseverantia fidelis & fortis dei, nostrū illud opus existit in  
duodecim libellis, quod intitularur, de uictoria uerbi dei.

Psal. 144  
Psal. 58  
Deus maxie  
fidelis in uer-  
bis & pmi-  
sis suis

Psal. 88  
Psal. 50

Quod in scripturis antiquis nomina hæc, fidei, spei, & charitatis fere ita raro inueniantur cū  
res ipsarum ubiq; prædicentur, sicut relatiua nomina, patris, & filij, & spiritus sancti, aut tacē-  
tur, aut rarissime, & cum cautela pronunciantur.

**P**atet clara hodie in Euangelicis & Apostolicis literis, & in ore totius Ecclesiæ prædi-  
catio est horum trium, fidei, spei, & charitatis. Olim non ita. Quotus enim est locus  
in scripturis ueteris instrumenti, ubi manifestatio luceat proprijs nominibus facie  
istarum, fidei, spei, & charitatis? Notum quidem & certum est, omnem scripturā di-  
uinitus inspiratam, res ipsas siue uirtutes intendere, quæ significantur nominibus istis, sed cū  
ita fit, nihilominus absoluta eadem nomina fere ubiq; prædicentur, quod iam ex parte monstra-  
uimus. Relatiua hæc nomina, quæ sunt, pater, & filius, & spiritus sanctus, aut tacuit, aut rarissi-  
me, & cum cautela, & nusq; simul iuncta pronunciauit. ¶ Exempli gratia. Cum (sicut superius  
demonstratum est) fere cuncta, quæ dixit Salomon in Parabolis, pertineat ad gloriā fidei,  
ubi hoc ipsum nomen, quod est fides, palam annunciauit: Item in Ecclesiastice, cum fere cuncta  
quæ illic per multa dicuntur argumenta, hominē prouocent ad coronā spei, ubi spem ipsam  
nominauit: In Canticis canticorum cum fere cuncta pertineant ad sacramentum charitatis,  
ipsam charitatem non multis uicibus nomine proprio nominauit, dicendo: Media charitate  
construit, & alibi: Aqua multæ non poterunt extinguere charitatem. Item q̄libet Ordina-  
uit in me charitatem. ¶ Verum hoc nomine charitatis libentius poterat annunciari, siue decla-  
mari, etiam pueris illis, hominibus carnalibus illis, qui nescirent, nec scire curarent quid fides,  
quid spes, quid spiritualis dilectio sit, & forte charitatem sufficientem reputarent uiri & mu-  
lieris, siue mariti & uxoris, parentum & filiorum, cæterarumq; cognationum, siue affinitatum  
dilectionem carnalem. ¶ In diuinis sermonibus de illa charitate agitur, cuius est ecclesiastica  
diffinitio hæc, diligere deum propter ipsum, & proximum, non qualem cunq;, sed inimicum  
hominem diligere propter deum. Nunquid si huiusce dilectionis capaces esse homines, dixisset  
eis lex: Diliges amicū tuū, & odio habebis inimicum tuum? ¶ Similiter de fide sentiendū.  
Si enim fidei capaces tunc essent homines, per quam Abraham iustificatus est, nunquid positi-  
ta fuisset lex: Et ut per similitudinem sermo iste magis placeat, nunquid ancillā duxisset Abra-  
ham, nisi sterilis fuisset libera? Verū nos de his latius alio in opere tractauimus.

Novū testa-  
mentū lōge  
clarīus vtrūq;  
prædicat, cū  
absoluta, cū  
relatiua noīa  
trinitatis.

Can. 5  
Can. 6  
Can. 1  
Charitas Iu-  
dgōr. cana-  
lis.

Charitas di-  
uina  
Mar. 7  
Fides Abra-  
hæ.  
Gen. 15  
Rom. 4  
Gen. 16  
Gala. 4

Item de fide, spe, & charitate, quod per hæc tria in sanctis scripturis assimiletur sancta  
trinitas, & de capitulo Apostoli: Tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum,  
quid sit cognoscere, uel cognosci  
Cap. XVI.

**H**ic propositum fuit demonstrare, quod hæc tria sint, per quæ homo ad illam dei si-  
militudinem reformetur, quod in initio proposuit dicens: Faciamus hominem ad  
imaginem & similitudinem nostram. Vnde & Apostolus Ioannes Scimus, ait, quia  
cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Quantum pu-  
tatio conditatis habet demonstratio, siue intelligentia hæc: Nam beati quidem sancti prophete  
pro eo, quod in manu eorum, dominus assimilatus est, sicut in Olee dicit, & nos iam ante me-  
minimus: Et locutus sum super prophetas, & ego uisiones multiplicauit, & in manu prophe-  
tarum assimilatus sum, sed nihilominus sancti & electi omnes beati, quia sancta trinitas, unus  
deus, pater, & filius, & spiritus sanctus, per hæc tria, fidem, spem, & charitatem, assimilatur eis.  
Hic assimilationis modus est uniuersalis. ¶ Habuerunt sancti patriarchæ, Abraham, Isaac, &  
Iacob (qui & ipsi prophete fuerunt) quasdam proprias in semetipsis assimilationes, patris, &  
filij, & spiritus sancti, quod & suo loco commemorauimus, sed hæc est assimilatio uniuersalis  
claritas fidei, spei, & charitatis, quæ uidelicet assimilatio in æternum manebit. ¶ Delectamur  
rei magnitudine, sed labor est in delectatione, dum sermo deficit inualidus, & quantillū in me-  
te suggerit spiritus, fari gestiens lingua non assequitur. Capituli quippe magnum est, in quo  
uel circa quod pene defessus animus iam terminare properat, sermonem habitum de his tri-  
bus. Quod capitulum: Nunc, inquit Apostolus, cognosco ex parte, tunc autē cognoscā sicut

1. Ioan. 5  
Dñs assim-  
latus in pro-  
phetis  
Olee. 12

Materia in-  
narrabilis  
anīo p̄ sp̄m  
suffegata

1. Cor. 13

& cognitus sum. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc. Maior autem horum est charitas. Qua enim uoce, qualibus uerbis, horum possimus uerborum sensum consequi? Verbum quippe cognitionis, duarum quendam significat contractum siue sensum concitiam, nimiam nimisq; familiarem habentem fiduciam in alterum, qui neq; perlectionem, neq; p...

Tunc cogno  
scā licet &  
cognitū sum.  
Eia. 62

Psal. 50

1 Cor. 13

Esa. 63

Quæstio.

1 Cor. 13

Responso.  
Fides uera  
nūq; a sine  
caritate est.  
Apl's defi-  
de dupl' loq-  
tur.  
Rom. 4

Mar. 6

1 Cor. 13

1 Cor. 13

1 Cor. 1

Paulus fuit  
sapiens archi-  
tecl' Gal. 3  
Iaco. 3

1 Cor. 13

Oratio ad be-  
atā trinitatē.

Quo sensu uel qua intentione dixerit Apostolus: Nunc autem manēt fides, spes, charitas, tria hæc maior autem horum est charitas, & quod hæc tria sunt insepara-

**T**andem & illud quæstiu dignum est, quo sensu uel qua intentione dixerit Apostolus, nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas: Nam in beata trinitate, cuius in anima hominis similitudinem per hæc tria for- mariam diximus, fidem, spem & charitatem certum nouimus, quia nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales. Sic autē in ista imagine siue similitudine, est maius, & est minus: est prius, & posterius: non parua inæqualitas, cū & supra dixerit: Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferā, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et deinde cōpositis tribus istis, fide, spe & charitate, dicat, maior autem horū est charitas. Ad hæc, inquam, fides uera nūquam sine charitate. Et charitas uera nunquam sine fide est. sicut in diuinitate est unus & trinus deus, pater & filius & spiritus sanctus, sic in diuinitate est una & trina uirtus, fides, spes & charitas, quæ respectu trinitatis in anima hominū efficitur. Verū de Apostolo scire debemus: quia est, ubi suo sensu fidē prædicat, & est, ubi sensu aliorū sic de fide loquitur, ut eos, qui quasi de fide nimis præsumit, arguat & corripiat. Deniq; suo sensu fidem prædicat, ita ut fidem, spem & charitatem, quia uere inseparabilia sunt hæc, simul cōprehendat cū dicit: Ei uero qui non operatur, credenti autem in eum simul qui iustificat impiū, reputatur fides eius ad iustitiam. Et subinde: Dicimus enim quia reputata est fides Abraham ad iustitiam. Itē: non enim per legē promissio Abraham, ut hæc res esset mundi, sed per iustitiam fidei. Hæc & cætera cū dicit, nimirū fidē prædicat, non mortuam aut nudam, sed feruore charitatis uiuam, corona spei ornata. Et sicut sanctā trinitatē uno interdū patris nomine in uocamus: Exēpli gratia, cū dicimus: Pater noster qui es in cælis, ita & hic fidē, spē & charitatē uno prædicat & subintelligi uult nomine fidei. Porro illoq; qui bus loquebatur, scilicet Corinthiōs, sensu, quasi fidem à charitate se iunxit, dicendo, quod supra meminimus, Et si habuero oēm fidē, ita ut mōtes trāsferā, charitatē autē nō habuero, nihil sum. Illi nāq; fidē à charitate lōge se iūgebāt. qā cū sine charitate essent, fidē Chrii se habere putabant. Quapropter & redarguit eos, sic incipiens: Obsecro autē uos per nomē dñi nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis, & nō sint in uobis schismata. Significatū est mihi de uobis, fratres mei, qd contentiones sint inter uos. Hoc autē ab initio nō expediebat, ut primū prædicaretur scilicet fidē, nihil prodesset nisi per dilectionē operetur, uel quod, sicut ait Apostolus iacob, fides mortua sit sine operibus. Magna cum cautela & discretionē providendū nouerat, quatenus in primis saltem nomen domini Christi Iesu, à rudibus & ætate uis idolorum populis reciperetur, & deinde opera bona super ædificarentur. Propter hoc sapienti architecto iure se ipsum assimilauit, dicens eisdem Corinthiōs: Secundum gratiam dei, quæ data est mihi, ut sapientis architectus fundamentum posui, alius autem me superædificat. &c.

Orandū esse, ut quoniam per hæc tria reformamur ad similitudinē trinitatis, augeat in nobis fidem, augeat spem, augeat charitatem beata trinitas. Cap. XVIII.

**Q**uoniam igitur per hæc ad similitudinē tui reformamur, auge in nobis fidem auge spem, auge charitatē, o beata trinitas. Hæc sunt enim diuitiæ nostræ, hic thesaurus noster, hæc uita nostra, o beata trinitas. Hæc sapientia nostra, hæc fortitudo nostra, hæc gloria nostra, o beata trinitas: hoc desiderium nrm, hoc sūdanētū sempiternū. Hæc

Hæc lux oculorum nostrorum, o beata trinitas. Hæc iustitia nostra, hæc lætitia nostra, hoc gaudium nostrum, o beata trinitas. Hæc misericordia nostra, hæc consolatio nostra, hæc fiducia nostra, o beata trinitas. Hoc decus nostrum, hæc uictoria nostra, hæc corona nostra, o beata trinitas. Hæc igitur auge in nobis, ut in æternum uiuentes benedicamus tibi.

# RVPERTI ABBATIS

TRIVIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, & PROCESSIONE SANCTI SPIRITUS. Liber. VIII.

Confessionem siue laudem sanctæ trinitatis canticum esse domini, quod ad interrogationem hæreticorum non debeat cantari in terra aliena: Super flumina Babylonis. Cap. I.



**ANTICVM DOMINI IAM CANTARE** gestimus, hymnum de canticis Syon. Verba cantionum, quibus uel qualibus sancta trinitas deus deorum laudatur in te, d' superna Syon, sed cernum nostrum fletus intercipit, dū adhuc sedemus hic super flumina Babylonis. Quid ergo? Cessabimus cantare, & in salicibus in medio eius suspendemus organa nostra, dicentes: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Minime cessabimus, imō non interrogati cantabimus ultro uerba cantionum domini. Neq; enim interrogamur, aut interrogari uolumus ab his, qui captiuos duxerunt nos. Solent Babylonij, scilicet filij huius seculi, confusio- ne digni, interrogare uerba cantionū, non ut ipsi capiāt fidei fructum, uel ut nos pascamus, & oblectemus auriculas eorum. Maxime ut pro uelle ipsorū in peruersum trahamus uoces scripturarum, quæ cationes domini sunt, qualium uidelicet Babyloniorum de terris hostes sanctæ trinitatis Arriani extiterunt. Confortemur ad cantandum, non oblitū iherusalem, id est intentionē non terrenam, sed celestem, & hæc uidelicet supernam iherusalem propositā habentes, in principio lætitiæ nostræ, quod est principalem causam hanc habere cantandi, id est, prædicandi gloriam sanctæ trinitatis, ut nō hominibus eiusmodi, sed ipsi uero uni ac soli deo mereamur placere. Confortemur in quā & ut constantes simus, recordemur quid hic acciderit, qd uel qualiter in Babylone gestū sit. Primo ipsam rem gestā, siue historiam sacrā ponamus, & deinde mysteriū ad consolationē nostri subscribamus. De tribus pueris uictoribus in medio Babylonicæ fornacis, qd in eis sancta trinitas auxiliij sui præsentiam contra caput idololatricæ demonstrauerit pariter & significauerit. Cap. II.

Psal. 136

lege, sed ut  
cātionē dñi  
sacra scriptura

**N**abuchodonosor rex fecit statuam auream, altitudine cubitorū sexaginta, & latitudine cubitorū sex, & iussit præconis uoce clamari. Vobis dicitur populus tribus & linguis: In hora qua audieritis sonitū tubæ, & fistulæ, & cytharæ, & sambucæ, & psalterij, & symphoniarū, & uniuersi generis musicorū, cadentes adorare statuā auream quæ constituit Nabuchodonosor rex. Si quis autē non prostratus adorauerit, eadē hora mittetur in fornacē ignis ardentis. Hoc edictū contemneres, & hanc penā nō metuetes tres pueri, Sydrach, misach, & Abdenago, missi sunt in caminū ignis, & nō tetigit eos omnino ignis neq; contristauit, nec quicū molestiē intulit. Tūc Nabuchodonosor rex obstupuit, & ait opti- matibus suis: Nonne tres uiros misimus in mediū ignis cōpeditos? Quibus respondētibuscū Vere rex. Ecce (inquit) ego uideo uiuos quatuor solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil in eis corruptionis, & species quarti similis est filio dei. Hoc miraculū intantū apud Nabuchodonosor ualuit, ut diceret: Signa & mirabilia fecit apud me deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia, & regnū eius, regnum sempiternū, & potestas eius in generatione & generationem. Hæc res gesta, res tā uictorio- sa, nonne tam gloriose sanctā trinitatē in istis tribus pueris prædicat, sicut alia res gesta in tribus angelis, quos Abraham hospitio suscepit, eandē trinitatē significauerat: per pulchra & delectabilis est cōsideratio hæc. Si perpendas, siue recogites, quia beata trinitati, & in istis tribus pueris carnis, & in illis tribus pueris angelicis, unum idemq; negotiū fuit. Quod, uel quale negotiū? Nimirum istud ualde magnū negotium, & cura pergrandis, ut impleretur uerbum promissionis illius, ut nasceretur Isaac, principium feminis uel genealogiæ nascituri Christi: hic, ut consolationem haberet in illa captiuitate Babylonis, genus Abraham siue uel dea parens nascitur ei uel de Christi, intendebat enim diabolus per impios homines delere, ut nō esset genus illud, unde nasciturum erat hoc semen, id est, Christus, sicut Abraham promissum, & per

Deu. 3  
Historia trinitatis  
puerorum in camino.

Gen. 18

Negotiū trinitatis circa Iudæis propter nasciturum Chrm.

& per prophetas multos iam fuerat prædictum. Iccirco & multa signa, & hoc signum maximū fecit deus excelsus in oculis illorum, qui captiuauerant illum dei populum, ut conseruati inter gentes, tandē remitterentur filiū peregrinationis illuc, ubi oportebat ex eis nasci Christū, sicut iam dudū præcinebat congratulando uox propheticæ, dicens: Virgo israel reuertere in ciuitates tuas, usque quo dolens auerteris: Generabis dominū saluatorem.

Quomodo illi historia, siue regi gestæ conueniant & uoces, & sensus mystici psalmi centesimi trigemesi sexti: Super flumina babilonis illic sedimus, & fleuimus. Cap. III.

Hiere. 51  
Psal. 136  
Iudei recordabantur Syon propter natiuitatem Iudææ Christum.  
Gen. 22  
Gen. 49

**O** Peræ pretium est peruidere, quomodo huic historicæ, siue rei gestæ conueniant uoces psalmi supra memorati: Super flumina babilonis illic sedimus, & fleuimus, dū recordaremur Syon. Videbat namq; spiritus propheticus iam temporibus Dauid, qui psalmodum illum cecinit, futuram captiuitatem illius populi in babilonem. De quo uidelicet populo implendam expectabant sancti promissionem, scilicet Christi natiuitatem, secundum quod dixerat deus ad Abraham: Et in semine tuo benedicentur omnes gentes, & secundū quod dixerat idem deus per os iacobi: Nō auferetur scepterum de iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est. Secundum hæc uerba, constabat natiuiturum esse Christum ex femine abrahæ, de tribu iuda. Vbi non utiq; in babilone, sed in syon, siue in hierusalem, id est, in terra cuius Metropolis erat hierusalem, scilicet in bethleem. Et hoc ipsum spiritus propheticus præuidebat atque, prædixerat. Ait enim idem Dauid: Ecce adiuimus eum in ephrata. Deniq; ephrata ipsa est bethleem. Post illum, uidelicet dauid, scriptum est per alium prophetam: Et tu bethleem ephrata, siue terra iuda, paruulus es in montibus iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in israel. Medius horum Esaias ita dixit, rem eandem per spiritum prospiciens: Quia de syon exibit lex, & uerbum domini de hierusalem. Quam iustum ergo desyderiū debuit esse hominibus illius captiuitatis, filiis illius peregrinationis reuertendi in terram iuda: Dixit ergo tam longe ante spiritus propheticus, in persona illorum: Supra flumina babilonis illic sedimus, & fleuimus dum recordaremur syon.

Psal. 137  
Miche. 7  
Esa. 2

Psal. 136

Filij Edom iusti fuerunt filij israel.  
Exo. 15  
Num. 20  
Amos 1

Threffi. 4

Quænam alia causa digna erat, nisi ista, quam diximus, propter quam illius terræ syon recordantur? Propter quam dicebat spiritus propheticus in persona cuiusq; illorum, quibus reuertendi licentia dabatur: Si oblitus tui fuero hierusalem, obliuioni dextera mea, ad hæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero hierusalem, in principio lætitiæ meæ, subiungens: Memor esto domine filiorum edom in die hierusalem, qui dicunt: Exinanite, exinanite usq; ad fundamentum in ea. Illi namq; scilicet filij edom, maxime execrabiles fuerunt, pro eo quod cum fratre secundum carnem israelis existerent, ipsi præcipue aduersati sunt ab exitu israel de aegypto, & gētes ceteras aduersus eos sæpe concitauerunt, & adiuuerunt, & captiuitati illorum, sicut & cæteris casibus insultauerunt. Cuius furoris & in dignationis perseverantis usq; in finem, dicit in lamentationibus: Gaude & letare filia edom, quæ habitas in terra hus, ad te quoq; perueniet calix, inebriaberis, atq; nudaberis. Quibus nimirum in uerbis, eadem iustitiæ uindicta denunciat, quæ in uerbis istis exerebat: Memento domine filiorum edom in die hierusalem. Qui propter causam iam dictam, scilicet propter spem christi nascituri, recordatus est illius terræ syon, nonne etiam recordatus est celestis syon? Et qui propter desyderium tantæ spei, carnis appetitus, & babilonicas contempsit delicias, ut rediret in terram illam, habens reuertendi licentiam: nonne illi beatus do hæc congruit, beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram: Non uacat singulis horum immorari, transeamus ad eum, qui magis ad nos pertinet mysticum sensum eiusdem psalmi, uti propositum est.

Quod non nobis æque magna sit, ut fuit antiquis sanctis, huiuscemodi conuersionis causa, in salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra, quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena. Cap. IIII.

Nobis minor est flendi cā q̄ fuit antiquis.

**S**ciendum in primis, quia non æque magna nobis nunc est, ut antiquis erat, huiuscemodi conuersionis causa, ut dicamus: in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Flendum quidem nobis est, quicumque spem habemus futuri seculi, qui filij sumus illius, quæ sursum est hierusalem, ciuitatis dei uiuentis, in qua uiderur gloria sanctæ trinitatis, secundum hoc ipsum nomen hierusalem, interpretatur enim uisio pacis. Flendum (inquam) quia dum sumus in corpore, peregrinamur ab illa uisione, & totus mundus nobis est babilon, sed in ipso flatu hic plus habemus gaudij, & consolationis, quia quem natiuiturum expectabant flentes illi, iam natus est christus, sol generis humani. Et tanta est flentium distantia, ut dicas: Quia illi fleuerunt in nocte, nos autem flemus quasi in die, & liberius quàm illi inter ipsos flatus possumus organa nostra tangere, & canticum domini cantare, id est, os nostrum aperire, & fidem sanctæ trinitatis palam prædicare. Hoc facere illis non licebat, neque enim talis prædicatio tunc portari poterat. Nam de solis dicimus filiis illius captiuitatis, horum

horum notissimi sunt tres pueri supra memorati, quia suo numero præsentiam, & curam adesse monstrauerunt beatæ trinitatis, dum tripudiant in camino ignis ardentis, sed & de omnibus sanctis antiquioribus, patriarchis, & regibus, & prophetis, quicumq; cognouerunt mysterium eiusdem sanctæ trinitatis. Salices enim erant non solum homines babilonij, siue assyrij, siue persæ, & moedi, uerò etiam homines israelitici, siue iudaici generis, ita ut oporteret maxime propter eos cantionis huiuscemodi organa suspendi, id est, gloriam sanctæ trinitatis, aut reticere, aut sic loqui, ut nō audiretur foris sic scribere, ut signatus liber nō posset uulgo legi. Quid tandem accidit, uel quid actū est, ut uacaret nobiscantare canticū domini, cantare siue clamare cum sanctis seraphin, sanctus, sanctus, sanctus dominus deus exercituum, plena est omnis terra gloria tua, atq; hic modo fidem nominis tui palam prædicare de beata trinitate: Quomodo accidit, ut ita possemus cantare canticū domini in terra aliena?

Dani. 3  
Salices erant etiā iudæi

Esa. 6

De magna roma, quod ipsa fuerit magna babilonia, quàm diu persecutionem contra cultores eiusdem trinitatis, quæ apud illam priorem babiloniam clarificata est in illis tribus pueris. Cap. V.

**M**ira res, ipsa, quæ fuerat babilon quædam, hierusalem facta est filia supernæ hierusalem, facta est & noua syon, quæ fuerat babiloniam, quæ dicitur, urbē romam dicimus, quia fuit babilon, & nunc est quædam syon: est (inquam) secundū fidem beati petri apostoli mater ciuitatum fidelis syon. Tunc erat ista babilon, quando scripsit idem petrus in epistola sua: Saluat uos ecclesia, quæ est in babilone electa. Romam quippe tropice percussit ista sententia. Cum adhuc esset ista babilon, & rex eius nabuchodonosor, scilicet nero, siue decius, aut diocletianus, uel quis cunctalium, ipsa cū nabuchodonosor statuum erexit magnam, & altam nimis, & populis, tribubus & linguis edixit, ut cadentes adorarent statuum, & si quis prostratus non adoraret, mitteretur in fornacem ignis ardentis. idololatriam quippe, quoad potuit illud caput orbis in sublime extulit, ex eo simula chra sua magis æmulatum est, ex quo nouam prædicationē audiuit unius dei, patris, & filij, & spiritus sancti. Et eo uniuersam fere mundi latitudinem publicis edictis, legibusq; scriptis, quasi unam fornacem ignis, uelut unū caminum multimodæ tribulationis, atq; ardentissime persecutionis, contra christianū nomen efficit. Sed quid profecit? Sicut angelus domini descendens in fornacem cū illis tribus pueris, excussit flammā ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi uentū roris flantem, & non teigit eos omnino ignis, neq; cōtristauit, nec quicquam molestiæ intulit: sic filius dei, angelus magni consilij, cunctis testibus suis, confessorib; sanctæ trinitatis, in illa tribulatione ita præfens interfuit, sic uel ex eo potest intelligi, quod uni ex illis petro uisibiliter occurrit, adoratusq; ab eo, & interrogatus: Domine quo uadis? respondit dicens: Vado romam iterū crucifigi, & sic excussit flammam ignis de fornace, fecitq; medium fornacis quasi uentum roris flantem, sicut expertum sese ostendit ipse martyr laurentius, qui cum affaretur dixit: O infamia uestra, infelices non cognoscitis, quia carbones uestri non ardorem mihi, sed refrigeriū præstant: Quid multa? Sicut ille nabuchodonosor, tunc quàmuis instabilis & inanis, cognouit & confessus est filium dei. Dixit enim: Ecce ego uideo uiros quatuor solutos & ambulantes in medio ignis, & species quartus similis est filio dei: sic & multo uerius, multoq; constantius, romanum imperium tandem cognouit filium dei, & nunc usque firmiter tenet, tenendamq; pronunciat illam uocem confessionis beati petri: Tu es chrs filius dei uiui, ita ut etiā ad confessionē istā compellat gentes ceteras, & quodam modo dicat: A me ergo postum est hoc decretum, ut omnis populus, & tribus, & lingua, quæ cunctis locuta fuerit blasphemiam contra deum sidrach, misach, & abdenago, siue manifestus, contra deum patrem, & filium, & spiritum sanctum, dispereat, & domus eius uastetur. Neque enim est deus alius, qui possit ita saluare.

Roma tropice babilon dicitur.

1. Petri 5

Dani. 3

Similitudo trib; pueroꝝ ad martyꝝ. Chrs sub Romano

Rom. imperiū ad Chrs conuerſum

Mat. 15.  
Danie. 3

Quàm pulchrum sit mysterium, in eo quod dictum est: Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebāt deum, & de fornace succensa septuplum, quā succendi consueuerat, quid ibi numerus septenarius ualeat. Cap. VI.

**T**anguntur igitur organa, resonant uerba cantionum, prædicantia deum in unitate trinum, in trinitate unum, succinente uoce psalmi: Quoniam omnes dii gentium dæmonia. Hic autem dominus cælos fecit. Quàm pulchrum mysterium, quàm iocundum in celo & in terra spectaculum. Tunc (inquam) hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabāt, & benedicebant deum. Etenim nos omnes homines, quorum est una catholica fides, sumus quasi tres, & unum os habemus omnes. Tres (inquam) sumus, quia de tribus pendemus. Quibus de tribus? Tres sunt (ait iohannes apostolus) qui testimonium dant in celo, pater, & uerbu, & spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Canticū nostrum, siue uerba cantionum nostrarum, laudationes sunt, glorificationes sunt, benedictiones sunt, quasi ex uno ore trium flendo canentiu, canendo flentiu, canendo & flendo septenariū peccatum

Psal. 97

Danie. 3

1. Ioan. 5

peccatum Babylonis, accusantium. ¶ Quomodo septenarium: ait litera sacra: Et precepit Nabuchodonosor ut succenderetur fornax, septuplū q̄ succendi consueuerat. Septenarius numerus insolubilis est, neq̄ enim in equas partes, pr̄ter solas unitates diuidi potest, & plerūq̄ in scripturis uniuersitatem significat, alias malorum, alias bonorum. Malorum, ut illic de qua deiecerat septem dæmonia: Bonorum, ut illic septies in die laudem dixi tibi. Significat & cor impoenitens, ut illic Septies ultio dabitur de Cain. Cū hac significatione libet hic accipere qd̄ dictum est: Et precepit ut succenderetur fornax septuplū, q̄ succendi cōsueuerat, ut intel ligamus irremissibile peccatū Babyloniorum, id est, omnium impiorū, qui quoad poterunt, sanctos persecuti sunt, & corde impoenitenti perdurauerunt. Quæ uoce, quibus uerbis accusat nostrū Cantici peccatum illoꝝ: Memento domine filiorum E domi in die Hierusalem, & cætera, de quibus iam supra dictum est.

De quatuor bestijs, legna, urso, pardo, & alia sine nomine terribili atq; admirabili, quod contra singulas earum oppositum fuerit auxilium trinitatis, sub sacramento numeri ternarij. Cap. VII.

**Q**uoniam de mysterio numeri ternarij sermone cepimus demonstrantes, quia sancta trinitas per hunc numerū captiuorum in fornace laudantium deum, auxilij sui præsentia illi populo præclare significauit, libet adhuc longius profequi. ¶ Sciendum quippe, quia cum quatuor fuerint grandes bestie, quæ ascen debant, ait Daniël de mari diuersæ inter se prima quasi legna, quod fuit regnum Babyloniorū: alia similia quarta sine nomine terribilis atq; mirabilis, & fortis nimis, quod fuit regnum Romanorum. ¶ Contra singulas bestias, siue regna bestialia inuenies oppositū ternarij numeri sacramentū id est, auxilij domini per tres homines impensum, ad referuandū siue liberandū illum tunc temporis peculiarem dei populū. Magnū quippe tunc (ut superius iam dictū est) negotiū agebatur, pro quo sancta trinitas sollicita esse, & sollicitudinē signū tali numero, scilicet ternario, demonstrare laudabiliter dignaretur. Nunquid enim parū quis putat, quod de populo illo Christus deus & homo secundum promissionem nasciturus erat: Nimirum pro causâ dignum se beata trinitas faciebat, in eo quod de reseruatione gentis illius curare, & sollicitam esse significabat. ¶ Et de prima quidem bestia, quod erat regnū Babylonicum, iam dictū est, sed deest aliquid. Potest enim dicere aliquis, quia non per solos tres pueros, sed & per quatuor Daniele, Nabuchodonosor uictus, & deus glorificatus est. Determinada ergo est causa trium puerorū diligentius ab illa causa Danielis, propter quam Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Daniele adorauit, & ab illa propter quam, iubente deo Balthassar, indutus est Daniel purpura, & circumdata est torques aurea collo eius, & prædicatum est de eo, & ab illa propter quam missus est idem Daniel in lacum leonum: & deus ait misit angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt illi, quia coram eo iustitia inuenta est in me. Ab istis (inquam) tribus causis, in quibus unus idemq; deus trinus & unus, unū Daniele clarificauit, clare secernenda est causa una, propter quam tres pueros in fornacem ignis missos liberando, deus idem semetipsum clarificauit. Hęc enim sola causa trium puerorū idololatria, imō & caput idololatriæ fuit, ante quod nullus regum aut principū leges mortis legitur distasse pro zelo idoli sui. Nonne igitur eo magis constat quod non casu, sed prouidentia dei, tantūmodo tres pueri sunt illi martyrio destinati, quo bestia læna docta fuit saltē ad horā asumere uocem hominis, & deum confiteri.

De urso, id est, regno Persarum, & Mædorum, quomodo ibi altissimus suam potentiam clarificauit sub eodem sacramento numeri ternarij, id est trium regum, in re & diffinitione templi, uel ciuitatis. Cap. VIII.

**N**unc demum de alia bestia, quæ erat similis urso, scilicet de regno Persarum & Mædorum, accipe quomodo altissimus suā potentiam clarificauerit, eodem sub sacramento numeri ternarij, in anno primo Cyri regis Persarū, ut impleretur uerbū domini ex ore Hieremias: iuscitauit dominus spiritum Cyri regis Persarū, & transduxit uocem uniuerso regno suo, etiam per scripturam dicens: Hęc dicit Cyrus rex Persarum, Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus coeli, & ipse præcepit mihi, ut edificarem ei domum in Hierusalem, quæ est in Iudæa. Hac uoce transducta cum ascendissent omnes, quorū suscitauerat deus spiritum, ut ascenderent ad ædificandum templum domini, cum uasis argenteis & aureis, quæ tulerat Nabuchodonosor de Hierusalem, & ædificare inceperunt templum domini: audierunt hostes, & impediunt opus domus domini, & intermissum est, & non fiebat usque ad annum secundum Darij regis Persarum. Ille uidelicet Darius, confirmans decretum, quod propositum erat huiusmodi: Omnis homo, qui eam mutauerit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur. Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populū, qui

Nūer⁹ septe narius in bo nā & in malā partē accipit Mar. 16 Gen. 4 Dani. 5 P sal. 136

\*ternarij

Danic. 7 Quatuor grā des bestie quatuor regna

Auxilij dñi p tres hoies i singulis quatuor regnoꝝ

Atia cā Danicis, alia trinum puerorū

Danic. 2

Danic. 5

Danic. 14

1. Esdræ 1. Cyrus.

Darius 1. Esdræ 6

extenderit manum suam ut repugnet & dissipet domū dei, illam quæ est Hierusalem, ita uel scripsit Ego Darius statui decretū, quod studiose impleri uolo. Post hæc uerba tertius Artaxerxes ipsum corroborans, ita scripsit: Artaxerxes rex regum, Esdræ sacerdoti, scribe legis dei celi doctissimo salutē. A me decretū est, ut cuiuscūq; placuerit in regno meo de populo Israel & de sacerdotibus eius, & de Leuitis ire in Hierusalem, tecum uadat, & cætera usq; sed & imperitos docete libere, & omnis qui non facit legem dei tui, & legem regis diligenter, iudiciū erit de eo siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ suæ, uel certe in carcerem. ¶ Nunquid casu hoc mirabile accidit, ut quem uerum & solum deum cōtra caput idololatriæ Babylonicæ testificata est, in camino ignis uictoriosa fides trium puerorū in deo rum, illius domum & ciuitatem, quæ destructa fuerat, reædificari iuberet concordia decreto, beneuolentia trium regum Paganorum? Non utiq; casu, sed cœlesti industria, per magnū ac semper prouidum sanctæ & indiuiduæ trinitatis consiliū. ¶ Difficile uidetur, ac pene impossibile, qd̄ dicimus sanctā trinitatem assimilata fuisse etiā in tribus prædictis regibus gentilibus, imō nec nos istud suspicari auderemus, nisi quia hoc ipsum primus autoritate sua per os Esaiæ prophete declamauit longe ante spūs sanctus de Cyro, qui fuit horū trium primus. ¶ Præmissio namq; Ego dominus faciens omnia, extendēs cœlos, & stabilis terram, qui dico profundo, desolare, & flumina tua arefaciam, qui dico Cyro, pastor meus es, & omnem uoluntatem meā complebis, qui dico Hierusalem ædificaberis, & templo fundaberis, ita subiunxit: Hęc dicit dominus Christus meo Cyro, cuius apprehendi dextram, & cætera usq; ut scias quia ego dominus, qui uoco nomen tuum deus Israel, propter seruum meū Iacob & Israel electum meū, & uocauit te nomine tuo, assimilaui te, & non cognouisti me: accinxisti te, & non cognouisti me. ¶ Nisi (inquam) ante tot annos istud auctoritate sua signasset spiritus sanctus, dicen do illi Cyro tanto posterius nascituro, assimilaui te, & nisi ratio cōduceret, conuenire uel congruere ceteris eiusdem beneuolentiæ regibus, Dario & Artaxerxi, quod uni Cyro dictum est: Assimilaui te. Quis audeat dicere sanctā trinitatem in tribus paganis regibus pro tali opere assimilaram fuisse?

Item quomodo ex tribus tantum personis præuisum est auxilium sanctæ trinitatis aduersus Aman, ne deleter genus iudæorum, unde oportebat Christum nasci. Cap. IX.

**V**eniam ad illam eiusdem urfi ferocitatem, id est, eiusdem regni Persarum & Mædorum crudelitatem ac feruitam plusq̄ bestialem, quando sub rege Assuero conatus est diabolus hoc efficere, ut saluti nostre radix funditus extraretur, agēte Aman superbissimo, & suggerente regi Assuero, quatenus missis epistolis per omne (quod latissimum erat) regnum eius, uniuersum iudæorum genus una die deleteretur. ¶ Quomodo, uel per quantos homines contra præuidit trinitas unus deus, & sollicitus fuit pro gente illa, quæ arbor erat unica, unde saluti fructus omni mundo & uita æterna Christus erat nasciturus: Tantummodo per istos tres, Hester & Mardocheum, & ipsum regem Assuerū. Nullatenus ergo dubitauerim illi quoq; regi Assuero in ratione ista congruere illud, quod uni Cyro, longe anteq̄ nasceretur, prophetica uoce (ut supra memorauimus) dictum est: Assimilaui te, & non cognouisti me. ¶ Quid enim? Nonne illum deus pater quodammodo assimilaui sibi in eo maxime, quod cum diceret ei: En lignum quod parauerat Aman Mardocheo, stat in domo Aman, habens altitudinis quin quaginta cubitos? Appendite (inquit) eum in eo, & suspensus est Aman in patibulo, quod parauerat Mardocheo: Nam ut cognoscas, quæ uera, & pulchra sit assimilatio, memento qd̄ dixerit Apostolus de domino Iesu Christo: Et tuos, inquit, morti essetis in delictis, & præputio carnis uestræ, conuiuiscapit dens cum Christo, donans uobis omnia delicta, delens quod aduersum uos erat chyrographum decreti, quod erat contrarium uobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, expolians principatus & potestates transfudit confidēter, palam triumphans eos in semetipso. ¶ Ergo in rege Assuero deus pater, in Mardocheo autem deus filius mirabiliter assimilatus est. Porro in Hester gratiam spiritus sancti, siue spiritum consilij, pro tanto negotio assimilatum fuisse quis dubitet? Illa namq; mirabili uia consilio hoc effecit, ut regis animus ad gratiam & misericordiam suæ proscripte genti inclinaretur, & ille Aman superbissimus, in quo diabolus homicida ab initio figurabatur, non ubiuis, sed in conuiuio super mensam, crapulæ & ebrius caperetur, & sententia mortis strangularetur, in eodē ipso (quod Mardocheo parauerat) patibulo appēsus, nimis secundum illius dicti mysteriū, quod de diabolo ad beatū Iob dixerat dominus: An ex trahere poteris Leuiathan hamo, & fene ligabis linguā eius? Quasi enim captus hamo iste fuit qui de reginæ conuiuio magnifice gloriatus, ita ut diceret amicis suis, & iares uxori suæ regina quoq; Hester nullū aliū uocauit eū rege ad conuiuū præter me, apud quā etiam cras cū rege pransurus sum, ita prandit, ita pastillos conuiuij momordit, ut post molles edulij sapores, ferræam protinus sententiā mortis exciperet.

Artaxerxes.

1. Esdræ 7

Trinitatis cōsiliū p tres illos reges.

Esa. 44. 47 Proph. tia Esaię de Cyro rege Per.

Trinitas assi milata in tribus regibus Persarum

Insidig. Iabob n p Amā cōtra senē Abraham promissum. Hest. 5 Auxilij p tres hoies

Esa. 45

Coloss 3

Assimilatio trinitatis.

Iob 40 Hest. 1

Quod



Quod propter causam istam sancta trinitas Cyrum regem Persarum ex nomine uocauit, & assimilauit, & in corde cæterorum regum Persarum siue Mæcedorum tantam beneuolentiam dedit, & quod dominus noster Iesus Christus, propter quæ nasciturum illa facta sunt, primus inuenitur in scripturis. Cap. X.

Prop̄ Ch̄m illa omnia gesta sunt. Gen. 25 Mar. 1

Esa. 45.

Ch̄s prm̄ est q̄ gr̄as in scripturis legit egisse deo

Quid pp̄te eḡrat̄ actio

Ioan. 15

Plat. 115.

Ioan. 4

Mat. 4

Mar. 6

Luc. 9

Ioan. 11

Mar. 15

Rom. 5

Ephe. 4

Mat. 6

Ioan. 11

**P**ropter quid sancta trinitas taliter & Cyrum ex nomine uocauit & assimilauit, & in corde cæterorum regum Persarum, siue Mæcedorum tantam beneuolentiam dedit: Propter Iacob, ait, seruum meum, & Israel electum meum. Quem propter Iacob, siue quem propter Israel: Deniq; parum est, si illum respicias Iacob, siue Israel, de quo scimus & legimus Isaac autem genuit Iacob, siue illum quantum ad eumq; multitudinem reliquiarum, quæ referuatæ sunt illius populi, qui passim in scripturis nomine paterno uocatur Iacob, siue Israel. Et quidem nihil aliud Cyrus intellexit, nihil supra quæ fuit, & hoc sufficit ad captandam eius beneuolentiam populo illi, quod deus eorum ante tot annos per Prophetam suum, de ipso uidelicet Cyro, tam magna prædixit, tam gloriosa præscripsit, & ea semet ipsum illi facturum promisit. Verumtamē unus est uerus Iacob seruus domini, unus & uerus est Israel electus dei, dominus Iesus Christus, propter quæ tanta uis cura summæ trinitati, quantum intelligimus, aut intelligere cupimus in auxilio eius, sub sacramēto numeri ternarij. Vnde iam dictum, & adhuc dicendum est. ¶ Dum hic attendimus, dulciter illud memoriæ nostræ occurrit, quia iste seruus domini primus est, qui deo gratias egit, ante quem non facile quæpiam inuenies, siue in lege, siue in prophetis, de quo manifeste scriptum sit, quod deo gratias egerit. Nondum quippe impleta fuerant beneficia dei, quorum omnium hoc summum est, quod istum seruum suum fecit, Christum Iesum secundum formam serui, pro quo factum nimirum gratiarum actio debetur illi. Deniq; quicumq; deo gratias agit, causam istam in ipsa gratiarum actio non habens præ oculis, quia deus istum seruum suum fecit. & ut faceret tanta procurauit, inter quæ gentilium quoq; regum animos ad beneuolentiam sui nominis inclinauit: nondum intellexit, quomodo, uel propter quid gratias agendæ sint, diximus, quia primus iste deo gratias egit, etenim ante hunc nusq; in scripturis audita fuisse recolisimus uocem gratiarum actionis, cum tot audias maxime in psalmis uoces exultationis & confessionis, uoces benedictionis & laudationis, uoces adorationis, cantationis, iubilationis. Vox autem gratiarum actionis ubi quæso prius audita est, uel audiri debuit, q̄ ex ore huius serui domini, huius electi dei.

Gratiarum actio quid sit, & quando, quomodo, & ubi dominus noster Iesus Christus gratias egerit. Cap. XI.

**P**rimo itaq; diffiniendum est, gratiarum actio quid sit, & tunc demum demonstrandum, ubi, quando, & quomodo iste gratias egerit, non lingua tantum, sed opere & ueritate, non uerbis tantum, sed & uerbis & factis. Gratiarum actio est, diuinis beneficijs respondens digna retributio, tanta uidelicet, ut ei nihil ad perfectionem desit, uel quæ maior esse non possit. Gratiarum actio est & digna retributio respondens beneficijs dei charitas, qua maiorem nemo habet, aut habere potest, ut animam suam ponat pro amicis suis. Huiusce charitatis spiritus dicit in psalmo: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Huiusmodi charitatis, quæ uera, ut iam diximus, & perfecta est gratiarum actio, conscius sibi iste seruus domini, gratias egit. ¶ Primo ubi secundum Ioannem multa locuturus de sacramento corporis & sanguinis sui, accepit quinq; panes, & cum gratias egisset, respiciens in cælum (ut alij Euangelistæ referunt) distribuit discumbentibus. Secundo, ubi Lazarum mox suscitaturus, eleuatis sursum oculis: Pater, inquit, gratias ago tibi, quoniam audisti me, ego autem sciebam, quia semper me audis, quæ uidelicet suscitatio Lazari maxima in uidentibus iudæis, ut eum interficerent, causa fuit. Tertio, ipsa nocte qua tradebatur, ubi accepto pane & calice, gratias agens dedit discipulis suis: Hoc est (inquit) corpus meum. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Hic ergo fidelis & uerax libere profiteri poterat, quod ageret gratias, quia in ueritate gratias agebat, paratus pro nobis, cum adhuc inimici essemus, calicem accipere, quem pater illi dabat. ¶ Quæ ob causam ista gratias agere patri seruus iste promptus erat: Debemus enim scire, quia gratias agere minoris est, scilicet formæ serui, & iccirco cum dicit: Pater gratias tibi, non unam personam, sed tres intelligimus personas, patris, & filij, & spiritus sancti, qui unus deus est, & pater omnium, sicut Apostolus dicit, cui nos quoq; orantes dicimus: Pater noster qui es in cælis. Cæterum ubi dicit: Pater meus, uel patris mei, uel patrem meum, ipso possessiuo pronomine proprietatem suam filius unigenitus discernit, & unam tantummodo personam nomine patris oportet intelligi. Quam ergo ob causam ista gratias agere promptus erat? Quoniam audisti me, inquit. Ego autem sciebam, quia semper me audis. Vbi (quæso) audierit eum? Nunquid seorsum, antequam accesserat ad locum, ubi postera Lazarum, secretius orauerat, & responsum acceperat, quod posset suscitare eum, & iccirco dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me, ego autem sciebam, quia semper me audis.

me audis: Exilis est ista suspitio, nec attingit ipsam dignitatem gratiarum actionis, siue maiestatem ipsius operantis agentis: quia non in humilitate precum, sed in potestate uerbi sibi insiti habet omnem operationem uirtutum. ¶ Longe aliam multo excellentiorē, magis operosam auri audienti memorat suimet exauditionē, quia longe anteq̄ iste seruus domini fieret secundum formam serui, aut formaretur ex utero uirginis, exauditus est in cunctis necessitatibus humani generis, exauditus in patriarchis, exauditus in regibus uel iudicibus iustis, exauditus in prophetis, exauditus in filijs captiuitatis, de quibus iam supra diximus, exauditus in Machabæis fratribus, de quibus adhuc dicturi sumus, exauditus in omnium clamore mulieris in utero habentis, & pariendo clamantis, & cruciatu sustinentis, ut pareret, id est, in desyderio antiquæ ecclesiæ Christum ipsum in promissione habentis, & ipsam uenire desyderantis, & quasi parturientis, & parturiendo dolentis, donec ille ueniret. Nonne clamor ille, cum tui causa fieret, tuus erat clamor de Iesu Christo: propterea tibi, quasi iam præsentem, quidam illo dixit: exaudiat te dominus in die tribulationis. ¶ Vera causa hæc digna gratiarum actione, ut dixeris: Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me, quia omni mundo aduersitatē nasci fecisti. Et ego sciebam (inquis) quia semper audis, deus enim eras, & nunc es, & cuncta hæc fieri causa tui noueras, anteq̄ ex uirginis utero nascereris.

Ch̄s multi-fariā exauditus est

Apo. 19

Pla. 19

De bestia tertia, scilicet pardo, id est, regno Græcorum, quomodo sancta trinitas contra illud auxilij sui præsentiam per uiros tres, per tres duces fratres, Iudam, & Ionathan, & Symonem demonstrauerit. Cap. XII.

**D**iximus de duabus bestijs, leana & urso, qualiter contra illas sancta trinitas præsentiam sui in numero auxiliatorem significauerit: nunc iam de bestia tertia, scilicet de pardo, dicendum, qualiter actum sit per auxilium eiusdem numeri. De illa bestia hoc primitus memorandū, quia non sine arcu & gladio de ore eius ille populus dei liberatus est. Eatenus sicut euenerat, sic prædictū fuerat per prophetam Osee: Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in domino deo suo, & nō saluabo eos in arcu & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus. Deniq; Nabuchodonosor corā seruis dei excelsi prosterneretur, & eum solum ac uerum esse deum semel & iterum, ac tertio uictus confiteretur: itemq; ut domus dei in Hierusalem, quæ ille destruxerat, reedificaretur, similiterq; ut Aman malitia in caput eius reuerteretur, & in patibulo (quod parauerat Mardocheo) ipse appenderetur: non in arcu & gladio factum est, non in bello, neq; in equis & equitibus, sed in domino deo, qui solus habens corda regum in manu sua, inclinauit quo uoluit, quatenus illius populi reliquæ saluarentur, & propositū eius adimpleretur. Porro ut istius bestia ferocitas, id est regnum Græcorum cessaretur, in eo maxime, quod scripsit rex Antiochus, & misit libros per manus nunciatorū in Hierusalem, & in omnes ciuitates Iudæ, ut sequerentur leges gentium: & in arcu, & in gladio, in bello factum est, attamen sicut per Daniele prædictū fuerat, auxilio paruulo. ¶ Tres fratres fuere duces bellorum, Iuda, & Ionathas, & Symon, & armis quidē paucis pugnauerunt, sed magna fide uicerunt. De istis latius à nobis tractatum est in opere, quod de uictoria uerbi dei scripsimus, & iccirco nunc super sedendū est. Tantum enim ad præsentem propositū hoc pertinet considerare, in auxilio domini, sacramentum numeri ternarij, ga more suo fecit trinitas deus, ut auxiliando illis curam & sollicitudinē suam præsentem adesse, per hunc numerum significaret, nimirum digne pro magnitudine negotij, scilicet propter spem promissionis positam omnibus sanctis in aduentu, qui tunc expectabatur, saluatoris Christi filij dei.

Sem̄ pm̄issum arcu & gladio defensum est a bestia tertia

Osee 1

Dan. 7. 4. 4.

1. Esdr. 6. 7. Hebr. 5. 7

Pro. 12. 1. Mach. 1

Dan. 8. Auxilij dei tribus sibus.

De rectitudine iudicij, quo dictū fuerat per prophetam Osee: Quia non addam ultra misereri domui Israel, & domui Iuda miserebor: & quod domus Iuda tres habuerit reges iustos, domus autem Israel ne unum quidem. Cap. XIII.

**A**d causam eandem pertinet quærete nunc, & scire rectitudinem iudicij, in eo quod paulo ante memorauimus dictum à domino per prophetam Osee: Et domui Iuda misererebor. Præmiserat enim: Quia non addam ultra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eos, & nunc demū istud edixit: Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in domino deo suo, & ita factum est. Nam decem tribuum captiuitas permanfit in uocabilis, qua captiuauit rex Assyriorum, & transfudit Israel in Assyrios, posuitq; eos in Aila, & in Abor, iuxta fluuiū Gozam in ciuitatibus Mæcedorum. Tribus autem Iuda præfinito tempore saluata in domino deo suo, & de Babylonica captiuitate reuocata est. ¶ Istud ergo quærentibus uel scire uolentibus, pro rectitudine iudicij cito responderetur, quia quibus peccauerit tribus Iuda, regnū Dauid in multis, sicut & decem tribus, regnū Hieroboam, quas ille scidit à domo Dauid, attamen hoc bene fuit, quod secundū sæpe dictum (quo ualde delectamur) ternarij numeri sacramenti, tribus Iuda causam decem tribuum in iudicio superauit. Tres quippe misericordiae uiros, tres reges iustos deus iudicij dominus, in tribu Iuda inuenit, Dauid & ezechia & Iosiam. Nā præter tres istos omnes peccauerunt. De regibus autem decem tribuum constat, ga

Osee 1

4. Reg. 7

Cur tribus Iuda saluata potest q̄ decem tribus Israel

4. Reg. 10

H omnes

omnes peccauerunt, nullusq; excipi potuit, quia nullus eorum recessit a peccatis Hieroboam, idem autem uultus quos fecit Hieroboam, in tribu iuda tres, ut iam dictum est, ab eiusmodi peccato liberi & iusti fuerunt, & de alijs nonnulli de peccato suo poenitentiam egerunt. In regibus autem decem tribuum, unus & idem fuit idololatriae cultus, dicitur in illis uultus: nam cultum Baal aliquis illorum deleuit, scilicet iehu filius Nansi. Sed quantum ualuit, baal delere, & nihil omnino uultus pro deo colere. Propterea dictum illud proptet uultus ualde congruit illis regibus Samaritae: Qui optimus in eis est, quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe.

Epilogus saluationum, quod a uerbo promissionis usq; ad natiuitatem Christi septies saluatus sit populus ille, de quo oportebat nasci Christum: & hoc pertinere ad sanctae trinitatis mysterium, quia singule saluationes factae sunt propter tres siue per tres uiros, qui inuenti sunt in medio eorum. Cap. XIII.

**E**cce quoties gens illa saluata est propter tres uiros qui inuenti sunt in medio eorum, sub magno sanctae trinitatis mysterio, sicut iam sepe dictum est. Primo ubi seruebatur in Aegypto propter peccatum patrum suorum, qui uenerunt Ioseph fratrem suum, clamantes ad dominum, exauditi sunt propter illos patres & maximos tres uiros, Abraham, Isaac & Iacob, dicente scriptura: Ascenditq; clamor eorum ad dominum pro operibus, & audiuit gemitum eorum, ac recordatus est foederis quod pepigerat cum Abraham, Isaac & Iacob. Item cum dixisset ut disperderet eos, propter uultum quem fecerant, pepercit eis propter eorum uultum, stante Moysen in conspectu eius in conuersione, id est, in nimia mentis humilitate, ac dicente: Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum? Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruatorum tuorum. Deinde cum fecissent duos uultus, secuti Hieroboam, & scissi a domo Dauid, & tribus quoque iuda coluissent deos gentium, & proinde pars utraq; iuste tradenda esset in captiuitate: saluata est eadem tribus iuda propter uiros tres, qui inuenti sunt in medio eorum, Dauid, Ezechiam & Iosiam, praeter quos omnes peccatum commiserunt, ait Iesus filius Sirach: Nam reliquerunt legem potentes reges iuda, & corpeperunt timorem domini. Deinde cum in captiuitate ducti communi haberet luctum, iuxta illud: super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion, maximum consolationis incrementum adepti sunt per uiros tres, qui inuenti sunt in medio, Sydrach, Misach & Abdenago: qui contempserunt iniquitatem regis imperii, & in medio fornacis ardentis gloriose triumpauerunt. Deinde ubi placuit deo ut solueretur captiuitas, & fundaretur templum quod destructum fuerat, & reaedificaretur ipsa ciuitas Hierusalem. Hoc itidem per uiros tres deus effecit, per quales uoluit, & per quales fieri oportuit, scilicet non per ipsos tantum captiuos & inopes, sed per eos sub quibus captiui tenebatur reges potentes, Cyrum, Darium & Artaxerxen. Deinde ubi uoluit superbissimus Amas delere uniuersum genus Iudeorum, per istos tres saluata est, Hester, & mardocheus, & ipsum regem Assuerum. Deinde cum idem agere conaretur diabolus sub regno Graecorum, per triu ducum iuda & Ionathae & Symonis, bellicam uirtute ac preclaris fide, illius populi reliquiae saluatae sunt. Valde iudicium in istis numeris mysterium, quia septies, sicut hic enarratum est, propter uiros tres siue per uiros tres, deus unus & trinus, id est, quem confitemur: & colimus, pater, & filius & spiritus sanctus, populum illum saluauit & liberauit, usq; ad implendum uerbum promissionis, per quod & nos salui facti sumus.

Nota nunc esse populo illi post natum Christum, sed si fuerint, ait dominus, tres uiri isti in medio eius, Noe, Daniel & Iob, uiuo ego qui ipsi soli iustitia sua liberabunt animas suas. Cap. XV.

**A**ccipe autem, quid nunc dominus dicat per prophetam Ezechiel, fili hominis terra, cum peccauerit mihi, ut prauaricetur prauaricans, exte dā manū super eam, & interficiam de ea hominem & iumenta. Et si fuerint tres isti uiri in medio eius, Noe, Daniel & Iob, uiuo ego, quia ipsi soli iustitia sua liberabunt animas suas. Nec semel dixisse contentus, secundo & tertio & quarto sententiam repetit, uiuo ego, quia nec filios nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberabuntur, uiuo ego, non liberabunt filios neq; filias, sed ipsi soli liberabuntur, uiuo ego, quia filii & filiae non liberabunt, sed ipsi soli iustitia sua liberabunt animas suas. Quatuor iudicia sua dominus distinguit, famem, malas bestias, gladium & pestilentiam de singulis eandem sententiam subscripsit. A non omni, sed cuidam terrae, cum peccauerit: non omni inquam, sed cuidam terrae, nam post omnia haec, ita subiungit. Quod & si quatuor iudicia mea pessima, gladium & famem & bestias malas & pestilentiam misero in Hierusalem, ut interficiam de ea hominem & pecus: tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias. Nisi istud decreuisset, nisi quandam terram in superioribus sententijs, quae longe diuersa sit ab Hierusalem intelligi uoluisse: nimirum id quod ait, Noe, Daniel & Iob, ipsi soli iustitia sua liberabunt animas suas, contrarium uideretur ei quod haecenus narratum est, quia multoties propter uiros tres & per uiros tres gens illa liberata est. Quomodo ergo separationem fecit terrae ab Hierusalem, quid nisi separationem intelligere debemus terrae, id est, synagogae, quae nunc usq; blasphematur Christum, quem crucifixum, ab Hierusalem, id est, ab ecclesia quae in Christum credit: Sed dicit aliquis: Quomodo

Mich. 7

Gen. 37

Exod. 2

Exo. 32

1. Reg. 12  
2. Para. 28  
Domus iuda saluata propter tres reges. Eccl. 49

Psal. 136

Tres reges Persarum.

Assuerus Mardocheus & Hester.  
Tres Machabaei.

Ezech. 14  
Oblectio de tribus, Noe, Daniel et Iob.

Quomodo in medio terrae illius, id est, synagogae quae Christum crucifixum, unquam esse potuerunt tres isti uiri, Noe, Daniel, & Iob? Ad haec inquam, isti quidem tres uiri, Noe, Daniel, & Iob, longe ante fuerunt, longe ante ab hac uita decesserunt, quae illa terra male dicta crucifigeret Christum dei filium. Sed si causam illorum rite discernas, scilicet quia Noe arcam in communi periculo erexit, & Daniel coelibem uitam duxit, & Iob propriae domui suae bene praefuit, maxime ex eo notus, quod in tentatione inuentus est fidelis, patenter intelligis, quia in medio terrae illius fuerunt, & de medio terrae illius ad nos uenerunt tres uiri isti, Noe, Daniel, & Iob. Quod si parum uideretur communiter demonstrare in omnibus Apostolis Christi, qui in medio terrae illius fuerunt, & in de ueniens tres uiuendi ordines supra dictos nobis gentibus ordinauerunt, ecce quotus digito demonstrare possumus quosdam ex illis, uidelicet Apostolis, tres uiros, Petrum, & Ioannem, & Paulum, ualde similes illis, Noe, Daniel, & Iob. Denique Petrus praecipuus rector ecclesiae, ipse est quasi Noe: & Ioannes praecipuus exemplar coelibis, seu uirginalis uitae, ipse est quasi Daniel: & Paulus qui inter caetera, in quibus plus omnibus laborauit, coniugalem quoque uitam bene ordinauit, ipse est quasi Iob.

Quali a gladio & fame, quilibet a bestijs, quali a pestilentia, propinquos suos secundum carnem iudeos, Apostoli non saluauerunt, & quod ipsi fuerint in medio eorum quasi Noe, Daniel, & Iob.

**N**unc igitur demonstrandum est, quali a gladio & fame, quilibet a bestijs, quali a pestilentia, propinquos suos secundum carnem iudeos non saluauerunt, sed ipsi soli animas suas liberauerunt, & quam ob causam iuste hoc fieri debuerit. Quod ut euidentius fiat, iam ordine accedendum est ad illam bestiam quartam sine nomine, de qua sic scriptum est: Post haec aspiciet in uisione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos, comedens atq; cominuens, & reliqua pedibus suis conculeans. Quomodo documq; regnum Romanum, bestia magna, terribilis atq; mirabiliter dentibus magnis, dentibus ferreis caeterarum gentium robur comederit atq; cominuerit, non adeo pertinuit ad illos captiuos, quorum uni haec reuelata, per quos unum haec nobis scripta sunt. Cura enim erat illis tantum de genere suo, cura erat spiritui prophético de illis propter Christum, qui nasciturus erat ex eodem populo. Sicut ergo de caeteris bestijs scimus, quia taliter demonstratae sunt, uerbi gratia, ut uni diceret: Surge comede carnes plurimas, propter populum iudaicum, de quo Aman dixit regi Assueri: Si tibi placet, decerne ut pereat, ita & de ista bestia quarta, bestia terribili atq; mirabili, quod dictum est: Comedens atq; cominuens, & reliqua pedibus suis conculeans, ad eundem populum spectat, quem ducibus siue principibus Tito & Vespasiano, regnum illud comedit atq; cominuit, tam terribilis comestione, tam mirabili cominutione, ut nulli unquam populo, uel ciuitati ab initio seculi taliter contigerit, sicut Iosephus scriptor admirando pariter & dolendo patenter edidit, & reliqua sic pedibus suis conculeauit, ut nunc usq; patet, quia in omnes gentes ducti sunt captiui, qui reliqui fuerunt ex eis. Nunquid tres uiri isti, Noe, Daniel, & Iob, si fuissent in medio eorum, liberauissent eos? Fuerunt autem similes istis aliqui in medio eorum, scilicet Apostoli, & multi credentes in Christum, sed non liberauerunt eos, imo ut ipsi soli liberauerent animas suas, per diuinam iusti sunt reuelatione imminente obfudione, exire de medio eorum. Nonne hoc fuit quasi Noe & Daniel & Iob exire de medio eorum? Remanserunt autem in medio eorum tres alij ualde contrarii, Eleazarus, & Ioannes, & Symon, authores & principes nimis crudeles se ditionum innarrabilium, & ita mirabiliter euenit, ut cum in Babylone audieris, tres uideo uiros ambulantes in medio ignis, & aspectus quarti, similitudo est filij dei. Hic contra in ea, quae dicebatur Hierusalem, exclamare possis: Tres uideo uiros obtinentes miseram Hierusalem, discindentes eam & excruciantes gladio & fame, miserabilibus modis, tres (inquam) uiros principes iniquitatis, & totius latrocinijs, & aspectus quarti similis est Barabbae latronis se ditiosi. Nam quia Barabbam sibi praeelegerunt, Christum autem dei filium interfici petierunt, Idcirco omnis Noe, & omnis Daniel, & omnis Iob recessit ab eis, & iusto iudicio, cum foris obfuderentur a Romanis, intus dati sunt in praedam tribus illis authoribus seditionis, qui contra semet ipsos diuisi, communiter diruperunt, & certatim effoderunt uiscera seiuia, & esurientia plena ciuitatis.

Quod uel quale fuerit peccatum terrae illius, quam Noe, & Daniel, & Iob saluare non potuerunt, & quomodo Iudei blasphemauerunt, uel dixerunt contra spiritum sanctum. Cap. XVII.

**H**oc iudicium terrae illius quae peccauit, non quomodo documq; sed ita quemadmodum dixit: Terra cum peccauerit mihi, ut prauaricetur prauaricetur. Quidnam est prauaricatio prauaricari, nisi perseuerare in proposito prauaricationis corde impunitate? Hoc denique est peccatum terrae illius grauissimum, scilicet Iudeorum, quibus maxime & primo loco, & deinde haereticis illa redargutio congruit: filij hominum usquequo

Solutio  
1. Cor. 7  
Eph. 2  
1. Tim. 5

Bestia quarta Dani. 7

Dani. 7

Hest. 3

Iose. de bello Iudaico lib. 7

Hist. eccle. 11, 3, cap. 3  
Tres uiri in Hierusalem tpe obfudionis autores, Dan. 3, Mar. 7, Petrus iudicium grauissimum

Ezech. 14

Psal. 4

Pfal. 4

Deut. 18  
Chri's vicia  
Iudaeis audi  
ri debuit.

Mat. 12

Luc. 23  
Terra Iuda  
orum in excu  
fabilis facta  
Mat. 12

Iohan. 15

gravi corde. Quomodo illi maxime praevaticati sunt, id est, in praevaticatione persequeruntur: Filius dei dominum Iesum Christum in praevaticatione sua reprobaerunt & crucifixerunt. In praevaticatione inquam, id est, contra legem suam. ¶ Dixerat enim in lege Moyses: Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies. Qui autem verba eius, quae loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ul tor existam. Ergo dominum Christum reprobando, praevaticati sunt, praesertim cum legum habere signum, per quod intelligere eum possent esse prophetam illum, scilicet sufficiens in opere & sermone eius veritatis testimonium. Sed forte aliqui de ignorantia se excusare poterunt dicentes eum esse magum. Proinde cum blasphemaretur ait: Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remitteretur illi. Et cum pateretur, pater, inquit, ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt. Sed quid post haec? ¶ Quomodo terra illa inexcusabilis facta est, vel quomodo praevaticati praevaticata est, ut inexcusabilis esset? Venit spiritus sanctus super discipulos eius, quos nimirum significans dixerat illis: Et si ego in Beelzebub principe daemoniorum eicio daemonia, filii vestri in quo eiciunt: Ideo, ipsi iudices vestri erunt. Eiciunt dicit, id est, certissime eiciunt, magis quam nunc, cum spiritus sanctus advenit. Venit, inquam, spiritus sanctus manifesta virtute testimonium perhibere, quod ille esset Christus, & tunc adimpletum est quod dixerat illis: Cum autem venerit paracletus, quem ego, mittam vobis a patre spiritum veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis. Hoc factum nihilominus in praevaticatione persequeruntur & blasphemare non cessaverunt, & tunc demum contra spiritum sanctum verbum dixisse iudicati sunt, & illa sententia venit super eos: Qui autem dixerit verbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.

De Hierusalem quae illa sit, de qua dominus ibidem: Quod & si quatuor iudicia mea pessima misero in Hierusalem, tamen relinquetur in ea salvatio educendum filios & filias. Cap. XVIII.

Ezech. 14

Mira distan  
tia iter eccle  
siae & syna  
goga aposto  
licam.

**I**lla autem, quae vere est Hierusalem, qualem habet proventum in medio sanctarum tribulationum. Quod & si, inquit dominus continuo in eodem propheta, quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famem & bestias malas, & pestilentiam numero in Hierusalem, ut interficiam de ea hominem & pecus tamen relinquetur in ea salvatio educendum filios & filias. ¶ Mira distantia, mira oppositio illius terrae, id est, apostolicae synagoga & istius Hierusalem, id est, fidelis & catholicae ecclesiae. In illa terra, Noe, Daniel, & Iob, si fuerint in medio eius, non possunt ab uno quolibet iudicio istorum liberare filios & filias, sed solas animas suas: in ista autem Hierusalem, si cuncta haec quatuor iudicia dominus iudicat in ea, videlicet ut probetur patientia sanctorum, quod sepe factum est, non dico, quod minus est Noe, Daniel, & Iob, si fuerint in medio eius, liberabunt filios & filias, sed dico, quod plus est, relinquetur in ea salvatio educendum filios & filias. Plus namque est moriendo educere filios & filias in vitam aeternam qui non erant, quam orando liberare ab interfectione corporis filios & filias qui iam erant. ¶ Audiuimus, vidimus, quanta fecerit in ista Hierusalem totus mundus, in maligno positus, & maxime eadem illa bestia superius memorata terribilis atque mirabilis, quae late diffusis persecutionibus, quasi magnis & ferreis dentibus, istam Hierusalem comederit atque comminuerit. Sed quid nocuit? Relicta est enim in eis salvatio educendum filios & filias: quia nimirum sicut frumentum seminatum & in terra mortuum, in multiplicem refurgit fructum ita per sepe paucis protestationibus fidei morientibus, multa milia rationabiliter patientiam illorum considerando, in Christum crediderunt. De quibus recte dicas, quia priores illi morientes, istorum patres siue matres fuerunt, eosque tanquam filios & filias, imò vere filios & filias suo sanguine pepererunt. Istae ergo est vere Hierusalem & vere domus Iuda, cui dictum illud in Osee veraciter congruat: Et domui Iuda miserebor & salvabo eos in domino deo suo, & non salvabo eos in arcu, & gladio, & in bello, & in ege, & in egibus. ¶ Itē in Zacharia: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo dicit dominus exercituum. Spiritus tuus a te peccata domine exercituum, & ab cuniculo incipies ubi expectabatur, cum pauci homines essent congregati in unum, venit usque ad illius bestiae dentes magnos, dentes ferreos, quae nimirum bestia, scilicet Romanum imperium vere erat Babylonia, & per omnem persecutionis fornacem, semetipsum exhibens pijs martyribus tanquam ventum roris flantem, tam diu illos refrigeravit, & tam diu filius dei cum illis ambulavit per medium ignis, & fides illorum illesam custodivit donec illa bestia homo fieret, id est, rationem admitteret, & rationabilem esse Christianorum fidem intelligens, vexillum crucis in sua fronte susciperet, ac voce humana patrem & filium & spiritum sanctum, unum & verum esse deum pronuncians, etiam patronum se cultoribus eius exhiberet.

De tribus viris illis, quorum haec propria nomina fuerunt, Noe, Daniel, & Iob, qualiter suis quisque temporibus egressi fuerunt.

Caput. XX.

Iohan. 5  
Persecutio  
nes Rom. Im  
perium, erat vt  
Babylon.

Osee. 1  
Zach. 4  
Rom. Impe  
rium, erat vt  
Babylon.

**E**xerant igitur de terra illa quicumque pertinere cupiunt ad tres viros istos, Noe, Daniel, & Iob, & videant illius terrae quanta desolatio, & istius Hierusalem quam fructuosa sit probatio. Nam ecce (inquit) ipsi egrediuntur ad vos, & videbitis viam eorum, & ad inventiones earum, & consolabimini super malo quod induxit in Hierusalem, & omnibus quae importavi super eam, & consolabuntur super vos cum videritis viam eorum, & ad inventiones eorum, & cognoscetis quod non frustra fecerim omnia, quae feci in ea ait dominus deus. ¶ Magnū & bene inenarrabile sacramentum. Quomodo de terra illa, quae supra habuimus, Noe, Daniel, & Iob, totiens nominati ad nos exierunt, quoniam filios & filias salvare non poterunt: Dicamur in primis de tribus viris illis, quorum haec propria nomina fuerunt, Noe, Daniel, & Iob, qualiter suis quique temporibus egressi fuerint. Primus egressus est Noe cum tribus filiis, Sem, Cham, & Iaphet. Daniel vero cum tribus pueris, Sidrach, Misach, & Abdenago. Iob autem cum tribus amicis suis, Eliphaz Themanites, Baldad Suites, & Sopharna Amathites. ¶ Qualis fuit egressus illorum: Egressus Noe de congerie mortuorum fuit, ad reparationem generis humani de tribus filiis, sub trina benedictione dei dicentis: Crescite & multiplicamini. ¶ Egressus Danielis cum suis conceptivis ad consolationem ipsorum cum tribus pueris, quos de medio Babyloniae fornacis victores recepit, glorificatus ipse tribus gratiis incrementis, in conspectu trium regum, videlicet in conspectu Nabucho donosor, interpretatione somniorum, in conspectu balthassar, lectione & interpretatione verborum, quae miro modo in pariete ab invisibili uisibiliter scripta sunt: & in conspectu Darij uictoria laudabili, quia misit dominus (ait) angelum suum, & conclusit ora leonum, & non me contaminaverunt. ¶ Egressus Iob fuit in exemplū patientiae cunctis superuenturis seculis, tribus modis tentati atque probati, scilicet occulta potestate, quae adversus eum Satan accepit, sed aperta lingua coniugis, & nimia trium amicorum sapientia, quae illum ualde afflixit, quos non recta locutos ipse per sacrificium deo reconciliavit. Itaque tres viri isti, Noe cum tribus filiis, Daniel cum tribus sociis, & Iob cum tribus amicis, fiunt duodecim, & hic numerus eorum est, qui & arcam, scilicet ecclesiam in aquis baptismi regendam primi post Christum susceperunt, & in gentibus, quasi in Babylonia deum clarificaverunt, & in cunctis tentationibus fortiter perstiterunt. Quod qui rite perpendit, nimirum ipse perferent hoc dictum a domino, & cognoscetis, quod non frustra fecerim omnia quae feci.

Ezech. 14

Mira mysteria trinitatis in his tribus viris Noe, Daniel, & Iob. Gen. 7. Dan. 3. Iob. 2

Gen. 9

Dan. 2. 5. 14

Iob. 1. 2

Iob. 4. 2

Ezech. 14

# RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, & PROCESSIONE SANCTI SPIRITUS. Liber. IX.

¶ De eo quod scriptum est: Sicut qui mel comedit multum non est ei bonum, sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria: & quod scripturas scrutari non idem sit quod scrutatorem esse maiestatis. Cap. 1.



**C**LORIFICATIONEM TVAM LOQUENTIS reuerenda trinitas unus deus, iam dudum sub uirga timoris tui pauemus, dum & tua laude nunquam cessandum, & nihilominus multiloquiū esse cauēdū nō ignoramus. Scriptū est enim: Sicut qui mel comedit multum, nō est ei bonū: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Et alibi: Deus enim in caelo, & tu super terrā, iccirco pauci sunt sermones tui. Attamen nunquid scrutari scripturas, id est quod scrutator esse maiestatis: aut est qui quid loquitur, nō loquitur extra regulā, siue auctoritate scripturarum ueritatis, nunquid recte dicas, nō pauci, sed multi sunt sermones tui: Ccepta igitur laudatione dñi adhuc loquetur os meū, & hoc opus a octo libellis protractū, in isto nono libello concludā. ¶ Quod cum fecero dī spūs patris & filij, quae merces huic operi imō quae gratia, pro ista gratia? Liceat homini interiori suae intentione siue expectatione breuiter & occulte significando, uti uerbis Babyloniae: Duo tantum, inquit, ne facias mihi, & tunc a facie tua nō abscedar. Manū tuā longe fac a me, & fortitudo tua non me terreat. Quod est dicere. De peccatis meis uindictā nō sumas, & principes tenebrarum mihi nō occurrant, & tunc in exitu suo dicit anima mea beneficij largitate exhilarata: Ecce quod cupiui iam uideo, quod speraui iam teneo, ab eius facie nō sum abscondita post exuius corporis, quae in corpore posita tota dilectione fidei dilexi. ¶ Huius igitur libri ultimi materia tui mihi esto domus sanctissima, cum tuis septē columnis, quae sapientia sibi aedificauit. Nā tui quidem in superioribus loco quoddam memini, sed septē columnarum sacramentū, quod fere omnibus notū est, hucusque distuli, notitiae communi siue uisitatae lectioni supererogare cupiens aliquid in domo ista, quae est templum corporis dominici, ad laudem spiritus sancti, a patre & filio procedentis.

Pro. 9

Premiū laboris post hanc vitam. Iob. 15.

Argumentū huius libri nomen. Pro. 9

Exerant

Quod domus illa, quam sapientia sibi edificauit, sit corpus Christi, & quod in istam domum processio spiritus sancti tertio celebrata sit, primo ad aedificandū, secundo ad exornandū, tertio ad dedicandū. Cap. II.

3. Reg. 7. 2.

1. Para. 22

\* solennibus

Iohan. 1

Psal. 44

Septē colūnas  
reptit, septem  
spūs dñi.  
Esa. 11

Numeri 9  
prenarius.  
Apo. 4. 7  
Zach. 5. 4

Zach. 5

Esa. 11

Prou. 9

Lecti Moy  
in hōis scri  
pturarum.

Gen. 1

Rom. 1

Spūs timoris  
dñi in primo  
die

**H**ic ergo in primis illud memorare libet, quia in domum istam processio spiritus sancti tertio celebrata est, secundū typum domus illius siue templi manufacti, quod Salomon magna sapientia edificauit, mira gloria decorauit, magna solennitate dedicauit. Et etiam spiritus sanctus domum istam non manufactam templū dominici corporis, sapienter per semetipsum edificauit, decenter exornauit, gloriose ac feliciter dedicauit. Aedificauit, inquam, in ipsa uerbi incarnatione, exornauit in illius ueri hominis manifestatione, dedicauit in eiusdem sacrosancta resurrectione. Quam uidelicet de dedicatione ille innuit psalmi, XXXIX. titulus, psalmus cantici in dedicatione domus David. Mirum enim nostris ad historiam & historiam intelligentiam sacra, quia sicut David impensa & apparatu suo per manum Salomonis templū domino edificauit, & postea cum iucunditate & solennitatibus uerbis ad laudem domini dedicauit sic corpus Christi secundū singularē naturam, & immunitatem à peccato, fuit edificatum: post resurrectionem uero secundū impassibilitatē & immortalitatē, æterna gloria manet dedicatum, manifestationē uero illam dicimus quam manifestauit eum spiritus sanctus in specie columbæ, iohanne prædicante: Et ego nesciui eum, sed ut manifestetur in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans. in istis igitur tribus specie doribus gratiæ, quæ diffusa est in labijs tuis, speciosa forma præ filijs hominum, sic sanctam trinitatē laudamus & glorificamus, ut sanctū spiritū de patre & de filio, procedēte pariter predicemus opificē istius domus, quæ uidelicet domus es tu celsū humanitatē, in qua requiescit ipse cū omnibus, quas tibi thesaurizauit, diuitijs siue thesauris sapientiæ & scientiæ.

De septem eiusdem domus columnis: & quis primus autor fuerit huius numeri, ut scriberet septē spiritus dei, Cap. III.

**S**eptem columnas, quas excidit sapientia in ista domo sua, sicut dicit scriptura: Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem, septem esse spiritus dei, quis non audiuit consonantibus scripturis alijs: Nam, exempli gratia, propheta Esaias dixit: Et egredietur uirga de radice iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. ¶ Multa sunt in scripturis consonantia sanctū septiformem spiritum, sub sacramēto numeri septenarii, uidelicet septem lampadas ante thronum dei, septem cornua agni, septem eius oculi, quod non est aliud, quā apud Zachariā prophetam, in uno lapide septem oculi, & in uno candelabro septem lucernæ super caput uernius candelabri. ¶ Verum nos istud quærimus, & inuenire delectabile est, quis primus fuerit autor numeri huius, ut scriberet septem spiritus domini, & quam ob causam ideam septem spiritus, nomine columnarum totidem debuerint significari. Non est dubium quin omnia sint diuinæ autoritatis quæ cunctæ habentur in scripturis canonicis: ueruntamen tunc melius placet, & abundantius laudat ipsa diuina auctoritas, cum diuina quilibet scriptura simul auctoritatem siue testimonium habet de aliqua priore scriptura. Exempli gratia: Quod in Zacharia scriptum est, ut iam meminimus, quia super lapidem unum septē sunt oculi, cum sit diuine auctoritatis: spiritus enim sanctus per os omnium prophetarū locutus est, attamen amplius ex eo delectat, quod ante istud Esaias, propheta, cuius iam meminimus, scripsit apertissime septē spiritus domini, ita ut singulos proprijs quoque exprimeret uocabulis. ¶ Hoc igitur quærimus utrum & iste qui sine dubio diuina scripsit auctoritate, sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem, priorem quempiam legerit, siue audierit, similia loquētē. Verbi gratia, David siue Moysen. Quærentes istud, cito inuenimus, quia præcessor huius & omnium prophetarum, in isto sacramento numeri septenarii, moyses fuit, cuius scriptura profuens, non ab homine, siue a literaturā manu scripta cuiuspiam hominis, sed ab ipso ore, quasi fons scripturarum est, nam cæteræ omnes scripturæ propheticæ, quasi riuus sunt eiusdem fontis. Hoc demonstrare promptū est, si tamen paucis rem tantam lingua uerbis explicare potest.

De septē diebus primis, & quod spiritus dñi qui ferebatur super aquas, ex illis cognosci debet at quod sit spūs septiformis, primū spiritus timoris, secundū diuisionē tenebrarū & lucis, & in supremo spiritus sapientiæ, secundū diē septimū, in quo deus requieuit. Cap. III.

**I**n principio spiritus domini ferebatur super aquas, qui uidelicet spiritus deo bonitas ipsius est. Pro hac bonitate sua deus sex diebus cuncta creauit, & in septimo requieuit. Et quoniam à creatura cognoscitur creator, sicut Apostolus dicit: Inuisibilia ipsius enim, à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sicut deum glorificare & gratias agere cupimus, à creatura ipsorum dierum ipsam, qui ante omnem diem ferebatur super aquas debemus cognoscere spiritum sanctū. ¶ Videlicet ab

Ab illo die, quo diuisit deus lucē & tenebras, id est, angelos bonos & angelos malos, cognoscitur spiritus iste, quia spiritus timoris est. Timorē quippe efficit credenti animæ memoria illius iudicij magni & terribilis, quo angeli tenebrarū ab angelis lucis tanta diuisione diuisi sunt, ut ultra in æternū recuperari nō possint. De quo uidelicet timore, siue spiritu timoris, scriptū est in iob: Potestas & terror apud illū est, qui facit concordia in sublimibus suis. ¶ A die secundo quo fecit deus firmamentū in medio aquarū, & diuisit aquas ab aquis, cognosci potest spiritus dei, quod sit spiritus pietatis: si rite perperdas, qua intentione fecerit deus fabricā huius mundi, cuius inuitū fuit factura eiusdem firmamētū, quod celsū uocauit. Quidnā iatendebat sic incipientis deus, uel sapientia dei? Quando, inquit, præparabat celos, ad eam, quando certa lege & gyro ualabat abyssos, cum eo erā cuncta componens, ludens corā eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & delititæ mæ esse cum filijs hominū. Et quid tam piū, quicquid præparasse celos, & fecisse hunc mundum, & in eo genus humanum, quia ipsa sapientia iam delititabatur, quandoq; fieri homo, & esse cum filijs hominū. ¶ A die tertio quo dixit deus: Appareat arida, quā uocauit terram, & germinet (ait) herbam uirentē, & facientē semen, & lignum pomiferū, & cetera, & cetera iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram, quod fuit initium exornationis mundi, propter quod scriptura dicit: Plantauerat autē dominus deus paradysum uoluptatis à principio, subauditur enim ornatus, siue exornationis terræ. Ab isto (inquā) die tertio cognoscitur spiritus sanctus quod spiritus scientiæ, in dō & scientiarum sit dominus. Quam uidelicet scientiam, quia iam in corde suo arulabatur Adam in paradiso positus, permissus est accedere tentator, qui diceret: Comedite, & eritis sicut dii, id est, similes deo, scientes bonum & malum. ¶ A die quarto, quo dixit deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa, & tempore, & dies, & annos: cognoscitur spiritus sanctus, quod sit spiritus fortitudinis. Quis aut ecclesiasticorum, aut gentium philosophorum non miratus est fortitū dinem, siue potestatem in istis duobus magnis luminarijs, sole, & luna, & stellis, quæ posuit deus in firmamento cæli? Primus Psalmista dicit: Qui fecit luminaria magna, solem in potestatem diei, & lunam & stellas in potestatem noctis. ¶ Post hunc inquisitores mundi, sapientes huius seculi tanta dixerunt, tanta scripserunt de ista creatura tam mirabili, de sole & luna & stellis, quæ cursus suos tam certa, tamq; firmale ge custodiant, constitutione dei & præcepto quod ille posuit, ut ea etiam uiuere, & ex eis facta hominū pendere crederent, quod recipere nec nouit, nec debuit ecclesia dei. Sunt alia potestatum insignia sano intellectu sufficientia ad comprobandum, quod uere in his fortitudo magna sit. ¶ Quinque tenent cælum zonæ ait poeta insignis, quarum circa positiones uel causas temperamentum siue intemperamentum, multa insignia sese expenderunt & seculariū. Nec ea reprobauit discretio ecclesiasticorum, solem in intelligentes diuersitatis huius esse causam principalem, secundum quod illi posuit est præceptū, ascendere sursum, & descendere deorsum. Oriur enim sol & occidit (ait ecclesiastes) & ad locum suū reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiē, & flectitur ad aquilonē, iustrans uniuersa in circulo, pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. ¶ Nimirum gyrando & regyando duas temperat zonas, una quæ & media, est nimis exusta, eo quod soli semper sit subiecta: duabus autem extremis, à quibus longius abest, uel quibus gyrando & regyando nō appropinquat, frigore torpentibus & glaciæ perpetua. Horū hic meminisse superfluum duceremus, nisi pro fortitudine, quæ in sole est, diceret aliquid oportuisset, maxime quia Psalmista quoque horum meminit, dicendo: Quia neq; ab oriente, neq; ab occidente, neq; à desertis montibus, subauditur patet locus effugij, quoniam deus iudex est. ¶ A die quinto, quo dixit deus: Producant aquæ reptile animæ uiuentis, & uolatile super terram sub firmamento cæli, & benedixit eis dicens: Crescite & multiplicamini, cognoscitur spiritus sanctus, quod sit spiritus consilij. Cuius potentia, dum super aquas fertur, hoc mirabile fecit in creatura eiusmodi, quæ rationem non habet, ita cōsulere nouerit suæ posteritati, ut homo rationalis non sufficiat admirari, idem animantibus etiam minimis, quæ sexto die terra produxit: Vade (inquit Salomon) ad formicam d pinger, & cōfydera uias eius, & discite sapientiam. Quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat esse cibum sibi, & congregat in messe quod comedat, deniq; in creatura humana non adeo mirum est, quod sit consilij capax, uidelicet quia in homine inter sensualitatem & moralitatē media est rationalitas, at in eiusmodi creatura, quæ cūq; est rationalitatis expers, cū quinq; fungatur sensibus, ualde mirū est tantam inesse moralitatem, siue quasi cōsilij sollicitudinem, ut pro exemplo possit esse homini, scordiam eius in pleriq; redarguens. ¶ A die sexto, siue à creatura humana, quæ die sexto facta est, cognoscitur spiritus sanctus, quod sit spiritus intellectus, non solum quod rationalis cognitus, uerum etiam (quod maximum est) spiritualis intelligentiæ capax. Deniq; & si tunc primus homo non intellexit, & post eum quam plurimi, sicut scriptum est: homo cum in honore esset non intellexit, cōparatus est iumentis in sapientibus, & similis factus est illis. Et rursum: Animalis homo non percipit ea quæ fecit deus, attamen

Iob. 41

Spūs pietatis  
sec' o die

Pro. 8

Spūs scientiæ  
tertio die.

Gen. 5  
Spūs fortitudinis  
quarto die.

Psal. 135  
Mirabilis &  
longipotestas

Veri Geor.  
Ouis Meta.  
adde' igenia  
Luca. i Phar  
Ecd. 1

Motus solis  
quæ zonas  
distinguit

Psal. 74.  
Spūs consilij  
die quinto

Spūs intelle-  
ctus die sexto

Psal. 46  
1. Cor. 2



Sp̄s sap̄t̄ie  
die septimo.

Spirituales fuerunt, & sunt multi, magnus enim dominus, quos uoluit, multos spiritu in intelli-  
gentiā repleuit. ¶ A die septimo, cui deus benedixit, in quo requieuit, quem sanctificauit.  
Propter hoc ipsum, ut in ipso requieuit, in quātum iam in hac uita, uel percipi, uel gustari po-  
test, requies ipsa cuiusmodi sit, cognoscitur spiritus sanctus, quod spiritus sit sapientiā, quia  
uere ad magnam sapientiam adducit illum, quem docilem facit illius dicit: Tollite iugū meū  
super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ue-  
stris. Ista requies sapientia est, quam spiritus sanctus efficit, id est, participatio sapientiē increa-  
tā, quā est ipsum uerbum dei, sapientiā patris.

Mat. 11

Pro. 9  
Cur sepe spi-  
ritus dñi di-  
cunt domū  
domus

Quam ob causam idem sacramentum spiritus septiformis congruum fuerit septem co-  
lumnarum appellatione designari, cur & Esaias ordine conuerso spiritus eosdem ordi-  
nans, a spiritu sapientiā descenderit ad spiritum timoris. Cap. V.

Psal. 8  
Filius hominis  
dñs est om-  
nium

**I**n quantum potuit sermo fidelis fontem lucidum adiuuit, de quo riuus emanauit per  
ora multorum, dicentium similia huic, qui cum dixisset: Sapientia & edificauit sibi do-  
mum, secutus ait: Excidit columnas septem. ¶ Quam uero ob causam, iam dictum  
septiformis spiritus sacramentum designari conueniebat appellatione septem colu-  
mnarum? Nimirum propter gloriam magnam & honorem huius altissimi filij hominis, quia  
uidelicet templum corporis eius, ipsa est domus quam sapientia sibi & edificauit. Domus autē  
quæ super columnas & edificata est, profecto ex ipsis columnis firmitatem pariter & pulchri-  
tudinem habet, & alta est. Si igitur columnas aspicias, quas nunc ordine digestas demonstra-  
uimus, nonne talis positio domus sapientiā, illa est exaltatio filij hominis, de qua scriptū fue-  
rat iam dudum: Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuū tua-  
rum? ¶ Deniq; & dominus est angelorum sanctorum, & dominus firmamentū, id est celi, &  
dominus terræ, siue paradisi, & maris, & dominus solis & lunæ & stellarū, & dominus omni-  
um creaturarum, quas atq; produxerunt, & quæ de terra productæ sunt, & dominus totius  
generis humani, & dominus etiam sabbati, id est, patriæ celestis, in qua est plenitudo illius,  
quam speramus requieui. Vere magna domus, pulchra, & altissima domus. ¶ Ipse septifor-  
mis spiritus, in eadem domo plenarie habitat quietissime in illam enim unquam passus est,  
ibi offensam alicuius culpæ seu negligentia. Hoc est quod Esaias dixit: Et requiescet super  
eum spiritus domini. ¶ Quod autem eosdem spiritus aliter subordinauit, primum ponens spi-  
ritum sapientiā, septimum autem spiritum timoris, causam siue rationem hanc habet, quia  
dominus non ostendit selesu Christo, cuius aduentus prædicebatur de altissimo sapiente secreto, &  
magna requie sua, de sinu patris huc descendit, usque ad obedientiam & mortem crucis, quæ  
uidelicet obedientia, religiosus in ipso erat timor domini; nos autem, quorum ad eruditionē  
siue correptionem scripta sunt opera illa, patris, & filij, & spiritus sancti, a timore incipimus,  
& in sapientia perficimur, sicut alia scriptura dicit: Initium sapientiæ timor domini.

Mat. 12  
Pena reges  
septē spiritu  
um in Christo.  
Esa. 11.

Psal. 100

3. Reg. 6  
Sp̄s sc̄t̄is  
obumbravit  
vtr̄q; Maria  
Luc. 1

De ædificatione huius domus domini, & quod ibi factum sit illud quod Psalmista di-  
xit: Misericordia & ueritas obuauerunt sibi, iustitia & pax osculate sunt. Cap. VI.

Psal. 84

Multi nobis  
inexplicabilia

**Q**uomodo factum est istud? Quomodo edificata est ista domus? Malleus & securis  
& omne ferramentum non sunt audita in domo, cum edificaretur, sed in secreto  
silentio, nulla inter strepente humani operis inquietudine, spiritus sanctus, qui in  
principio ferebatur super aquas, in beatam uirginem superuenit, eiusq; utero  
ineffabiliter obumbravit, in modum uolucris ouum subiectum desideratissima sessione cale-  
facientis. Qua tamen similitudine, nisi ante nos præsumpta fuisset, forte nostra infirmitas in  
tanto mysterio uti non auderet. ¶ Tunc itaq; factum est illud, quod Psalmista canens prædi-  
xerat: Misericordia & ueritas obuauerunt sibi, iustitia & pax osculate sunt. Veritas de terra  
orta est, & iustitia de caelo prospexit. Deniq; misericordia spiritus sanctus est, ueritas uerbū  
dei, filius dei est. Item iustitia Christus dei filius est, pax, id est, remissio peccatorum, spiritus  
est. Quomodo, uel ad quid talis misericordia, & talis ueritas, & ubi obuauerunt sibi? Quo-  
modo, uel ad quid talis iustitia, & talis pax osculate sunt? Quis me hoc interrogabit? uel  
quis idoneus, ut ad hæc respondere possit? ¶ Interrogarem & ego aliquid, quod longe  
minus est, & tamen neque uerbis explicari, neque sensu hominis comprehendi potest. In  
nido uolucris, ouo subiacente, quomodo & ipsum corpus uolucris, & concretus ex ouo  
fœtus obuianit sibi? Neque enim subsidentis corpus uolucris in semen conuertitur, aut à  
natura sua diminuitur, ut similis illi fœtus nascatur, sed calore corporis suble dentis, ouum  
animatur, & succus eius in uolucrum similem formatur, sicque obuianit sibi, & inuicem  
ofcalantur, id est, inseparabili amore consociantur. Quis de huiusmodi disputare sus-  
ficiat? Legimus quidem, quia disputauit Salomon super lignis à cedro, quæ est in Libano,  
usque ad hyssopum, qui egreditur de pariete, & disseruit de iumentis, & uolucris, & re-  
ptilibus, & piscibus sed non legimus eum disputando, & differendo hæc eadem compre-  
hendisse. ¶ Quanto minus quis disputare, uel differere sufficiat, quomodo spiritui sancto  
in beatam

3. Reg. 4.

in beatam uirginem, & superuenienti, & in sua natura, siue substantia permanenti, ne quis pu-  
ret, qd illic ipse pro semine fuerit, uerbum dei cum semina substantia uirginis uentris ob-  
uiauerit, iuxta illud quod iam dictū est: Misericordia & ueritas obuauerunt sibi. Non ergo  
hæc nobis aliorum quæramus, ne uelut scruatores maiestatis arguamur. Hoc scire contenti,  
quia sapientia domū istam, templum sacrosanctum corporis sui, spiritu suo sibi & edificauit, spi-  
ritu (in quam) suo, id est, ex operatione, non de substantia spiritus sui, & iam dictas septem co-  
lumnas, non de sola patris sui persona, quasi de alio monte excidit, sed ipsa sapientia, siue filius  
dei, & pater eiusdem filij, sicut sunt una substantia, sic & ambo inseparabiliter septiforme spi-  
ritum suum, in dederunt huic domui, huic homini Iesu Christo, filio dei, filio hominis.

Incarnatio  
Christo iuef  
fabilis nobis  
Pro. 9

Item de eadem re, ad quid misericordia & ueritas obuauerunt sibi, & quale consilium  
de saluando humano genere illic habuerint, secundum illud beati Iob: Vitinam  
appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam  
patior in statera.

**D**iximus pro posse, quomodo & ubi misericordia & ueritas obuauerunt sibi, iam  
dicendum etiam ad quid, nam etiam hoc supra propositū est. Ad quid ergo miseri-  
cordia & ueritas sibi obuauerunt? Ad quid conuenerunt? Ad quid iustitia, quæ est  
ipsa ueritas, & pax, quæ est ipsa misericordia, osculate sunt? Nimirum ad consulen-  
dum & habendum de rebus magnis consilium, ad pertractandum magnæ rei negotium, sci-  
licet, quomodo saluaretur genus humanum. Non enim leue erat pondus huius rei, quomo-  
do salua ratione iustitia seu ueritas, quæ est ipsum uerbum, siue filius dei, hominem excusa-  
ret, & saluti restitueret misericordia, quæ est spiritus sanctus. ¶ Habitatio ergo est consi-  
lium, imò quod ante secula fuerat, consilium præfinitum, tunc ex utero uirginis productū  
est ad effectum, agendo scilicet, quatenus confitaret hominibus plus calamitatis esse passum, q̄  
peccatis suis promeruisset. Hæc ergo fuit summa consilij in illa conuentione obuianit sibi  
misericordie & ueritatis, siue osculantū iustitiæ & pacis, hominem illum diuinæ benignita-  
tis, fructum terræ nostræ, scilicet uirginis uentris oportere mortalem nasci, & mori, & resurge-  
re à mortuis, atq; ita consummatū per fidē in cordibus nostris, ut essemus nos duo, uidelicet  
homo peccator ac propter peccatū mortis addictus, & in uno quoq; nostrum homo absq; pec-  
cato mortalis factus, & mortificatus, & iccirco mortis uictor effectus. Nonne ita d mediator  
dei & hominū, homo Iesu Christe, ego & tu duo sumus: imò nōne unus spiritus, & unum cor-  
pus sumus? Attamen alio respectu duo sumus, & de nobis duobus sapientia loquitur: Meli-  
us est duos simul esse, q̄ unū. Habet enim uoluntatū societatis suæ. Si unus ceciderit, ab altero oscu-  
latur: si quispiā præualerit contra unum, duo resistunt ei. Vbi fit, aut fiet istud? Nimirum  
in ista uita incipitur, & in porta, cuius meminit Psalmista dicendo: Non confundetur cū loque-  
tur inimicis suis in porta, in porta (in quā) id est, in exitu uitæ huius perficitur. ¶ Quomodo  
ibi perficitur? Attendo ante tribunal Christi, & parata ibi statera, quam beatus Iob suis tem-  
poribus nondum paratam suspitans, dicebat: Vitinam appenderentur peccata mea, qui-  
bus iram merui, & calamitas quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret.  
Statera ista tunc parata est, quando misericordia & ueritate (ut iam dictū est) obuianit sibi  
ibi, immortalis deus mortalis homo factus est. Cum ergo uenitur ad examē stateræ huius, di-  
statur ante tribunal iudicis huius, ibi sunt duæ lancee, altera misericordie, altera iudicij, & ta-  
men duo sunt (ut iā diximus) scilicet homo qui peccauit, & habitans per fidem in corde eius  
Christus, qui non peccauit, appenduntur peccata unius tantū in statera iudicij, appendit ca-  
lamitas duorū in statera misericordie, scilicet & calamitas mortis eius qui peccauit. Verbi gr̄a,  
Iob aut alterius uiri fidelis, & calamitas mortis eius qui non peccauit, scilicet resu Christi. Nō-  
ne itaq; calamitas in lance misericordie grauior appareret, q̄ peccata in lance iudicij? Plane  
grauior quasi arena maris, utpote duplum contra simplicium: quia cum simus duo, & unus tan-  
tum peccauerit, ambo solutimus debiti mortis. Quid igitur? profecto sicut scriptum est, & nos  
iam meminimus, si quispiā præualerit contra unū, duo resistunt ei, id est, si princeps mundi  
huius contra steterit ut accuset animam egredientem à Christo, habitante in se, defensionem  
petit. Apprehendē (in quibus) arma & securum, & exurge in adiutorium mihi.

Ad qd iusti-  
tia & pax  
osculatę sunt

Stima cōsiliij  
iustitię & pa-  
cis.

1. Cor. 6.  
Eccle. 4.

Psal. 126.

Statera iudicij  
iustitię & pax  
uitæ, Iob, 6.

Eph. 5

Eccle. 4

Psal. 54

Coloss. 3

3. Reg. 6.

Item de ædificatione domus eius dē, quid mysterij habeat dictū illud: Domus eū ædifica-  
retur, lapidibus dedolatis atq; perfectis edificata est. Cap. VIII.

**S**ed iam propositū de domo tua domine, de corpore tuo Christe, quo proposuimus ordi-  
ne sermonis, persoluamus. Proposuimus nāq; sermone fideli concelebrare tria hæc,  
ædificationē, exornationē, atq; dedicationē domus huius, in qua inhabitat omnis ple-  
nitude diuinitatis corporaliter. Iā ergo de exornatione dicendū esset, nisi qd adhuc in  
ædificatione capitulum nos illud tenet: Domus cum edificaretur, lapidibus dolatis atq; per-  
fectis ædificata est. Huius nāq; capituli mysterium intractum animus præterire non patitur.  
¶ Quid ergo est, huiusmodi domum ædificatam esse lapidibus dedolatis atq; perfectis, nisi  
mediato

Lapides dolariati... Et sunt prophetae...

Domus edificata lapidibus... Perfectis...

Osce. 6 Act. 7

3. Reg. 6.

Exornatio domus... Apparuit anno tricesimo...

Aug. sit charismata... 1. Cor. 12 Ioan. 7 Ioan. 17

Manus Christi... Tornatiles auree

Mar. 5.

1. Tim. 5

Chrs. p. nobis... penitentiam egit

Esa. 53 Leui. 1. & Lex... mystica de colibus in holocausti oblata.

mediatorem dei & hominum... uero uirginis... Et accessi ad prophetas...

De exornatione eiusdem domus... Cap. IX.

Edificata domo ista... Auro tegetur... Quod pertinet...

Quo pertinet... Cap. X.

Quod pertinet... Quod pertinet... Quod pertinet...

Non secabit... nec ferro diuidet eam... et adolebit super altare...

De die illo quem determinauit spiritus sanctus... Caput XI.

Et tunc dies ille... Et tunc dies ille... Et tunc dies ille...

De eiusdem domus dedicatione... Cap. XII.

A dedicationem domus... A dedicationem domus... A dedicationem domus...

Heb. 9

Ioan. 1

Psal. 49 Vox Christi dulcis, vox turturis Luc. 4

Esa. 16

Ecce agnus dei. Ioan. 1 Exo. 12

Ecce noua factio omnia

Apo. 11

Dedicatio domus Christi... refurrectio eius celebrata est 3. Reg. 8

Trina benedictio secundum legem ecclesiam

Nume. 6

ecclesiam siue domū domini dedicauit, non utiq; casu, sed magna cum ratione sapientie quā deus dederat illi, præsertim quia talis data fuerat regula benedicendi. Sic enim scriptum est in libro Numeri: Locutusq; est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron & filios eius Sic benedicetis filiis Israel, & dicitis eis: Benedicatur tibi dominus, & custodiatur te, ostendat dñs faciem suā tibi, & miseretur tui, Couertat dominus suū uultum ad te, & det tibi pacē. Hoc dicimus pro glorificatione trinitatis, qā sicut hæc tenus demonstrare curauimus) ferentibus celebre siue memorabile referunt scripturæ ueritatis, absq; sacramēto sancti huius nominis.

Item in eodē psalmo de trina appellatione nominis domini. Exaltabo te domine, domine clamauī ad te, domine eduxisti ab inferno animam meam; & de titulo alterius psalmi, in fine canticum psalmi resurrectionis.

Cap. XIII.

Psal. 29. de resurrectione Christi

**N**unc igitur perpende quod perpulchrū est, quia in isto psalmo cantici cantati siue cantandi, secundū dedicationē domus Dauid, id est, corporis Christi, similiter trina præpoller appellatio eius dē nominis domini. Primo nāq; dicitur Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Deinde secundo: Domine deus meus clamauī ad te, & sanasti me. Deinde tertio: Domine eduxisti ab inferno animam meā, saluasti me à descendētib; in lacū. Continuo sequitur, concensus multitudinis sub admonitione huiusmodi: Psallite domino sancti eius, & cōfitemini memorie sanctitatis eius. Sic in dedicatione domus illius manufactæ post trinā adorationē nominis dñi à Salomone præmissam, continuo sequitur admonitio ad multitudinem, & magnæ festiuitatis uniuersalis cōmunicatio, profequente salomone, sit quoq; cor nostrum perfectū cū domino nostro. Et subsequente scriptura: igitur rex & omnis Israel cum eo immolabant uictimas corā domino. Generalis quippe festiuitas est, festiuitas huiusce dedicationis, festiuitas resurrectionis. Unde nō prætereundū, quia titulum psalmi præscripti (qui sic sese habet, psalmi canticum in dedicatione dauid domus) titulus alterius psalmi, scilicet telxagefimi quinti, pene exponit qui eiusmodi est. in fine canticum psalmi resurrectionis, tali præeunte titulo: Lubilat omnis terra deo, psalmū dicit nomini eius, dat gloria laudi eius, & dicit inter cetera: In troibo in domū tuā in holocaustis, reddam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea, holocausta medullata, offeram tibi cū incenso arietū, offerā tibi boues cum hircis. Quæ omnia mystice significant combustionē uitioꝝ, purificationē spiritus, omnimodāq; intentionem ad destructionē totius repugnantie, quasi arietū cornutoꝝ, & totius excellentie quasi boi cornupetas, & totius sceditatis maloy; opes, quasi hircorū. Cū huiusmodi quippe holocaustis introitur in domum resurrectionis, in domū quā sapientissimus Salomon, id est, Christus filius dei, per seipsum ædificauit, id est, immortalitatē & impassibilitatē, quā habent iā celestes spiritus, in quibus plenissime habitat maiestas sanctæ trinitatis, quo præcursor introiuit per uiam, quā illi columba, id est, spūs sanctus demonstrauit. Passus enim idem Christus, & resurgens à mortuis festiuitatem sibi & nobis inchoauit huiusce dedicationis, tanq; caput corpori, & hanc fidem tenere, atq; in hac spe per dilectionē operari, hoc nimis est legitime cārare canticum psalmi resurrectionis, iamq; stare cum canticum in illa dedicatione domus Dauid. Cur ab illa festiuitate dedicationis, id est, à gloria resurrectionis spiritus sanctus non in specie columbæ, sed in specie ignis apparuerit, & de spiritu blasphemie, quod peccatum non remittetur, neq; in hoc seculo, neq; in futuro.

Cap. XIII.

Actu. 2

**M**agnam quidē habet hæc dedicatio domus festiuitatis iocunditatē, sed magnum nihilominus species quæ exinde apparuit, debet incutere timorē, & excitare sollicitudinem. Non enim hic in columbæ specie uidentur se spiritus sanctus exhibuit, sed in specie ignis super beatos Apostolos ab illa domo processit mittente illo secundū uirtutem uel naturā diuinitatis, quemadmodum dixit ad illos: Si autē abiero, mit tam eum ad uos. Quamobrē ergo non in specie columbæ, sed in specie ignis? Attendant tam diuersitatem species istarū, scilicet columbæ & ignis, quicūq; irreuerenter istam, postq; dedicata est, aspicerent audent domū domini, qualibus ipse dixit: Ideo dico uobis, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autē blasphemie nō remittetur. Et quicūq; dixerit uerbum contra filiū hominis, remittetur ei; qui autē dixerit contra spiritū sanctū, nō remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Attendant (in quā) qui eiusmodi sunt, imō qā tales attendere nolunt, attendamus nos quanta cum ratione tam diuersas species, diuersitate poribus exhibuerit apparens unus & idem spiritus. Dicendū autē in primis, quid distinet blasphemiam, & spiritū blasphemiam, quoniam dixit blasphemiam remittetur, spiritus autē blasphemie nō remittetur, Blasphemiam tantū, & non etiam spiritus blasphemie est, cū q; ignorans loquitur aliter q; se habet ueritas, uel agit quippiam contra iustitiā, sicut, exempli gratia Saulus ignorans & errans agebat. Porro spiritus blasphemie est, ubi quispiā sciet, & pet inuidiam ueritati repugnat, quod peccatū iudæoy; est, & hereticoy; quos Apostolus uitandos esse denūciat. Hæreticū (inquit) hominē post unā & secundā correptionē deuita, sciēs qā subuersus

Ioan. 16. Alii blasphemia, alii spiritus blasphemie. Mat. 12

Quo differt.

Actu. 9. 1. Tim. 1. 1. Tim. 3

subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit cū sit, proprio iudicio cōdemnatus. ¶ Vtriusq; ergo reatus discretionē habens spūs sanctus, nō in specie ignis, sed in specie columbæ sup dñm ier sum apparuit ante glorificationē eius, & eōtra nō in specie columbæ, sed in specie ignis sup Apostolos post glorificationē eius. Adhuc em̄ q; dicebāt uerbū cōtra filiū hominis, de ignorantia poterāt excusari, & iccirco decebat agere eum, uel pati cuncta in spiritu mansuerunt. Verbi gratia, ut nō cōsentiret discipulis suis dicentibus: Magister uis dicamus, ut descenderet ignis de celo, & cōsumat eos: Sed diceret: Filius hominis nō uenit animas perdere, sed saluare. Amplius autē, ut diceret dū crucifigeret: Pater ignosce illis, nō em̄ sciunt quid faciunt. Itē de eodē spiritus sancti iudicio, cū illa Apostoli sententia: Voluntarie em̄ peccantibus nobis post acceptā ueritatis, iā nō relinquatur hostia pro peccatis.

Cap. XV.

**V**sq; illuc patientia & mansuetudo agni, quā colūba significauerat circa uos, dō ues domus israel, ad quos missus uenerat, unde & dicebat: Nō sum missus nisi ad oues quæ perierant domus israel. Extunc uobis peccantibus, peccatū uestrū in spiritu blasphemie reputat, qd neq; in hoc seculo, neq; in futuro remittat. Iam em̄ nō est uobis hostia, quippe quibus filius dei, cū esset agnus, in leonē cōuersus est, & spiritus sanctus, qui ut columba uisus fuerat, quasi ignis demōstratus est, quia nō per ignorantia delinquitis, sed uoluntarie peccatis subuersi, & proprio iudicio cōdemnati. Hinc et illud Apostoli: Voluntarie em̄ peccantibus nobis post acceptā ueritatis, iam nō relinquatur pro peccatis hostia. Terribilis autē quædā expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ cōsumptura est aduersarios. Quō nobis, scilicet natura iudæis, nō relinquatur hostia pro peccatis, si uoluntarie peccamus, id est, si uocē eius audieris, & ex scripturis eum cognoscentes, corda nra obdurare uoluerimus: Nimirū taliter, ut nec hostia, siue sacrificiū, nec locus, siue templū remaneat in quo sacrificetur. Sic em̄ & danieli præmonstratū fuerat: Occidetur Chrs, & nō erit eius populus, q eum negaturus est, & ciuitas & sanctuariū dissipabit populus cū duce uenturo, subaudi Vespasiano siue Tito, & finis eius uastitas, & post finē belli statuta desolatio. Et deficiet hostia siue sacrificiū, & in templo erit abominatio desolationis, & usq; ad cōsumptionē, & finē perueerabit desolatio. Ecce quō iam nō relinquatur hostia pro peccatis uoluntarie peccantibus, id est, dedicationē istam odientibus, & sacrificiū unicū, qd in ea celebrat, scdm euangelicā similitudinē illius senioris fratris, qui sciens intus celebrari conuiuīū pro iunioris fratris reuersione uoluntarie foras stabat, & nolebat introire. Quæ autē est illa quæ adhuc superest terribilis expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ cōsumptura est aduersarios: Nō em̄ sola est illis pena, quā receperit iā in hoc seculo, cadētes in ore gladij, & in oēs gētes ducti captiui. Quæ ergo illa est: Ignis, ait ipse dñs) successus est in furore meo, & ardebit usq; ad infernū nouissima. Hæc eadē sententia est duplicis penę in hoc dicto: Nō remittet ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro: & iuste, qā non habet excusationem de peccato suo qe, uoluntarie, id est, sciēter peccās, & (ut ait Apostolus) filium dei conculsans, & sanguinem testamenti pollutum ducens, & spiritui gratiæ contumeliam faciens.

Quo psallere, & qd psallēdo cōfiteri debeamus memorie sanctitatis eius, & ipsa memoria missio filij dei dicitur apud Esaiā: Anteq; fieret tibi erā, nūc dñs misit me spūs eius. Ca. XVI. ¶ Gitur quemadmodū dicit, ut supra memorauimus, psallite dño sancti eius, & cōfitemini memorie sanctitatis eius, cuius psalmi titulus est: Psalmus canticum in dedicatione domus Dauid; Psallamus cōcorditer, & cōfiteamur fideliter, tanq; filij resurrectionis, tanq; sacerdotēs & leuitæ huius dedicationis. Quid psallemus, aut quid cōfitebimur? Quid psallendo & cōfiteudo dicemus: Nunquid hoc solum qd hic audiimus eū dicentē: Exaltabo te dñe pater qm suscepisti me dicentē: Pater in manus tuas cōmendo spiritū meum; Deniq; hoc & totus fere eiusdē psalmi textus humanitatis, siue humanę naturæ uoces sunt, cuius deus & dñs est, & pater & spūs sanctus, & ipse qui illā sibi unitatem personæ assumpsit filius. ¶ Alius psallimus & cōfitemur nō aliud, sed id ipsum quod ab ipso accepimus, qd locutus est ipse propheta longe anteq; in carne nasceretur: Accedite (inquit) ad me & audite, hoc nō à principio locutus sum in abscondito, ex tpe anteq; fierent ibi eram, & nunc dñs meus misit me, & spiritus eius. Altissima nāq; est hæc memoria sanctitatis eius, cui necessarium ad salutē nram cōfiteamur, quia ibi erā (inquit) ex tpe cuiuscunq; meminisse potes, imō & anteq; fierent, subaudiit cœlū & terra. Præmiserat enim paulo anteq; Manus quoq; mea fundauit terrā, & dextera mea mensa est cœlos, siue ex tpe cuiuscunq; uidelicet Adę, Noe, uel Abraham, uel anteq; fieret ipse Abraham, uel superior; quispiā, ibi eram, & à principio locutus sum, non in abscondito, sed palam omni mundo, siue in Moysē, siue in prophetis, imō & superius ad Abraham, siue ad Noe. Nihil em̄ abscondit eoy; quæ futura erant, testante propheta: Quia nō faciet dñs deus uerbū, nisi reuelauerit dominus secretū suū ad seruos suos prophetas. ¶ Ibi in quā eram anteq; fieret, & nunc dñs deus misit me, & spūs eius. Dominus, in quā, deus pater misit me, uoluit em̄ me carnē indure, siue hominē assumere, qui ante secula scdm naturā diuinā generauit me, de uentre maris meæ uocauit me, & iteq; in iordane unxis me, & euangelizare pauperibus misit me. Et scdm illa

Cur spūs s. sup Chrm in spē colūbæ, sup Apostolos in specie ignis apparuit. Luc. 9. Luc. 23

Mat. 18. Iude in tpe peccant spūs blasphemie

Heb. 6

Tudæis nec hostia, nec locus imolandi relinquatur Dan. 9

Luc. 17. Iudicij scru. It per ignem Deu. 32

Heb. 6

Psal. 29. Canticum filiorum resurrectionis

Luc. 15

Ex tpe ante q; fierent ibi eram.

Amos 5. Esai. 48

Esai. 49

illa prima, & secundū hæc nouissima, psallite domino, ut sitis sancti eius & memoria sancti-  
tis eius. Solemus basilicas martyru appellare memorias eoru, pro eo quod ibi psallēdo & cōfi-  
tendo memoramus martyria illoru. Bene ergo & hic memoriā sanctitatis domini istā intelli-  
mus domū, cuius dedicationē psalmus iste secundū presentē titulū, quē supra scripsimus, intē-  
dit. ¶ Huic itaq; memoriæ sanctitatis domini recte constitimur, dū propter hoc opus memo-  
rabile, sanctū dominū prædicamus, laudamus & benedicimus sanctū dominū patre qui filiū  
misit, sanctū spiritū eius qui uirginis uterū filio præparauit, sanctū ipsum filiū qui in sanctita-  
te sua hominē assumpsit. Et quis nisi uolūtate peccās, te d beata trinitas in uerbis istis non in-  
relligit, & nunc dominus misit me & spiritus eius: Non ergo pars illis in dedicatione domus  
huius, sed foris sunt extra mensurā tēpli siue regulā fidei, & quāuis Christū cōstitendo, intus  
esse uideantur, sicut pleriq; hæretici foris sunt & cū paganis reputantur iuxta illud: Atrium  
autē quod foris tēplū est, eijce foras, & ne metiaris illud, quā dātū est gentibus.

De processione spiritus sancti iuxta subsequens capitulū Esaiæ: Non siterunt in deserto cum  
educeret eos, aquam de petra produxit eis, & scidit petra, & fluxerunt aquæ, & de uoce ex-  
ultatiōis quā situd iubemur annuatiare. Caput. xvii.

Psalm. 79  
Contremuit  
memorie san-  
ctitatis eius.

Apo. 11

Esai. 46

Aqua de pe-  
tra spūs scti  
filito quocq;  
cedens.

Esai. 48  
Iohan. 4

Nūm. 20  
I. Cor. 10  
Esai. 48  
Vox exulta-  
tionis, vox e-  
uangelij.

**L**ibet aliquantulū progredi pro tenore propositi, ut principio conueniens reddatur fi-  
nis huius operis de glorificatione trinitatis, & processione spiritus sancti. Vbi dixit  
nunc dominus misit me & spūs eius, paucis interpositis ait in uoce exultationis annū-  
ciare, ad uitū hoc facite, asserite illud usq; ad extrema terræ. Dicite: & edemit dominus  
seruū iacob. Non siterunt in deserto cū educeret eos, aquā de petra produxit eis, & scidit pe-  
tra, & fluxerunt aquæ. ¶ Petra nāq; ista domus ipsa est, de qua loquebamur, tēplū dominicū  
corpōris est, de cuius resurrectione sermo nobis habebatur, de quo & alius propheta: Vidisti  
quā egredientē de tēplo a latere dextro, & omnes ad quos peruenit aqua ista saluati  
sunt. Et hic & illic, aqua singulari numero spiritus sanctus est, ea gratia qua datur in remissio-  
ne peccatorū: Et aqua plurali numero idē spiritus est, ea gratia qua datur in diuiscōe gratiæ.  
Huiusmodi aquā siue aquas de petra, inquit, produxit eis, quia spiritus sanctus aqua uita, quā  
qui biberit nō sietit unq; sed fiet in eos fōs aquæ salētis in uitā aternā: nimis ut de patre, sic &  
de filio procedit. Cuius in figura cōtigit, quod petra percussa in deserto, aquā sitienti populo  
dedit uel fudit. Vnde & Apostolus: Bibebant autē de spiritali cōsequēte eos petra, petra au-  
tē erat Christus. ¶ Vox exultationis in quā annūciat, inquit, & auditū hoc facite, asserite illud  
usq; ad extrema terræ. Vox, in quā, prædicatio est exultationis euangelij. Vnde & nomē acce-  
pit ut uocaretur euangeliū, quod interpretatur bonū nūciū, quia ueraciter magna exultatio,  
magnū & uerū in isto nūcio est gaudiū, cui? uidelicet nūcij summa hæc ē, redemti dñs populū.

Quod huius manufactæ domus dedicatio fuerit illius ueteris & manufactæ abdicatio,  
secundum illam Esaiæ uisionē, qua clamantibus Seraphim: Sanctus, sanctus, sanctus domi-  
nus deus, domus impleta est fumo. Cap. XVIII.

**T**andem & illud sciendū, quia huius nō manufactæ domus dedicatio, illius manu-  
factæ est abdicatio: quæ admodū & Apostolus testatur, dicens: Reprobatio quidem  
est præcedentis mādati propter infirmitatē eius & inutilitatē. ¶ Ipsam, quā dicimus  
abdicatōne, fumus ille significabat, quē uidit Esaias: Clamabant, inquit, Seraphim  
alter ad alterū, & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus exercitū: plena est omnis  
terra gloria eius. Et cōmota sunt super liminaria cardinū a uoce clamantiū, & domus impleta  
est fumo. Sic enim futurū erat, & sic factū est, quæ admodū hæc sacra prænotauit propheta:  
sedente domino super solū excelsum & eleuatū, id est, postquā dominus dei filius ascendit in  
coelū, & sedet a dextris dei, quod nimirū solū est excelsum. Seraphim, quod interpretatur  
dentēs siue intēdētes, ter sanctū dominū clamauerunt, id est, sancti apostoli afflatu spū sancto  
per speciem ignis, ut iā supra dictū est, sanctā trinitatem prædicauerunt, & ecce gloria præ-  
dicatiōis huius, terra plena est. ¶ Et si sensus alius esse potest, nihilominus tamen hic uerus est  
& ad rem magis pertinet. Dicit enim in euangeliū suo iohānes: Propterea nō poterā credere,  
quia iterum dixit Esaias: Excgauit oculos eos, & indurauit eorum cor, ut nō uideant oculis,  
& nō intelligat corde, & cōuertatur & sanem eos. Statimq; subiungit: Hęc dixit Esaias, quādo  
uidit gloriā eius, & loquutus est de eo. Ecce locus ubi hæc loquutus est Esaias: imō spiritus san-  
ctus in Esaiā. Vbi enim præmissum est, & domus impleta est fumo. ¶ Postmodum sic scriptum  
est: Audite audientes me, & nolite intelligere, & uideate uisionem, & nolite cognoscere. Excē-  
ca cor populū huius, & aures eius aggraua, & oculos eius clauda, ne forte uideat oculis suis, &  
auribus audiat, & corde suo intelligat, & cōuertatur & sanē eum. Ergo uisio domini sedentis  
per solium excelsum & eleuatū, prophetia erat dominicæ ascensionis in coelum: Et quod dictū  
est, ea, quæ sub illo erāt, implebat templum, idem est ac si diceretur, & dona gratiæ, quæ de-  
dit hoibus, sicut scriptū est: Ascēdēs in altū captiui duxit captiuitatē, dedit dona hominib;,  
impleuerunt corda credentiū, qui & ipsi tēplum dei sunt, ppter Christum habitātē p fidem  
in cordibus eorum. ¶ Sup huiusmodi tēplum Seraphi stabāt, id est, apostoli & pphe, & ex u-

Heb 7

Esai. 6

Iohan. 12  
Esai. 6

Visio de se-  
dētē sup solū  
ū excelsum,  
pphetia ē de  
uicē. Chri.

Psalm. 57  
Ephē. 3  
Duo seraphi  
apostoli & p-  
phete.

utroq; testamento, præ eminentes principatū habent, id ipsum sentientes de trinitate, quæ est  
unus deus, sicut sacra illoq; testantur, quod est alter; clamare ad alter; & dicere: Sanctus  
sanctus sanctus dominus deus, uirūsq; testamenti pagina, utraq; scriptura prophetica & euan-  
gelica, idē de uno creatore cōsonat; qui senario die; numero creauit oia, & in septimo sabba-  
riza, illud idē sabbatū fidelibus suis, maximeq; prædicatoribus ueritatis largiturus, ut cū cō-  
pleuerint opa sua, requiescant, & ipsi ab operibus suis (ait Apostolus) sicut & à suis deus. Sex  
ergo alæ uni, & sex alæ alteri. Quot alis uolabant, totidē uelabant faciē eius, & totidē scilicet  
uelabant pedes eius: quia uidelicet quanta ex utroq; testamento sanctā trinitatē testificant  
intentiōe, tāta & claritatē diuinitatis Chri filij dei, & sacramentū humanitatis siue incarnatiōis  
eius abscondunt discretione, uel his quinon possunt capere, uel maxime his qui non possunt  
audire præ tormento inuidiæ. ¶ Cōmota sunt em, ait, superliminaria cardinū a uoce claman-  
tium, & domus impleta est fumo. Seditionē quippe excitauerunt principes & seniores popu-  
li Iudæorū, & missos ad se prophetas & sapientes & scribas quosdā occiderunt, quosdā flagel-  
lauerunt, & de ciuitate in ciuitatē persecuti sunt, & circū relicta est eis domus sua deferta,  
fumo impleta præ cecitate cordis eorū abiecta. Cōpuncti sunt corde aliqui ex eis, & dixerunt  
ad Apostolos: Quid faciemus uiri fratres? Eorū in persona congrue dixit Propheta: Ve mihi  
quia tacui, quia uir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego ha-  
bito, & regē dñm exercitū ego uidi oculis meis. Hoc enim fuit dicere unumquēq; illorū: Væ  
mihi, quia clamando, & consentiendo clamantibus, crucifige, crucifige, labia mea pollui, & re-  
gem meum Chrm, quē uidi oculis meis, qui uenit in diebus meis, ut pmissum fuerat in lege,  
& prophetis, negaui ante faciē Pilati. ¶ Et uolauit ad me (inquit) unus de Seraphim, & in ma-  
nu eius calculus, quē forcipe tulerat de altari, & tetigit os meū. Petrus nāq; ait ad illos: Peni-  
tentiā agite, & baptizetur unusquisq; in nomine Iesu Chri, in remissione peccatorū, & acci-  
pietis donū spūs sancti. Recte em Petrus hic intelligitur unus de Seraphim, ipse est em Ap-  
ostolus primus, & ipsi præ ceteris dictū est: Quodcunq; ligaueris super terrā, erit ligatū in  
coelis, & quodcunq; solueris super terrā, erit solutū in coelis. ¶ Hoc est qd hic adimus: in ma-  
nu eius calculus, quia potestas ei data est præcipua post Chrm, ut creditibus remissionē pec-  
catorū operet, quē uidelicet calculum idē spūs sancti gloriā forcipe tulerat de altari, id est, de  
maiestate Chri, forcipe (in quā) id est, p egregiā fidē unius eiusdēq; dei & hominis Iesu Chri.  
Et audiui (inquit) uocē dñi dicentis: Que mittā, & quis ibit nobis, ac si diceret: & prophetas oc-  
ciderunt, & psecuti sunt, & me prophetarū dñm crucifixerunt. Post tor experientia pecca-  
ta eorum & duri cordis quem mittam? quis ibit nobis? Hic d ter, quaterq; beate promartyr  
Stephanus, temetipsum obtulisti spontanea fide, fidelissima spe, gratiosa charitate, & dixisti:  
Ecce ego, mitte me. Neq; iustus aut missus ab homine, uel p hoīem, sed per spūs sancti plenitu-  
dinem faciebas prodigia & signa magna in populo, ipsos beatos Apostolos præueniens in  
prælio, primusq; in euangeliū Christi martyr, & secundum nomen tuum coronatus uictor  
obdormiisti in domino.

De eo quod scriptum est in laudibus mulieris fortis, id est, sanctæ fidei uir eius  
laudauit eam, & date ei de fructu manū suarum. Cap. XIX.

**E**cce d beata trinitas nomen tuū iuxta propositū pro posse glorificauimus, & tuā d san-  
ctē spiritus processionē, ecce prout ipse de disti uoce & literis profecuti sumus. Quid  
dabis præmiū? Audemus em nos, nō autē ex nobis, sed audet in nobis mulier fortis p-  
picere pretiū suū, procul, & aduocare de ultimis finibus. ¶ Quæ est illa mulier fortis?  
Nōne fides, p quā Abrahā tibi cōplacuit, & omnis electorū multitudo sic est amica coniuncta  
tibi uni deo, quæ admodū uxor siue dilecta uiro suo? Ipsa in nobis audet, & nos per ipsam au-  
demus, quia nō aliunde, sed ex ipsa iusti sumus, & ex ipsa uiuimus. Ecce hic qd, ecce in nobis  
ostuū aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius, & panē otiosa nō comedit. Surgant  
igitur filij eius, & beatissimā prædicent eā, & uir eius Chrs laudet eā, neq; p hoc minus lauda-  
bilis habetur, quia noscēdā miserā conditionē fragiles sumus, magno quocq; Apostolo dicēte  
Habemus thesaurū istū in uasis fictilibus. Vbi furgāt, & beatissimā prædicent eā filij eius: Vbi  
laudet eā uir eius: In portis, in exitu uitæ præsentis, scdm edictū sapientiæ, quod hic habem?  
Date ei de fructu manū suarū, & laudent eam in portis opera eius.

LIBRI NONI ET VLTIMI FINIS.  
REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINOD. IOANNI  
dei gratia Episcopo Rossensi in Anglia, Ioannes Cochlaeus S. P.



Vanq; Rupertus noster ornatissime præsul locupletissimis scripturarū testimo-  
nijs, trinitatis super benedictæ glorificationē nouē libris demonstrauit, nō mi-  
nus quidē religiose q; erudite opere pretiū in uideretur, ea q; ad iungi, quæ mul-  
tis ante seculis gloriosus Chri martyr & pontifex Alexander, huius nominis  
primus in sede Apostolica papa, episcopusq; Romanus, in decretali quadā epi-  
stola mirabili cōpendio disseruit, cōplura referens testimonia, quæ apud Rupertū nō repe-  
riuntur

Heb. 4  
Esa. 6  
Ad quid sex  
alæ uni

Cōmota sup  
liminaria qd  
significat.  
Mat. 23

Act. 2  
Esa. 6

Mat. 27  
Ioan. 19

Petrus vnus  
de Seraphim.

Mat. 16  
Quid calculus  
in manu Se-  
raphim

Esa. 6

Præconia B.  
Stephani.  
Act. 6

Peroratio

Fides mule-  
ris fortis,

Prou. 31

2 Cor. 4  
Prou. 31





spontaneas uoluntates, q̄ ad actus, qui per simplicitatē aut necessitatē fiunt. Confessio uero non extorqueri debet in talibus, sed potius sponte proferrī. Pessimū est em̄ de suspicione aut extorta cōfessione quēq̄ iudicare, cū magis inspector sit dñs cordis q̄ operis, & potius requirat cogitationes puras, & uoluntates bonas, q̄ labiā mendacia. Vnde & dominus p̄ prophetā loquens ait: Populus hic labijs me honorat, cor autē eorū longe est a me. Pius malū nō estimo fore, q̄ Christianos ius inuidere facer dotibus, nouit em̄ dominus qui sunt eius. Non potest humano condēnari examine, quē deus suo referuauit iudicio. Si oīa namq̄ in hoc seculo uindicta essent, locū diuina non haberent iudicia. Quod autē ad alios iudices prius non debeant, q̄ ad se facer dotes, uel auctores ecclēsię accusare, ita à tpe Apostolorū & infra, obseruatum & diffinitū inuenimus. Si quis erga episcopū uel auctores ecclēsię quamlibet querelā habere se iustā crediderit, non prius primates, aut alios iudices adeat, q̄ ipsos, à quibus se lesūm aestimat, conueniat familiariter, non semel, sed sępissime: ut ab eis aut suā iustitiā, aut iustā accipiat excusationē, si autē fecus egerit, ab ipsis & ab alijs cūm unione priuerur, tanq̄ Apostolorū, patrūq̄ aliorū contemptor. De quibus propheta: Erunt quasi non sint, & peribunt uiri q̄ contradicunt uobis. In sacramentorū quoq̄ oblationibus, quę inter missas, solennia domino offeruntur passio domini miscenda est, ut eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio, passio offerat, ita ut repulsis opinionibus superstitionū, panis trī & uinū aqua permixtū, in sacrificio offeratur. Non debet em̄ (ut à patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calicē domini, aut uinum solum, aut aqua solā offerri, sed utrunq̄ permixtum, quia utriq̄ ex latere eius in sua passione profuxisse legitur. Ipsa uero ueritas nos instruit, calicē & panē in sacramento offerre, quando ait: Accipit Iesus panē, & benedixit, deditq̄ discipulis suis dicens: Accipite & manducate, hoc est corpus meū. Similiter postq̄ cenauit, accepit calicē & dedit discipulis suis dicens: Accipite & bibite ex hoc omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro uobis fundetur in remissionem peccatorū. Crimina enim atq̄ peccata, oblati his domino sacrificijs, delentur. Icirco & passio eius in his cōmemoranda est, qua redempti sumus, & sępius recitanda, atq̄ hæc domino offerenda. Talibus hostijs delectabitur & placabitur dominus, & peccata dimittet in gentia. Nihil em̄ in sacrificijs maius esse potest, q̄ corpus & sanguis Christi. Nec ulla oblatio hac potior est, sed hæc omnes præcellit. Quæ pura cōscientia domino offerenda est, & pura mente consumenda, atq̄ ab omnibus ueneranda, & sic ut potior est ceteris, ita potius excelsi ac uenerari debet. ¶ Aquam enim sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspergantur ac purificentur. Quod & omnibus facer dotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis uirilæ aspersus populū sanctificabat atq̄ mundabat, multo magis aqua sale aspersa, diuinisq̄ precibus sacra, populū sanctificat atq̄ mundat. Et si sale aspersa per Heliq̄m prophetā sterilitas aquæ sanata est, quanto magis diuinis precibus sacra sterilitatē rerum aufert humanarū, & coquinatos sanctificat & purgat, & cetera bona multiplicat, & in sidias diaboli euerit, & a fantasmatibus uersutis hominē defendit: Nam in tactione simebrarū uisum menti saluatoris, saluatos infirmos non dubitamus, quanto magis uirtute sacrorū eius uerborum diuinitus sacrantur elementa, quibus sanitatē corporis & animæ percipit nostra fragilitas. His ergo & alijs instructi documentis, uota singulorū domini facer dotes respicite, & uirtute spiritus sancti diuinis precibus per ministrerū uobis diuinitus collatā, perficere certate. Elementa quoq̄ tā ea quæ præ diximus, q̄ cetera diuinis apta usibus, & humanis necessaria infirmitatibus sacra, & infirmos curant, & cetera quæ uobis pertinent, diligenter perficiunt. Ipse enim saluator tribuendo nobis exemplū, discipulis suis ait: In nomine meo demonia eiicite, infirmos curate, ægros sanate, leproso mundate, &c. super infirmos etiā manus imponite, & bene habebunt. ¶ Fidem quoq̄ sanctæ trinitatis sic docendā à patribus accepimus, uobisq̄ tradendā subditis destinamus. Esaias namq̄ propheta ait: Vidi dominū sabaoth sedentē super thronum excelsum, & Seraphim stabant in circuitu eius, sex alæ uni, & sex alæ alteri: duabus uelabant faciē, duabus autē uelabant pedes, & duabus uolabant, & clamabāt ad alterutrum, dicentes: sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. Si trinitas non est, quare tertio sanctus dixerunt: Aut si unitas non est, quare sub trina repetitione unum deum & dominum intimarunt: Si trinitas non est, cur in Genesi dicitur: Dixit deus, fecit deus, & benedixit deus: Si unitas non est, quare tertio dixit, deus, & deos, plurali numero non commendauit: Si trinitas non est, quare in Exodo dictum est tertio: Domine, domine, domine, miserator & misericors: si unitas non est, quare dum tertio domine diceret, postea misericors & miserator singulariter dicit, & non miserator, ut plures ostenderet intimauit: Si trinitas non est, cur Abraham ad illicē Mambra sedens, tribusq̄ occurrens, unum domine dixit, & non ut uiderat tribus salutationis obsequiū reddidit: Si unitas non est, cum Moyse deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob tertio diceret, Cur unitatem ostendens: Hoc mihi nomē ē dixit, non: hæc sunt nomina nostra designauit: Si trinitas non est, quare Dauid tertio dixit: benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus: Si unitas non est, quare quum tertio deum nominasset: benedicat dixit, & non benedicant adiunxit: Si trinitas non est, cur Esaias denuo dixit domine

Domine deus Sabaoth, deus Israel, qui sedes super Cherubin: Si unitas non est, quare: Qui sedes dixit, & non: Qui sedes astruxit: Si trinitas non est, quare in libro Regū dicitur: Dñe deus omnipotens, deus Israel, firmos tuos fideles sunt: Si unitas non est, quare tui dicitur, & non tui potius intimatur: Si trinitas non est, cur in psalmo lvij, cantatur: Dñe deus uirtutū, deus Israel, intende ad uisitandas oēs gentes: Si unitas non est, quare intende posuit, & non intende intimauit: Si trinitas non est, quare in Apocalypsi tertio dicitur: Sanctus dñs deus omnipotens, qui est & qui erat: Si unitas non est, quare non est, qui sunt & qui erant, pluraliter designatur: Si trinitas non est, quare in Deuteronomio dictum est: Dñs deus tuus, deus misericors est, & audiet uocē tuā: Si unitas non est, quare ad dict posuit, & non audient intimauit: Si trinitas non est, quare in Iesu libro dicitur: Dñs deus deus eorū est: Si unitas non est, quare est dixit, & non sunt, quare locutionis induxit: Si trinitas non est, quare Helias orando: Domine dñe deus Israel, ostende quia tu es deus meus dixit: Si unitas non est, quare ostende, & non ostendite posuit: Si trinitas non est, cur Mardocheus orando: Domine domine deus omnipotens, oīa in potestate tua sunt, dixit: Si unitas non est, quare in tua posuit, & non in uestra signauit: Si trinitas non est, cur etiā iudith orando dixit: Domine domine deus oīm uirtutū, respice in orationē meā. Si unitas non est, quare respice, & non respicite designauit: Si trinitas non est, quare in iheremia dicitur: Dominus deus uester, deus uerax est: Si unitas non est, quare uerax est, & non ueraces potius intimauit: Si trinitas non est, cur in Apocalypsi scriptū est: Dominus deus & spūs prophetarū misit angelū suū ostendere feruis suis, quę oportet fieri cito: Si unitas non est, quare cū p̄rem & filiū & spūm sanctū nominasset, misit, dixit, & non miserunt: sub prætaxato triū personarū & nominū introduxit: Si trinitas non est, quare in Deuteronomio dicitur: Dominus deus uester hic est deus: Si unitas non est, quare hic est dixit, & non hi sunt, plurali numero designauit: Si trinitas non est, quare in eodē dicit libro: Dominus deus tuus deus magnus & potens est: Si unitas non est, quare magnus & potens singulariter, & non magni & potentes pluraliter nominatur: Si trinitas non est, cur Tobias cum filiū suū Rachee ciuitatē Mosdog, cū Raphael angelo mitteret benedicens eos, ita dixisse docet: Deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, ipse impleat benedictionem suā in uobis: Si unitas non est, quare ipse impleat dixit, & non ipsi impleant intimauit: Postremo si trinitas non est, quare dominus discipulos suos, in nomine patris & filij & spūs sancti, uniuersas gentes disposuit baptizare: Si unitas non est, quare in nomine dixit, & non in nominibus præcipiendo perdocuit: Si trinitas non est, quare Apostolus Paulus ait: Ex ipso, & p̄ ipsum, & in ipso sunt oīa: Si unitas non est, quare ex ipso posuit, & non ex ipsis astruxit: Si em̄ certo certius uolueris unitatē, trinitatēq̄ agnoscere, à se p̄dicto doctore gentiū Apostolo potestis uniuersa condiscere, & sequi catholica fidē, & hęc respuere prauitatem: Gratia domini n̄ri Iesu Christi, inquit, & charitas dei, & cōmunicatio sancti spūs, ipsa est patris, & filij, & spūs sancti gr̄a. Et sic fidē sanctę trinitatis & intelligere, & discere domino adiuuante pleniter potestis. Icirco ergo charissimi, fidei regulas iuxta huius epistolę fidē posuimus, ut in eius confessione fideliter p̄seruemus, & domino auxiliante bonū finē habere mereamur. Quicq̄ ergo uoluerit amicus esse huius seculi, inimicus dei cōstituetur. Aut putatis, quia inaniter scriptura dicit: Ad inuidiā concupiscit spūs qui habitat in uobis. Maiorē autē dat gr̄am, propter quā dicit: Deus superbis resistit, humilibus autē dat gr̄am. subditū igitur esto deo, resistite autē diabolo, & fugiet à uobis. Appropinquate deo, & appropinquabit uobis. Emundate uobis manus peccatorum, & purificate corda uobis duplices animo. Miseri estote, & lugere, & plorate. Risus uester in luctū conuertet, & gaudium in mœrorē. Humiliamini in conspectu dñi, & exaltabit uos. Nolite detrahere alterutrum fr̄es mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fr̄em suū, detrahit legi, aut iudicat legē: si autē iudicas legē, non factor es legis, sed iudex. Vnus est em̄ legislator & iudex, q̄ potest perdere & liberare. Tu autē quis es qui iudicas proximū tuū? Agite nunc dimites, plorare ululantes in miserijs uestris, quę adueniunt uobis. Diuitię uestrę pure factę sunt, & uestimenta uŕa à tineis comesta sunt. Aurę & argentū uestrū eruginauit, & erugo eorū in testimonij uobis erit, & manducabit carnes uŕas sicut ignis. Thesaurizastis uobis in die nouissimis diebus. Ecce merces operariorū, qui messuerunt regiones uŕas, quæ fraudata est à uobis, clamat, & clamor eorū in aures domini sabaoth introiit. Epulati estis super terrā, & in luxurijs enutristis corda uestra, in die occisionis adduxistis, occidistis iustum & non resistit uobis. Vē fratres his, qui uos tribulant. Vos uero quāto amplius tribulamini, tanto purgatiore atq̄ beatiore efficiemini, si tamē tribulatio patienter fuerit supportata. Vnde & ipsa ueritas p̄ se dicit: beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiā. Et alibi: Beati eritis cum uos oderint homines, & persecuti uos fuerint, & eiecerint nomen uestrum tanq̄ malū. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces uestra multa est in celis. Data IX. Calendas Augusti, Traiano & Aeliano VV. CC. Consi.

Finis epistolę Alexandri Papę I. patrīa Romani, martyris gloriosi. Habes hic candide lector libros IX. Rupertii Abbatis Tuitiensis, de Glorificatione trinitatis, processione spūs sancti, sacris cōfirmatos literis, & nunc iteꝝ impensis honesti uiri Arnoldi Birckman, diligenter impressos. Anno M. D. XXXII.

Esai. 57  
5. Reg. 8  
Psal. 58  
Apo. 1  
Deut. 4  
Iosue. 2  
alk. ad or. 10  
3. Reg. 18  
Hebr. 15  
\*als. signifi  
cauit.  
Iud. 9  
Hierc. 10  
Apo. 22  
als. sub præ  
textu.  
Deut. 6  
Deut. 10  
Tobia 7  
Mat. 28.  
Roma. 18  
forte hære-  
ticorum  
2. Cor. 15  
als. bonam  
fiam  
Iacob. 4  
Exhortatio  
uere theolo-  
gica.  
Iacobi 5.Conclusio  
cōsolatoria.  
Mat. 5  
Lucæ 6